K ¶ Ancillarum.} secus in fœtu pecorum, qui ut alius fructus diuiditur pro portione anni: ut C. de rei uxo. act. §. itaque sed partus ancillæ non est in fructu: ut §. de usufru.l.uetus.arg. contra. ℑ. ad l.falcid. Paulus respondit.§.j H.
l ¶ Post diuortium.} uel constante matrimonio, uel ante contemplatione tamen mulieris: ut suprà, de iure dot.l.si legato.& l.si seruo.& de usufruct.l.sed & si quid donetur. Azo. & facit §. de rei uend.l.ex diuerso.§.j.

SI prior.} CASVS Soluto matrimonio inter me & Titiam, ipsa nupsit secundo: & ei me delegaui in id quod ei debeo. certè non poterit à me exigere secundus ultra quam facere possum deducto ne egeã, sicut nec ipsa posset. Viuianus.
m ¶ Nomine.} alias gratia, alias nomine. Accur.
n ¶ possit.} imo insolidum, cum secundus maritus sit creditor mulieris: ut ℑ. de re iud.l. Nesennius circa prin.& de excep.do.l.purè.§.si eũ. & de noua.l.doli.in princ.& §.de condi.ob cau.l.si donaturus.§.j. quæ sunt contra. Sol. hic promisit prior uir secundo per hæc uerba, promitto quod mulieri debeõ. ibi uero x. quæ mulieri debeo. uel quod ipsa mihi dedit in dotem. arg. §. de iureiuran.l.eum qui.§.si mulier. & de consti pecu.l.iii.& insti.de lega.§. sed si uxori. Quid autem si post hanc ꝓmissionem fiat non soluendo? Respon. ut supra de iur.dot. l. si extraneus. Accursius.

QVæ dotis.} CASVS Vxor mea promisit mihi c. in dotem & fecit stipulari Titium & Sempronium à me marito animo donandi eis dictam dotem eis reddi sol. matri. postea mulier decessit antequã solueret mihi dictã dotẽ, & me hæredẽ instituit. & ego eius hæreditarem adiui, quamuis damnosam. nunquid teneor dicto Titio & Sempronio? Et dicitur quod sic. hæreditas enim uxoris est apud eum loco dotis: & nedum prædictis satisfacere tenetur, sed & aliis creditoribus mulieris. Viuianus.
o ¶ Tenebitur.} si animo donandi eis inter uiuos fuerunt adhibiti. si autem stipulanti simpliciter promisit, præsumitur quod non animo donandi. ut suprà. de iure. dot.l.mulier.§.fina. quæ est contra. nam mulierum genus auarissimum est: ut supra, de dona. inter uir. & uxo.l. si stipulata. & etiam quilibet præsumitur auarus. ut supra.de probat.l.cum de indebito. nisi ratio sanguinis uel temporis aliud inducat: ut supra. de proba.l. procula. & de don. inter uir. & uxo. l. si seruus communis. uel uicissim factæ donationis: ut supra.man.l. si uero non remunerandi. §. inde Papinianus. & aliis casibus ibi not. & ita locum habet actio mandati. non autem teneretur maritus stipulatoribus, sed fieret inter eos compensatio. Si uero probatur animo donandi factum, in dubio præsumitur causa mortis: ut infra. de leg. iii. l. cum quis decedens.§.nuptura. & de do. preleg. l. Seia. & hoc etiam potest sic intelligi? & ideo posset reuocari: ut C. de iur. do. l. ii. Accursius.
p ¶ Se compensasse.} sic supra, de euict.l. si ei. in princ. & §. si is & infra, de fideiuss.l.i. si debitor.& infra.eod. Mæuia. Accursius.
q ¶ Cæteris.} Nisi fieret in uenarium.: ut C. de iure deliber. l. scimus. §.& si præfectam. & in authenti.de hæred.& falci.§. si uero absunt.colla.j. sed in legato secus, etiam iure ueteri: ut ℑ. ad Trebel.l.j.§. sed si is qui.& ℑ. ad leg.falc. in ratione.§.quod uulgo.H.
r ¶ Teneatur.} dissimiliter tamẽ: quia ceteris tenetur insolidũ, his inquantum facere potest: ut §.l.proxi.& ℑ.eo.l.si maritus.Azo.

TItia diuortium.} CASVS Pro filia mea dedi dotem Titio. postea inter eos solutũ est matrimonium. ego dico eam esse in mea potestate, sicque uolo agere contra maritum ad dotem cum uoluntate filiæ. mulier autem gerens se tanquam matremfa. dicit se non esse in mea potestate. Certè ego pater debeo probare eam esse in mea potestate, & mihi consentire tacitè uel expressè, si uolo admitti ad agendũ. nam & si in potestate mea se confiteretur esse, non tamen agerem sine eius uoluntate. Viuianus.
s ¶ Esse dicit.} implorando officium iudicis: ut infra, de lib.exhib.l. iii. hoc autem. Azo. nam ipsa erat in quasi possessione existentiæ sui iuris.
t ¶ Et dotem.} scilicet aduentitiam. nam profectitiam potest petere etiam si filia esset emancipata: ut §. de euic.l pater. & de iure do.l. profectitia.§.fina. secundum quosdam sed secundum Azonem & H. etiam in profectitia optimè legi potest. Accur.
v ¶ Postulat.} quàm petit si filia est in potestate pro qua dedit etiam nullo pacto apposito. secus ubi datur pro emancipata: ut C. de rei uxo. act.§ accedit & §. extraneum.
x ¶ Denegandam.} primam probat eoipso quod probat legitimam, ut instit.de pat.potesta.in prin. secũdum eo ipso quod non habet causam contradicendi. ut ℑ. eod.l. dotẽ. Sed an Titia potest agere interim dum pendet iudicium de potestate? Respon. sic secundum Azo. ut ℑ. de libe.cau l.ordinata.& facit C.eo.l.filiæ.& §.eo.l.ii. & supra de inoffic. testa.l.qui de inofficioso. Nec obstat supra de pbatio.l.si filiæ. quia hic erat in possessione libertatis filia: unde patri incumbit necessitas probandi: ibi non erat in possessione. uel ei qui dicit, non ei qui negat, incumbit onus probandi. hic dicebat pater eam in potestate ibi filius dicebat se liberum: quare probat.

Esse.

† Concor. c. generali eo institutione §.g aũt. & gloss. in uerbo. redi t'. itẽ facit. gloss super uer. fundatione. eo c. & ele.li.vi.

† lib. ii. ad Vrseiũ ferocem.

Ancillepartus in fructu non ẽ.

Mulieres sunt auarissimæ.

† Lib. vij. quæstio.

† Du. secũ pensasse. & rectius. ut sit sensus illum non teneret sed de liberate hæreditatẽ dimisse.

Li. viij. &c.

Pater eius in sua &c.

state esse.[a]

¶ *Liberta quæ ligitimè recedit à patrono, ab eo potest petere dotem. Bar.*

¶ Papinianus. LEX XXXVI.

LIberta quæ uolũtate[b] patroni[c] decessit, de dote cũ eo agere potest, quam ei dedit.

¶ *Etiam si fiscus succedat uxori, non perditur priuilegium mariti. h.d. cũ l. seq. B.*

¶ Paulus. LEX XXXVII.

SI maritus minus facere potest, & dos publicata[d] sit, in id qđ facere potest, fisco maritus condẽnandus est, ne in perniciem[e] mariti mulier punita sit.

¶ *Non vr̃ filia contradicere, quæ iustam causam contradicendi non habet. Bar.*

¶ Vlpianus. LEX XXXVIII.

DOtem voluntate filiæ[f] uideri patrẽ recepisse, cum causas contradicendi ei filia nõ haberet maximè cùm ab eo posteà ampliore summa dotata sit.

¶ *Sponsalia contracta per patrem nõ extingunt ius petendi dotem, uel retinendi filio competens culpa mulieris. Bar.*

¶ Marcell' lib.sing rñsorũ. L. XXXIX.

LVcius Titius cùm esset filiusfamiliàs, uoluntate pr̃is uxorem Mæuiam duxit, & dotem pater accepit: Mæuia Titio repudiũ[g] misit posteà pater repudiati absente filio sponsalia cùm eadem nomine filij sui fecit: Mæuia † deinde repudium sponsalibus misit, atque ita alij nupsit. Quæro, si Mæuia agat cum Lucio Titio quondã marito, & à patre hærede relicto, de dote, & probetur culpa mulieris matrimonium dissolutum, an possit maritus propter culpã mulieris dotem retinere? Marcellus respondit, etiam si ut hæres institutus à patre Titius conueniretur, tamen si sponsalibus non consensisset,[h] culpam mulieris multandam esse.

¶ *Paria delicta mutua compẽsatione tolluntur. h.d. Bar. uel sic: Exceptio adulterij tollitur replicatione lenocinij, uel econtra, cum agitur ciuiliter de dote, uel donatione propter nuptias lucranda. h.d. concordat. l.cum mulier. ℑ. eo. Alexand.*

¶ Papinianus libro tertio quæstionu.

LEX XL.

VIro[i] atque uxore mores inuicem accusantibus,[k] causam repudij dedisse utrunque pronunciatum est. Id ita accipi debet, ut ea lege[l] quam ambo contẽpserint, neuter uindicetur. Paria[m] enim delicta mutua compensatione dissoluuntur.

¶ *Pr̃ stipulando dotem, mandato filiæ vr̃ stipulari, & tanquã eius procurator; ex qua stipulatione, filia mortua sine liberis agit pr̃, ut hæres filiæ. sed filia uiuente ius agendi non residet in patre. Alex.*

¶ Idem lib.28.quæstionum. L. XLI.

POst dotem † datam,[n] & nuptias contractas stipulatus[o]

a ¶ Esse.} & illam non consentire. Accur.

LIberta. CASVS Accepi in uxorem libertam meam, & dedit mihi dotem postea separauit se à me mea uoluntate. Certe bene repetet à me dotem. Viuianus.
b ¶ Voluntate.} secus si eo inuito: ut §. titu.i.l.si.H.
c ¶ Patroni.} cui erat nupta. & facit supra titu.j.l.pen.& l.fi. & de ri.nuptia.l.filio.& l.matrimonium.& in authẽ. de nupt.§. distrahuntur. colla 4. & de sanc. episcopo.§.si uero.collat. ix. Item hodie non fit diuortium consensu, nisi castitatis concupiscentia hoc fecerit &c. ut in auth.ut liceat mat.& auiæ.§. quia uero ex consensu.colla.8.

SI marit'.} CASVS. Propter delictum uxoris meę dos sua quã habeo, est publicata. unde soluto matrimonio fiscus agere potest contra me: certè non condemnabor ei nisi inquãtum facere possum. Viuianus.
d ¶ Publicata.} delicto mulieris: quod euenit quinque legibus: ut ℑ. de bon.dam.l. 3. Accursius.
e ¶ Ne in perniciem.} ut C. de pœn.l. sancimus. Item: quia non plus quàm mulier cui succedit, habere debet: ut supra de usur. cum quidam.§. fiscus.& infr. de regu.iur.l. in omnibus.§ non debeo.& facit §. eodem.l.si constãte.§.fin.& ℑ.tit.2.l.ad fiscum.Accur.

DOtem.} CASVS. Soluto matrimonio inter filiam meam & maritum suum: maritus mihi patri restituit dotem, uidens ꝙ ego eram legalis homo, & bonæ famæ. nunquid filia mea poterit adhuc repetere? Et dicitur ꝙ non. secus si ego non essem in bonus homo. Viuia.
f ¶ Filiæ.} tacentis uel contradicentis. Azo.& H. nec enim vr̃ ꝫdicere: cum non habeat iustam cãm contradicendi. sic non vr̃ fieri qđ legitime non fit: vt ℑ. de re.iud.l.j.§.condemnatum. Argu. ꝫ ℑ. de no. oper.nun.l.i.in prin.& alias sit pro ratione uoluntas: ut C. de pac.cõ. super do.l.hac lege. & ℑ.ad Treb.l.quia poterat. hoc tamen est ratione communionis, & patriæ potestatis. & est hoc optimum argumentum contra renitentes electionibus. & facit §.eod.l.2.& l. si pater. & l.non solum. & l.si cùm dotem.§. eo autem tempore. & supra, de sponsa.l.sed ea quæ. ADDITIO. Pro his iuribus vide Dyn. in c. quod semel. de regu.iur.lib.6. ibi, item potest poni exemplum secundum Bartolum.

LVcius Titius.} CASVS. Sempronia repudiauit maritum suum Titium, postea pr̃ mariti contraxit cum eadem sponsalia filio absente. mulier etiam renunciauit spõsalibus, & alij nupsit. reuerso marito eadem mulier agit contra eum ad dotem, cũ sit hæres patris mortui mariti. dicitur ꝙ non tenetur maritus ei soluere. Viu.
g ¶ Repudium.} meruit ergo amittere dotem: ut C. de re.l. consensu. Azo.
h ¶ Non consensisset.} tacite aũt consentire non uidetur: licet secus in filia: ut §. de spon.l.sed ea quæ.& l.filio. Item quid si expressè cõsensisset? Rñ. uidetur ei præiudicari: ut ar. ℑ. ad leg.Iul.de adul. si uxor.§. si, sed ubi non consensit, patris consensus ei non nocet, licet sit hæres: quia consensus talis non est ex quo datur actio uel exceptio. Vel uerius est si consensisset filius, non nocet: quia sponsalia tantum non matrimonium fuit contractum: imo quod plus est, nec sponsalia videntur contracta, cum non durent: ut §. de in rem uerso.l.si pro patre.§. uersum.& sic non obstat. ℑ. de reg. iur.l. ex qua persona.& C. de rei uen.l. cum à matre. quæ sunt contra. hic ergo subaudi maximę si non cõsensisset &c. Accursius.

VIro atq; uxore.} CASVS. Debes scire ꝙ si culpa mariti soluatur matrimonium, ipse amittit donationem propter nuptias. si autem culpa mulieris, ipsa amittit dotem: ut supra, l. proxim. & C. de repud.l.consensu.§.1.2.respon. Sed quid si utriusque culpa soluatur? Certe dicit hæc lex quod compẽsantur adinuicem delicta: & ita nullus amittit. Viuianus.
i ¶ Viro.} quondam, nam infra loquitur de repudio.
k ¶ Accusantibus.} i. obijcientibus in ciuili causa: sic ponitur in authen.de sanc. episc.§. si quis autem pro pecuniaria.ibi, accusata &c. colla. 9. puta in donatione propter nuptias, quam iste repetebat ab uxore: & dotis, quam vxor repetebat à uiro. sed uterque se tuebatur propter delictum alterius: puta mulier propter lenocinium uiri, & vir propter adulterium uxoris: quod quidem posset quilibet eorum facere: ut C. de repud.l. consensu. nisi obijciens esset in pari turpitudine uel diuersorum criminium, uel eiusdem in quo uterq; consensit: ut ℑ. eodem. l.cum mulier. criminali autem accusatione instituta uindicta posci posset. nec enim unus alium accusare prohibetur, nisi cum idem perpetrasset lenocinium. tunc enim nil iudæus iudæo, nil catilina cethego: ut C. de hæreti.l.quoniam.§.interesse. Accur.
l ¶ Ea lege.} indefinitè dicit lege. sic & §. de mino.l.auxilium.in fin. & in auth.ut lice.ma.& auiæ.§.quia uero ita cõperiuntur.col.8.
m ¶ Paria enim.} No. delictum cum delicto compensari. sic ℑ. ne quid in lo. public.l.i. §. idem ait. & de dolo.l.si duo. cum concor. & ℑ. quod ui aut clam.l.si ité §. si ad ianuam.& ne quis eum qui in ius uoc l.2.& ℑ. de adul.l.si uxor in fi. Sed ar ꝫ.§. commo.l.rem mihi.§.in exercitu. Accur.
n POst dotem datam.} CASVS. Pater ex interuallo filiæ uoluntate stipulatus est sibi soli dotem reddi facto diuortio sub hac conditione, si filia sine liberis decesserit. extitit ꝯdõ diuortij, i. mortis, & liberorum defectus. nulla patri dotem repetenti obstat exceptio, sed si diuortij tm̃, non ẽt mortis & liberorũ defectus existat pr̃ fine filia agenti obstabit exceptio, nisi caueat rem ratam filiam habituram: uel causa cognita omnino sibi actio denegatur: ut §. eo. l. 2. §. pen.& fina.& l.si cum dotem.§. sed si latitet. Vel dic secundo diuortij tm̃ fuisse conditionem appositam: & tunc pater si defuncta filia sine liberis ageret, non obstat exceptio. quia ad solum patrem recidit actio: & hic subauditur maxime, ut statim dicam. Si uero filia viua agat pr̃, ob. exceptio inspecto tenore actionis ex stipulatu. quæ pr̃i cũ filia competit: sed quia pr̃ posteà sibi soli consensu filiæ est stipulatus primo & secundo casu, replicatur: ut §. eo. l. quoties.§.cæterum. Azo. Vel tertiò dic, ꝙ volente filia fuit stipulatus simpliciter, nõ sibi: quo casu sibi & filiæ videtur stipulatus: ut perinde si, ut lex dicit, cum nullo modo est stipulatus: & sic est communis actio utriusque. Argumen. contra infra de verborum obligationibus.l.si ita stipulatus fuero.§.chrysogonus. ibi, sequens stipula. & non datur replicatio patri. & secundum hos tres casus filiæ voluntate determinet hanc orationem stipulatus est. Vel quarto filiæ uoluntate determinet facto diuortio: & tunc non datur replicatio. Vel quinto verbum dari qua si dicat ad uoluntatem filiæ mihi reddes, id est si ipsa tunc uolet. Si ergo viuit, requiritur eius uoluntas. alias si non consentiat, repellitur exceptione: sed ea mortua sine liberis, non est cuius requiratur uoluntas. Sed si liberi extant, idem quòd non requiratur aliquius uoluntas, si dos est profectitia quæ sequitur me: alioquin requiritur uoluntas liberorum. Si verò ponas quòd filia simpliciter consensit meæ stipulationi, & ego non apposui aliam conditionem nisi diuortij: quare impedirer agere facto diuortio etiam in uita filiæ? Accursius.
o ¶ Stipulatus est.} consentiente filia secundum tres primos casus, vel non consentiente filia secundum alios duos.

† Marcelanus li. x. institutionũ.

† Pau. li. 2. de adul.

† Vlpia. li. 2. resp.

al. denuo.

Dic ꝙ ibi mulier suũ ꝺfendit: & in re ꝓpria est ꝓ rõne uoluntas: hic mulier uolebat patrẽ grauarẽ in iure proprio ipsius pr̃is. Vt dic ꝙ nõ est ꝓ rõne uolũtas in reb' cõib. vt his ꝗ aliũlꝗdũt sm. Bar.

† Libr. 11. &c.

† Et.n. non mõ accusator, sed ne obiurgator qdẽ ferendus est, is, ꝗ qđ in altero ĩprehẽdit in eo ꝯdẽ phẽdi Cic. act. 3. in Verr. & ibid. multa in eandẽ sententiam.

Per banc l. iũcta sua gl. 1. limitabis text. i l. 2. §. ꝗ si in patris. §. e. dũ dicit ꝓ patrẽ non posse dotẽ ꝓfectitiã, nisi cũ uolũtate filiæ, peteri. De quo recurre ẽt ad l. auia. C. de iure dotiũ.

Fallitista gl. in casu. l. si, i si. & qđ ibi no. doc. §. qđ ꝗ sque iur. s. actio ne iniuriarũ ꝫa nõ tollitur ꝯpensatione sed quilibet agit pro sua: ut no si c. dilecti extra de exce. & i c. pe. ib. extra de adul.

Dic qđ i. ibi nõ intelligit psona extrinsec'i ꝗ verba stipulationis consideratur ꝗ sona cuius noie stipulatio facta intelligit bene pot.

a ¶ Si conditio.} una tautum, s. diuortij: non autem uoluit filia quã do pater agit, secundum omnes casus.
b ¶ Sine liberis.} maxime. nam idem si cum liberis: & dos est profectitia, secundum unum casum. Vel dic q hic casus fuit complexus in stipulatione secundum primum. & sic non faciat pro Bul. qui dixit dotem reddi patri, etiam si liberi extant, & pro eo facit. C. solu. matrimonio. l. dos. ubi de hoc no. Sed pro. Azo. facit s. de pact. do. l. inter socerum, in princ. & §. 2. & infra de leg. 3. l. vxore. §. testamento. & de mino. l. 3. §. sed utrum. in fin. §. & suprà eodem. l. si ab hostibus. Accursius.

subintelligitur hic & et ibi pbatur qd pater. quia libertus tenetur cedere pcuratori alieno nomine stipulat; & hoc tenet Dyn. secundum Bar. hic.

est pater, uoluntate filiæ, Diuortio facto dotem dari. si conditio[a] stipulatiõis ipleat, & posteà filia sine liberis[b] decesserit, non erit impediendus pater, quo minus ex stipulatu agat. Viua autem filia, si agere uult, exceptione submouendus erit.

¶ *Etiam pro dote soluta soluto matrimonio competit actio de dote. Alex.*

¶ † Idem libro primo responsorum.

LEX XLII.

SI pater ignorans filiam diuertisse, dotem ex causa promissionis numerauerit, non per indebiti[c] condictionem, sed de dote actione pecunia petetur.

¶ *Mors ciuilis patris facit actionem de dote filiæ esse pro solida. Bar.*

¶ † Idem libro duodecimo responsorum.

LEX XLIII.

IN insulam patre deportato,[d] qui pro filia dotem dedit, actio dotis ad filiam pertinet.[e] Post diuortium quoque patre damnato, qui† dotem consentiente[f] filia non petierat, æquè dotis actio mulieris est.

¶ *Vir non lucratur fructus dotis putatiuæ: retinet tamen quatenus in uxorem cõsumpsit, & quatenus necessario uel utiliter impendit, Bar.*

¶ Fructus[g] ex prædijs, quæ in dotem data esse uidebantur, bona fide perceptos, & in mulieris oneribus ante causam liberalem absumptos, quamuis seruam fuisse posteà constiterit, peti non posse placuit. Sumptus uerò necessarios & utiles[h] in prædia, quæ dotalia uidebantur factos, compensatis[i] fructibus perceptis[k] ad finem superflui[l] seruari conuenit.

† Idem lib. 37. qstio.

SI pater. } CASVS. Promisi marito filiæ meæ dotem pro ea, antequam soluerem, factum est diuortium inter eos me ignorante. posteà solui dotem marito. certè ad repetendam dotem non solùm habeo condictionem indebiti, sed etiam actionem de dote. Viuianus.

† Libro. 4.

c ¶ Non per indebiti.} imo indebiti: ut suprà, locat. si quis fundum. §. Imperator: quæ est contra. Solu. ut ibi. & facit suprà, de iure do. l. quemadmodum. in fi. & de condit. indebi. l. qui exceptionem. §. fina.

† In P.F. sic legit. QVI dem cõsentiente. Sed literæ illæ maiusculæ indicant esse duplicãdas, & hic efficient q quidem cõsentiente.

IN insulam. } CASVS. Dedi dotem pro filia mea: & posteà fui deportatus ex aliquo delicto, & posteà solutum est matrimonium inter dictam filiam meam & maritum suum. Certè cùm pro mortuo habeor, potest filia dotem repetere. Et idem est si sum deportatus post diuortium inter eos factum.

¶ Fructus. } Quandam ancillam in uxorem accepi, credens eã liberam esse: & ipsa mihi dotem de facto dedit: & ex illa dote habui fructus: & eos consumpsi in factis communibus inter nos. & eã postea dominus suus eam petiit ut suam ancillam, & vicit. nunquid poterit ille dominus petere a me marito putatiuo illos fructus quos percepi & consumpsi? Et dicitur quòd non. Sed quid si ego feci sumptus necessarios uel utiles circa res dotales, nunquid repetam à dicto domino? Et dicitur quòd sic hoc modo, quia si percepi aliquos alios fructus post solutum de facto matrimonium, cum illis debeo cõpensare dictos sumptus quos feci. & illud quod est plus in sumptib. petam à domino, & eos recuperabo. ¶ Vsuras. } Promisi Titio marito filiæ meæ centum in dotem, & ei dedi quinquaginta, & feci pactum cum eo, quod si solueretur matrimonium inter eum & filiam meam, & ipse faceret moram in quinquaginta restituendis mihi, eorum præstaret usuras. & pro illis quinquaginta q ei non solui, promisi ego genero usuras donec soluerem. posteà solutum est matrimonium, & fuit in mora gener restituendi socero quinquaginta quæ acceperat à socero. unde socer petiit ab eo usuras: gener dicit ei, tu pmisisti mihi usuras pro illis quinquaginta quæ mihi non soluisti. illas vero usuras compenso tibi cum usuris quas à me petis. nunquid põt hoc dicere & facere gener? Et distinguitur, aut aluit uxorem medio tpe ipse gener aut pr mulieris. primo casu põt compensare: secundo non quia non sustinuit onera matrimonij: unde nõ debet habere fructus maritus. ¶ Ad uirum. } Pro quadam muliere extranea dedi dotem uiro suo: & fui pactus cum marito suo eam mihi reddi soluto matrimonio. postea mulier diuertit à uiro: unde ego egi contra illum virum: & litem cum eum fui contestatus pro dote: & posteà mulier redijt ad uirum. Certè non rumpitur iudicium: & eo iudicio stante nõ absoluitur maritus. Viuianus.
d ¶ Deportato. } ante diuortium: quod apparet ex litera seq.
e ¶ Pertinet. } quia pater pro mortuo habetur: ut j. de contra tabu. l. 1. §. fi. & de bo. lib. l. necem. §. 2. H.

¶ *Debitum hinc inde ex causa usuraria compensatur. Item marito non debentur usuræ, qui non alit uxorem. Bar.*

¶ Vsuras† autem numeratæ dotis[m] ex stipulatu pater, in matrimonio defuncta filia. si petat:[n] gener qui residuæ dotis promissæ fœnus stipulatus est, ita demum ad finem uice mutua debitæ quantitatis compensationem opponere iustè uidetur, si proprijs sumptibus uxorem suam exhibuerit: alioquin si patris sumptibus exhibita sit, inanis usurarum stipulatio[o] compensationi non proderit.

† Non est, autẽ, apud Dua.

¶ *Reintegrato matrimonio iudicium de dote inceptum per extraneum, non dissoluitur. Bar.*

¶ Ad uirum uxore post diuortium reuersa, iudicium acceptum ex stipulatione, qua extraneus q dotem dedit, stipulatus fuerat, nõ dissoluitur,[p] nec officio iudicis absolutio continetur.

¶ *Maritus non tenetur per restitutionẽ dotis actionem de dote cedere, si aliud ad uitam sufficiens sibi non remanet. Bart.*

¶ Scæuola† libro quinto digestorum.

LEX XLIIII.

SI maritus in id quod facere potest, condemnatus sit, & nomina sint ad dotis quantitatem,[q]† neque amplius[r] habebit, neque[s] mandare actiones debebit.

† Libro. 2. quæstionũ.

† Du. neq amplius, neque habebit mandare actiones.

¶ *Licet socer succedat genero: non tñ filia perdit ius consolidationis: imo facta sui iuris agere poterit contra hæredes patris sui, uel etiam contra ipsum patrem tã quam hæredem mariti. Alexand.*

¶ Paulus libro quinto quæstionum.

LEX XLV.

f ¶ Consentiente. } maxime. nam & idem vbi consentiente ea petijsset: ut s. eodem. l. si marito. §. si uoluntate. Vel dic, non petierat cum effectu, id est non exigerat. nã tunc secus esset. & facit j. ad leg. fal. l. pater filiã. in prin. & s. eod. l. si cum dotẽ. §. si pater. & j. eod. l. in his. §. filia. & l. si socer. in princ. & C. de rei uxo. act. §. uideamus. & de solu. l. qui hominem. §. si gener. Accur.
g ¶ Fructus. } id est in eo q sumptus excedunt fructus, seruabit de dote: ut j. titu. j. l. quod dicitur.
h ¶ Et utiles. } ad perpetuam rei utilitatem.
i ¶ Compensantis. } soluto matrimonio. uel dic etiam constante: quia non fuit matrimonium nec habuit, necesse sustinere onera matrimonij: nec lucri fecit fructus ea ratione quòd sustinuit onera, sed quia bona fide percepit.
K ¶ Perceptis. } cuncta perceptis: & dic cõuenit seruari ad finem, id est usque ad finem. Accur.
l ¶ Superflui. } id est residui in quo sumptus excedit fructum: ut suprà de rei uend. l. sumptus. & l. emptor. & facit infra titu. j. l. 3. & de dote præleg. l. 1. §. impẽsæ. & s. eodem l. si cum dotem. §. fi. & l. se. Sed quo iure seruatur? Respon. ut C. de rei uxo. act. §. sed nec ob impensas. Vel dic iure exceptionis doli, cum non fuerit dos: ut d. l. sumptus. & de peti. hære. l. quòd si sumptus.
m ¶ Numeratæ dotis. } pro parte dimidia: quia dimidiam dotẽ dedit socer, in qua restituenda est in mora maritus facto diuortio. Itẽ alterius dimidiæ fuit gener usuras stipulatus, quas modo compensat in usuris illis, quæ petuntur ex mora.
n ¶ Si petat. } ex mora: quia iudicium bonæ fidei est: ut C. de rei uxo. act. §. exactio. Vel secundum R. quia stipulatus erat: quia hic dicit, ex stipula. Accur.
o ¶ Stipulatio. } qua socer tenebatur genero, si alterius dimidiæ differret solutionem. & facit s. man. l. creditor. §. pen. & de iure do. l. cũ post. §. in domum. & de doli excep. l. fi. in prin.
p ¶ Non dissoluitur. } ut s. de iure do. l. stipulatio. nisi consensit denuo: ut s. de pac. do. l. cum maritus. §. 1. & facit s. eo. l. si mulier diuerterit. & s. loca. item quæritur. §. 1.
SI maritus. } CASVS. Soluto matrimonio maritus fuit condẽnatus pro dote uxori in quantũ facere potest. inuenit posteà mulier q ipse habebat quosdam debitores, qui debebant ei tantum quantũ erat sufficiens ad satisfaciendum doti. certè non cogitur cedere mulieri actiones contra eos, cum facta cessione nihil ad alimenta sibi remaneat. & habeas in litera bis dictionem, neque. Viuia.
q ¶ Quantitatem. } s. concurrentia uel paria. Azo.
r ¶ Amplius. } in bonis præter dicta nomina: quæ etiam nomina sũt ei necessaria pro uictu.
s ¶ Neque mandare. } nisi forte talis sit, q ex sua psone possit sibi quærere

qrere uictũ, ar. j. de liber. agn. l. si quis à liberis. §. sed si filius. & sm hoc habeas bis neq. & tunc incipe soluere ibi, neq: mandare &c. als deest sm neq. & non est aliqua negatio. & tunc dic. i. non hẽt amplius id est aliud necesse nisi mandare actiones postquam condemnatus est cum nihil habeat ultra alimenta: & tunc recidit in idem cum prima. sed in hoc differt: quia incipit ibi soluere, neque amplius. Vel aliter non habebit amplius id est plus aliud necesse, nisi hoc, mandare actiones secundum Ir. & hoc si sint nomina sufficientia ad dotem, & ad alimenta: & tunc similiter incipit ibi soluere; nec amplius. Vel aliter. i. cum facta cessione nihil ad alimẽta sibi remaneat. & hæc cõmunis est ad geminum neque, & ad unicum, secundum Ir. Vel aliter: imo necesse habet si aliàs habeat sufficientia alimenta: ut C. de rei uxo. actio. §. cum autem ex. in fin. §. & infr. de ces. bo. l. qui bona. i. respon. Azo. & hoc secundum Ir.

† In P. F. apud Sext. Põpo. digestorũ ab Aristione li. v. ibidẽ Aristioni cõsensit. Ergo dicerem & si &c.

† Concor. gl. post pri. supuer. trãsmisisse. extra q si. sint leg. &c. qritur pater. 2. q. 7.

SI socer à genero hæres institutus adierit hæreditatem, quandocunq; mortuo patre, cum hærede eius filiam de dote acturã[a] Nerua & Cato responderunt: ut est relatum† apud Sextum põponium lib. 6. digestorum, & ab Aristone[b] lib. 5. & ibidem Aristo cõsensit.[c] Ergo dicemus[d] & si emãcipasset pater filiam, ipsum quoq; conueniri[e] posse.†

¶ *Qui petit illud quod restituturus est alteri, quàm ei à quo petit, dolo facere non uidetur. Bar.*

¶ Lucius Titius filiæ suæ nomine centum doti promisit Caio Seio: interq; Caium Seium & Lucium Titium patrem mulieris conuenit ne dos à uiro uiuo Lucio Titio, id est patre mulieris, peteretur.[f] posteà culpa mariti[g] diuortio facto solutum est matrimoniũ: & pater mulieris decedens alios hæredes instituit, filia exhæredata. Quæro, an ab hæredibus soceri maritus exigere possit dotem, cũ eam mulieri redditurus[h] sit? Respondi, Cùm filia, alijs a patrẽ hæredibus institutis actionem de dote sua recuperanda habere cœpit,[i] necesse hẽbit maritus aut exactã dotẽ, aut actiones ei pstar: nec ullã exceptionẽ hẽbunt soceri hrẽdes aduersus eũ: cui[k] † absurdè dr, dolo uideri[l] cum[m] facere: cui nõ ipsi[n] quem conuenit, sed alij[o] restituturus petit. Alioqn & si post mortem patris diuertisset nondũ exacta dote, excluderetur[p] † actione dotis maritus: quod non est[q] admittendum. ¶ Sed & si ex parte filia hrs patri suo extiterit, debebit maritus cohæredes eius pro parte[r] uirili exigere, & mulieri reddere, aut actiones ei præstare.

† Als cum, absurde dicat do. ui. eũ sa. q nõ ip. quẽ cõ. sed alii restituturus petit. in P. F.

Filias dotare paternũ est officiũ.

† Dua. exactione.

¶ *Ex pacto aui materni dotem dantis soluto matrimonio actio quærit mulier. B.*

¶ Idem li. 6. quæstionum. L. XLVI.

CAius Seius auus maternus Seiæ neptis, quæ erat in patris potestate, certã pecuniæ quantitatem dotis nomine Lucio Titio marito dedit, & instrumento dotali huiusmodi pactum & stipulationem complexus est, Si inter Lucium Titium maritum & Seiã diuortium sine culpa mulieris factum esset, dos omnis Seiæ uxori, vel Caio Seio auo materno redderetur, restitueretur que. Quæro cùm Seius auus maternus statim uita functus sit, & Seia posteà sine culpa sua diuerterit[s] viuo patre suo in cuius potestate est, an, & cui actio ex hoc pacto† & stipulatione competat, & utrum hæredi aui materni ex stipulatu, an nepti? Respondi, in persona quidẽ neptis uideri inutiliter stipulationẽ esse cõceptam, quoniã auus

† Du. ex stipul.

SI socer. } CASVS. Pro filia mea dedi dotem Titio. postea solutum est matrimonium inter eos. gener debitor dotis instituit socerum hæredem. & postea socer obiit. certe aget mulier cum hærede patris eiusdemque soceri ad dotem. sed & si uiueret pater, & filiam emancipasset, ageret cum eo filia.

¶ Lucius Titius. } Promisi pro filia mea c. in dotem Caio Seio & postea ab eo acquisiui pactum ne me uiuo ageret ad dotem. postea solutum est inter eos matrimonium: & ego pater decessi, & exhæredaui filiam meam prædictã, & duos alios mihi institui. unde mulieri soli competit dotis actio, maritus tenetur ei cedere actionẽ contra hæredes soceri, qui non soluerat adhuc dotem marito propter pactum supradictum inter eos appositum. uel si uelit maritus quondã facere hanc gratiam mulieri, ut ipsa exigat ab hæredib. soceri dotẽ, & mulieri det: bene potest hoc facere. & si eo agente contra dictos hrdes ipsi excipiant de dolo, dicendo, dolo facis q tu petis à nobis, quod tibi non dẽt remanere, imo debes restituere: ipse poterit replicare & dicere, illud quod uos dicitis, esset uerum si uobis deberem restituere: sed ego debeo restituere uxori meæ quondam: unde uestra exceptio nihil ualet. si aũt concederes eos posse taliter contra maritum excipere in nostro casu cũ fuit factum diuortium ante mortem patris, oportebit te concedere in alio casu, s. quando diuortium fuisset factum post mortem patris eiusdemq; soceri. quod ultimum sine dubio non dẽt concedi: quia mortuo illo socero nata fuit marito actio de dote contra hæredes constante adhuc matrimonio prædicto: unde per diuortium non tollitur ei. quod autem dixi in filia exhæredata, idem erit pro parte instituta. nam cohæredes mulieris conueniet maritus pro hæreditaria parte ad dotem, & mulieri restituet, aut cedet actiones cõtra eos. Viuianus.
a ¶ Acturam. } ergo aditio hæreditatis debitoris pro solõne nõ habetur. alioquin filiæ, cum cãm contradicendi non haberet, denegaretur actio: ut s. eo. l. dotem. Sed contra j. de fideius. l. si debitori. Respon. illud respectu succedentis tantum dici. Azo. Item quantum ad fideiussorias & accessorias obligationes, non quantum ad alias: ut j. de fideius. l. Vranius.
b ¶ Aristone. } retulit Aristo quod ita Pompo. dicit, & consentit, & confirmat dictum Pomponij.
c ¶ Consensit. } s. Pompo. & no. q pater & filia uidentur esse duo rei stipu. ergo licet unus succedat debitori, nihilominus in persona alterius in suo statu remanet obligatio: ut j. de fideius. l. Vranius.
d ¶ Dicemus. } locus à pari. No. soli filiæ competere actionem cum fuerat emancipata, quæ fuerat ante communis: ut C. de rei uxo. act. §. uideamus. sicq; ambulat de patre in eam, uel de cõione in propriũ filiæ. sic s. de usufruc. l. adhuc. §. si operas. Accur.
e ¶ Conueniri. } actione de dote uenia petita: ut s. dixi. sed si est in potestate constituta, non potest contra patrem intentare actionem aliquam communi iure etiam cum uenia: ut C. de in ius uoc. l. qui potestate. sed & de æquitate iudicis offi. consulit filiæ, cum paternum sit officium dotare filias: ut suprà de ri. nup. l. qui liberos. & C. de do. pm. l. fin. & de rei uxo act. auth. sed quamuis.
f ¶ Pateretur. } ne uir peteret. quod pactum ualet: ut & s. eo. l. si marito. §. 1. & de pact. do. l. cum pater. & l. ob res. §. fina.
g ¶ Mariti. } & ideo donationem propter nuptias amittit, & dotẽ promissam exigit, quã tenetur restituere. Acc.
h ¶ Redditurus sit. } imo uidetur contra, cũ ei imputari non possit, q patrem mulieris non conuenerit: ut s. de iur. do. l. si extraneus. cum ergo dotem non hẽat, nec culpa potest ei obijci q non habet, non potest conueniri ex culpa sua: ut j. eo. l. Mæuia. i. respon. longe minus potest ei obiici, cur patrẽ si uiuat nunc non conueniat, cum nec posset pter pactũ. Sed respõ. hic contemplatione dotis filia exhæredata fuit: unde dos ei legata uidetur: ut supra de rei uen. l. emptor. §. ancilla. & infra de hære. inst. qui uolebat. ideoque ex patris uoluntate imputatur marito, quod alias non imputaretur, cur patrem non conuenit. Vel melius etiã nõ legata dote agit filia: q a ad eam transit actio: ut C. de rei uxo. act. l. unica. §. uideamus. nec imputatur marito q patrẽ, sed q hæredes patris non conuenit insolidum. Azo. Vel actiones nõ cedat: ut s. de pec. l. quod debetur. in fi. Azo.
i ¶ Cœperit. } nec. n. hẽt eam patre uiuẽte qtũ ad exercitiũ: q a est in ptãte: sed hẽt eã mortuo patre: ut C. de rei ux. act. §. videamus. Ac.
K ¶ Cui. } s. marito. Azo.
l ¶ Videri eum. } s. cum petat id quod restituturus est.
m ¶ Eum. } maritum. Accur.
n ¶ Ipsi. } s. hæredi soceri.
o ¶ Sed alij. } regula ergo q dicit, Dolo facit qui petit quod restituturus est, locum habet qn eidem: ut j. de exce. do. l. dolo. & j. de re iud. in condẽnatione. §. fin. & in possessorio: ut j. de Carb. edict. l. 4. §. cæ. non quando alii. & dic alij, s. mulieri.
p ¶ Excluderetur. } s. cũ fuerit actũ, q post mortem posset peteret.
q ¶ Admittendum. } s. excludi maritum.
r ¶ Pro parte uirili. } i. pro numero personarũ: ut C. de cad. tollen. §. sin aũt le. & j. de le. præstan. l. uirilis. Sed vr pro hrẽditaria tm: ut C. de bo. auth. iudi. poss. l. si uxor. §. Rñ. hic proprijs nominib. expressis damnati fuerant soluere dotem: & ideo pro uirilibus tenentur: ut j. ad Treb. l. nonnunquam. Azo. & de leg. 1. l. si hæredes. Vel dic q æqualiter omnes instituti erant: & sic pro hrẽditaria portione. sed si inæqualiter, similiter pro hæreditaria portione.
CAius Seius. } CASVS. Seia in potestate pris existens habebat auum mr̃. qui auus marito dictæ puellæ s. Lucio Titio dedit c. nomine do. pro ea: & fuit stipulatus ut sol. matr. dos restitueret Seiæ nepti suæ, uel sibiipsi auo. postea decessit hic auus, & so. est posteà dictũ mrĩ. qrit quis debeat hẽre dict. dot. utrum hæredes aui materni? an di. neptis? & certè cum hic auus nepté nõ habuit in potest. & ita ei erat extranea: non põt petere ipsa dict. do. sed soluere ei posset mar. si uellet. & hæc uera sunt de stricto iure: sed de æquitate, & nup. fauore, psonarumq; affectione, & quia p dote neptis agitur: utilis di. nepti tribuitur actio ex pacto dicti aui ad repetẽdã dot. à viro suo. Vi.
s ¶ Diuerterit. } quia vtile per inutile non vitiatur: vt sup. si certum

Universidad de Deusto Biblioteca

peta.l.certi condictio.§.quoniam Azo.

a ¶ Competere vr.} imo nullo modo videtur, quia sua persona potius ad solutionem, q̃ ad obligationem videtur inducta: ut j.de verb. obl.l.cum qui ita.§.qui sibi. Respon. persona huius aut eiusdemq; stipulatoris ad obligationem potius videtur adhibita: quia sibi potuit stipulari. secus in extra neo, cum dico mihi aut illi: quia ei stipulari nõ possum. id enim præsumendum est quod de iure fieri potest: ut no. s. de condi. indeb. l. si procurator. §. Celsus. Accursius.

b ¶ Posse solui. } imò videtur quòd non, cũ ad obligationem persona Seiæ fuerit posita: ut j. de uerborum obli. eum qui.§. quòd si soli. sed hoc speciale: imò & actio datur quod pl⁹ est, ut subijcit, sed & permittendum, &c. Accursius.

c ¶ Sed & permittendum est. } scilicet de æquitate. nam quod dictum est, uerum est de rigore iuris, ut hic sequitur: & C.de pac. cõuen.l.si pater. & ar. j. de aqua plu.arcen.l.secunda.§..item uarus. in fin. §.& sic non ob. j. de uer bor. oblig. l. stipulatio ista.§.alteri. quæ est cõtra. Item contra infr. ad Treb.l.debitor. §. ead. Solu. ideo neptis agit ex pacto aui materni, quia ageret in hoc casu nulla facta mentione conuentionis: ut j. de uulg.& pupill.sub.sti.l.si filius. non autem sic ageret mater ex pacto filiæ, ut ibi: quia nec ageret mater si nulla fieret à filia pactio. Item contra. C.de iu. do.l. si genero. Sol. ut ibi. & facit C.ad exhib.l.si res. & s.depo.l.publia. & j. de ver.obl.l.quicunq;.§.si quis.ita & C.de do. q̃ sub modo.l. quoties.

ADDITIO. Dic q ibi non ideo quæritur filiæ, q mater ei cessit: sed quia pactum fuit interpositum super re propria: & sic quæritur cuilibet extraneo: ut l.pen. C.ad exhi. & per Bar. in l. stipulatio ista.§. si q.s insulam. j. de uerb.obli.

† Ou. proponitur.

maternus ei stipulatus† proponeretur. Quod cùm ita est, hæredi stipulatoris, quicunq; diuerterit, mulier, actio competere [a] uidet. Sed dicendum est: Seiæ dotem posse [b] solui (quamuis actio ei directò nõ competat) ac si sibi aut illi dari au⁹ stipulatus esset. Sed & permittendum est, [c] nepti ex hac auita conuentione, ne commodo dotis defraudetur, utilem actionẽ hr̃e. Fauore [d] enim nuptiarum, & maximè propter affectionem personarum ad hoc decurrendum est.

¶ *Legatum quod non potest capi, non potest in dotem compensari. Bar.*

¶ Idem lib.19.quæstio. L. XLVII.

QVi dotem stipulanti uxori promiserat, eidem testamẽto quædam legauerat: ita tamen ne dotem [e] ab hæredib. peteret, ea quæ legata erant, uxor capere non potuerat. [f] Respondi dotis actionem mulieri aduersus hæredes non esse denegandam.

¶ *Appellatione liberorum, nepotes continentur. Bar.*

† Callistrat⁹li.6.stipulationũ. L. XLVIII.

† SI dotali instrumẽto ita stipulatio interposita [g] sit, ut liberorum nomine dos apud maritũ

† Li. 2. qst. † In P. F. caput sequẽs cũ mulier, pcedit hoc caput si dotali.

q maritus non pot obijcere cõtra repetitionem dotis, de adulterio. Sed nunquid eam de adulterio poterit accusare? Vr q sic: quia legislator dixit q de adulterio nil potest tractari vel obijci cùm dos repetitur: cùm fauore dotis sit hoc inductum. poterit igitur secũdum hoc eam de adulterio accusare secundum H. cum verbis legis non dicatur q non posit de adulterio accusari: sed solum non posse obijci repetitioni dotis, de adulterio. Sed respon. quòd non potest. & hoc est ex mente legis, quamuis non ex verbis: quia qua ratione non potest obijci mulieri repetenti dotem de adulterio, quia uir fuit leno: eadem ratione non potest accusari nisi mulier excipit de lenocinio. Accur.

residat, nepotem quoque nomine dos retinebitur.

¶ *Siue marit⁹ excipiat de adulterio ut dotẽ lucret̃, siue criminaliter accuset, lenocinij replicatiõe uel exceptiõe repellit̃. Ale.*

¶ Scæuola lib.19.quæstio. L. XLIX.

CVm mulier [h] viri lenocinio † adulterata fuerit, nihil ex dote retinetur. Cur enim improbet maritus mores quos [i] ipse aut antè corrupit, aut posteà approbauit? [k] Si tamen [l] ex mente legis sumat quis, ut nec accusare posit, qui lenocinium uxori præbuerit, audiendus est. [m]

¶ *Maritus non tenet̃ de periculo nominis si sibi culpa imputari non potest. Bart.*

¶ Pau.lib.7.responsorum. L. L.

MAeuia marito suo inter alias res dotis etiam instrumentum solidorum decem tradidit, [n] quo [o] Otalicius † eidẽ Mæuiæ cauerat daturum se cùm nuptum [p] ire cœpisset, decem milia. ex eo instrumento maritus nihil exegit, quia nec potuit. [q] Quæsitum est, si dos à marito petatur, [r] an compellendus sit etiam illam summam [s] quæ instrumento continetur, refundere? Respondi, potuisse quidem eum cui actio--

i ¶ Quos.} s. bonos mores corrupit. Accursius.

k ¶ Approbauit.} scilicet malos. & sic verbum semel positum diuersimodè sumitur: ut s. si cer. peta. l. certi condictio. & dic corrupit consentiendo ei, & approbauit ducendo dam natam adulterij, ut dicunt: ut C.de adul.l.castrati. secundum Azo. & H. imo retinendo adulteram sciens: ut j. eo dem titulo l. si metu. in fin. & infra, de adul. l. si vxor. §. iudex. & no. nõ reprobo quod probaui. sic s. de nego. gest. l. Põponius. & j. de iniur. l. sed si unius. §.i. in princ. Accursius

l ¶ Si tamen.} uidebatur quòd non: quia in lege non continebatur nisi de dote super qua repetenda dicebatur nil posse obijci mulieri de adulterio. vnde videbatur secus esse in accusatione, quasi, fauore dotis illud diceretur: non tamen est ita. & hoc est quod sequitur, si tamen &c.

† Concor. c. si legitimus nõ fuerit accusator. p totũ, extra de ac cu. & gl. eo. c. sup. uer. legitim⁹. c. per totum.

† Otacilius Du. Reprobare si possum quod probaui.

m ¶ Audiendus est. } exceptio ergo lenocinii repellit accusantẽ de adulterio. Sed ꝯ j. de adul. l. 2. §. si publico. Solu. hic non erat nomen accusati receptum inter reos. aliàs non repelleret virum, ut ibi & eo. titu. l. si maritus. §. præscriptiones. sed ambo punirentur, ut eo. tit. l. si uxor. §. Iudex. sed extraneus receptus inter reos non audiretur excipiens de lenocinio: ut C. eo. titu. l. 1. §. qui hoc dicit. & facit C. de adul. l. ita. & s. eo. l. uiro. Accur.

† Limitabis hãc gl. pro. p Spe. in tit. de except. §. 4. ver. sup exceptione. ut pcedat in libero tm̃ aũt in seruo. de quo vide gl. in l. 2. C. d adul.

d ¶ Fauore.} imo nullus fauor est: quia extraneo dante dotem, nec paciscente, vel minus legitime paciscente (ut hic erat) debet dari mulieri actio: ut C.de rei uxo. act. §. accidit. sed hic iure pacti expressi petitur: ibi taciti à lege inducti.

QVi dotem.} CASVS. Titia uxor mea dedit centum in dotem: & ego promisi ei reddere soluto mr̃imonio. posteà feci testm̃: & legaui dictæ Titiæ campum martium, qui capi ex testõ nõ põt: & dixi, pro hoc legato sis dote tua contenta. mulier videns se nõ posse hr̃e legatum, petit dotem. certe bene potest. Viuia.

e ¶ N. dotem.} hoc non adiecto consequeretur utrunq; si esset capax: ut C.de rei uxo. act. §. primum. uer. sciendum.

f ¶ Non poterat.} ut quia legauit ea quę ædibus sunt affixa: ut j. de leg. 1. cætera. Azo. & facit s. de iure do. l. cum pater.

SI Dotali.} CASVS. Cum uxore mea feci pactum, q si haberem liberos ex ea, & solueretur matrimonium inter nos, q remaneret apud me dos. posteà habui filios, qui decesserunt, & ex eis remanserunt nepotes. Dr̃ hic q bene possum dotem retinere. Viuia.

g ¶ Interposita.} apparet q propter liberos non retinetur dos, nisi esset pactum sic s. de pac. do. l. si pater. & sic est contra M. pro Ioan. sed ipse M. dicit superuacuum fuisse hoc pactum: ut s. de distra. pign. l. quæsitum. §. fi. sed M. opi. præualet: ut no. C. solu. matr. l. dos. Itẽ not. hac l. liberos dici in infinitum sic j. de ueb. signi. l. liberorum. in princ. quinimo & filij appellatione continent̃ nepotes: ut eo. tit. l. liberorũ §. sed & Papi. & l. filij. & de leg. 3. l. uxorem. §. concubine. Sed ar. ꝯ j. de testa. tu. l. q si nepotes. & insti. qui da. tu. pos. §. fin. Item caue q hoc pactum ualet si decedat mulier: ut hic, & in auth. de nup. §. dotes. col. 9. & de san. episc. §. si uero constante. col. 9. non si uir: ut s. de pact. do. l. 2. si autem fiat diuortium, dic q ualet si sint liberi: alias non: ar. j. de do. præ. l. 1. §. 1.

h CVm mulier.} CASVS. Cũ mulier solu. mr̃imonio peteret dotẽ, uir obijciebat q̃ non poterat repetere, quia adulterium cõmisit: ipsa verò replicabat q eius ꝯsensu deliquit. certe l. ista iudicat

MAeuia.} CASVS. Mæuia cũ mihi nuberet, dedit mihi in dotẽ quasdam res, & unum instrumentum in quo promiserat quidã Otalicius nomine eidem mulieri se daturum x. cum ipsa nuberet. ego maritus constante matrimonio non exegi illa x. & solutum ẽ posteà matrimonium. mulier repetit à me non solũ alias res dotales, sed ẽt illa x. quæ in dicto instro continebantur. Certe dr̃ hic q si non potui exigere propter aliquam iustam cãm, non possum à muliere conueniri actione de dote uel mandati ad x. pdicta. ¶ Fundus.} Pr̃ filiæ suę nomine dedit mihi in dotem fundum æstimatum quem fundum obligauerat pater cuidam creditori. ille creditor egit contra me maritũ hypothe. & abstulit mihi fundum, posteà solutum est matrimoniũ. uxor mea quondam repetit à me æstimationem dicti fundi. ego excipio, quia mihi est euictus fundus. & ipsa replicat dicens, ego nõ dedi tibi eum in dotem, imo pr̃ meus: & ipse idem pater obligauerat creditori qui mihi (alias tibi) abstulit: & decessit dictus meus pater non institutá me hærede: unde propter suum factum non potes me repellere. Certe dr̃ hic q dolus patris debet nocere filiæ, & non uiro ei⁹ quõ dam. unde repellitur à petitione. Viuianus.

n ¶ Tradidit.} s. in dotem, ex quo uir habet utilem actionem: ut C. de act. & obl. l. 2. Accur.

o ¶ Quo.} s. instrumento.

p ¶ Nuptum.} i. cum iret ad nubendum siue contrahendum sic. dicitur, uado lotum, & uado gestum. Azo.

q ¶ Nec potuit.} vel propter inopiam: ut s. de dolo. l. nam is. uel ob aliam caussam. Accur.

r ¶ Petatur.} soluto matrimonio, uel ẽt constãte in casibus in quib. peti potest etiam constante matrimonio.

s ¶ Summam.} s. illa decem. Accur.

Non

a ¶ Non poterit.} maritus soluto matrimonio.

b ¶ Conueniri posse.} ut s. de pact. dot. ob res. §. fi. & de fun. dota. l. si fundum. in fin. & de iure dot. l. si extraneus. & s. eo. l. nupta. §. j. & argu. s. manda. l. si procuratorem. §. fin.

c ¶ Mandati.} pot mulier conuenire maritum soluto matrimonio.

d ¶ Ablatus est.} i. euictus. Accur.

e ¶ Repetat.} à uiro.

f ¶ Ait.} s. mulier.

g ¶ Non teneri.} s. de euictione uel dic. i. nõ repelli exceptione.

h ¶ Cui.} s. patri.

i ¶ Extiterit.} mulier.

K ¶ Mulieri.} à uiro.

l ¶ Obesse.} Sed cum potest agere de euict. dum dos fuerit ęstimata, ut s. de act. em. l. creditor. §. prędium. & C. de iure do. l. auia. quomodo excipit? Rñd. si excipiat, de euict. non aget, ut hic: sed actionẽ cedet: ut s. eo. l. si socer. §. Lucius. si nõ excipit, de euictione aget ut §. prædiũ. & sic eligat.

m ¶ Ipsi.} s. filiæ, cum habeat cãm lucratiuã. & ideo debet ei nocere dolus patris, si agat: ut diximus j. de regu. iur. l. qod ipsis. Azo Item not. dolum patris nocere filiæ, sic j. de iure patro. l. qui contra. & si quis ali. te. prohi. l. j. §. j. Argum. contra. j. de carbo. edi. l. j. §. 2. in fin.

ADDITIO. Solue: ut no. in l. diui fratres. j. de iure patron. & per Dy. in c. non debet aliquis. extra de reg. iur. lib. 6. Sed quantum ad propositum hic dolus patris nocet filiæ sicut dolus cuiuslibet extranei à quo quis cãm lucratiuã haberet: ut l. apud Celsum. §. de authore. de doli except. secundum Bar. hic.

† Dolo malo.

Patris dolus an filiæ noceat.

† Si destinatis. aliàs, Si æstimatis. & de huius l. sensu uid. Didac. Couu. pract. q c. num. 2. in fi. & 4.

† Dua. quæ uerò nõ extarent, ab initio æstimatio earum.

nes mandatæ sunt, debitorẽ cõuenire: sed sine dolo malo uel culpa exigere pecuniã non potuerit, [a] neque dotis nomine eũ conueniri posse [b] neq; mandati [c] iudicio.

¶ *Si prædiũ æstimatũ ĩ dotẽ datũ sine culpa euincat̃, nõ debet̃ æstimatio mulieri. B.*

¶ Fundus ęstimatus in dotem datus à creditore antecedente ex cã pignoris ablatus [d] est. Quæsitum est; an mulier si æstimationem dotis repetat, [e] exceptiõe submouẽda sit? ait [f] enim propterea se non teneri, [g] q pater eius dotem pro se dederit, cui [h] hæres non extiterit. [i] Paulus respondit, prædio euicto sine† dolo & culpa uiri, pretium petenti mulieri [k] doli mali exceptionem obesse. [l] Consequi enim eam pretium fundi euicti, euidẽs iniquitas est, cùm dolus patris ipsi [m] nocere debeat.

¶ *Fũdus æstimatus tali æstimatione q̃ si fa cit ẽptionẽ, põt alienari muliere nolẽte. B.*

¶ Scæuola lib.2.responso. LEX LI.

AEstimatis† rebus in dotẽ datis, pactũ intercessit, ut ex quacunque causa dos reddi deberet [n] ipsæ res restituerentur habita rõne augmẽti & diminutionis boni uiri arbitratu: † si quæ uerò non

AEstimatis.} CASVS. Titia uxor mea dedit mihi in dotem quædam prædia æstimata. sed fecimus tale pactum simul, q soluto matrimonio reddã mulieri res dotales quæ extarent, & etiam deteriorationem earum: & q ipsa redderet mihi, si in aliquo eas meliorassem. Item contentum fuit in eodem pacto, quòd si quæ illarum rerum non extarent tempore soluti matrimonij, ego redderem ei æstimationem. postea ego alienaui quasdam de his rebus non consentiente mihi prædicta uxore, neque posteà ratum habente. postea solutum est matrimonium. ex ui pacti uult mulier sibi restitui dictas res alienatas, uel uult reuocare à possidente. Certè dicitur hic quòd bene potest, ac si non fuissent datæ æstimatæ. Viuianus.

n ¶ Deberet.} s. si aliquid contingeret propter quod deberet reddi dos, quia sit solutum matrimonium. Accur.

o ¶ Aestimatio.} pręstaretur.

p ¶ Earum.} scilicet rerum.

q ¶ Volente.} maximè. aliàs ꝯ insti. qui ali. li. in prin. hæc enim æstimatio pro nulla habetur: ut hic, & C. de iure dotium. l. si inter. etiam quantum ad alienationem: ut s. de fun. do. l. quòd si fundus. Azo. Vel dic hoc casu posse uendi consensu mulieris: ut s. de pact. dot. l. fina. secus ubi nulla est æstimatio uel recidit ad nullã: ut dictis legibus. Itẽ hodie uidetur etiam in non æstimata posse uendi consensu mulieris: ut in authen. ut immo. ante nup. do. ibi, & hæc mũtum, &c. colla. 5. Sed illud quo ad cætera idem quod in dona. propter nupt. non quo ad alienationem. & facit s. de iure do. l. plerunque. in fin. & l. cum pa ter. § cum res.

r ¶ Vænissent.} i. uenditæ essent à marito.

AEstimatæ.} CASVS. Mulier dedit mihi in dotem pannos suos: & fuerunt æstimati. sicut cotidie fit. posteà destructi sunt muliere eos portante. Dicit̃ hic quòd nihilominus teneor ei ad ęstimationem soluto matrimonio. Viuian.

s ¶ Aestimatæ res.} veræ. s. ab homine: ut hic, & s. de iure do. l. plerũque. in prin. & l. cùm post. §. pen. & de don. inter uir. & uxor. l. mortis. §. j. & C. de iur. do. l. cùm dotem. uel à lege: quia sunt res quæ usu cõsumuntur: ut s. de iur. do. l. res.

t ¶ Efficiuntur.} i. si efficiantur, est mariti periculum.

SI tamen tutor detur testamento rei Aphricanæ k uel rei Syriacę, utilis datio est. hoc enim iure utimur.

¶ Indefinita in singulari, uel ēt in plurali prolata tutelis ęquipollet uniuersali: non tñ comprehendit eos de quibus constat testatorem non sensisse. Bar.

¶ Idem. † LEX XVI.

SI quis ita † dixerit, Filiis l meis tutorem do: in ea conditione est: ut tàm filiis m quàm filiabus dedisse uideatur. Filiorum enim appellatione, & filiæ continentur. n ¶ Si quis filio o tutorē dederit, & plures filios habeat an omnibus filiis dedisse uideatur & de hoc Pomponius dubitat. Magis est aūt, ut oībus p dedisse uideatur. ¶ Si quis liberis tutores dederit, uel filiis, & habeat quosdam apud hostes ēt ipsis dedisse uidebitur, q si non aliud apertè prohibetur testatorem sensisse. ¶ Si quis cùm ignoraret se Titiū filium hr̄e, filiis tutores dederit utrum iis solis dedisse uideat̄, quos in potestate scit, an ei quoq; quem ignorauit se habere? Et magis, est ut huic dedisse, nō uideatur, licet nomen filiorum admittat & ipsum: sed quia de ipso non sensit, dicendum est cessare in psonam eius dationem. † Proinde & si credat r filium decessisse qui supererat, idē erit dicēdum. Nec enim uidetur ei dedisse, quē obiisse credebat. ¶ Si posthumis dederit tutores, hiq; uiuo eo nascātur, s an datio ualeat? Et magis ut utilis datio fiat, etiā si uiuo eo nascantur.

tor. sed integrè ad omnia erit tutor: ut s. ti. j. l. q hēt. §. fi. Azo. & Hu. Sed l. ỹ. pxi. dicit ꝯ. & in l. qui hēt. est alius casus. Itē quod dicit causarum, est contra. C. de in lit. dā. tu. l. ad litem. Sol. ibi tutor, id est curator: de quo constat: ut ỹ. de tuto. & cu. da ab is. l. 7.
h ¶ Nec deductis.} sic s. de usu & habi. l. plenū. §. j. & ỹ. de liberis & posthu. l. cum quidam. Accur.
i QVia personę non rei.} ut insti. eod. §. certè. Sed contra institu. de excusa. tur. §. datus. & ỹ. de admini. tuto. l. cùm plures. §. cum tutor. Solu. ibi secundario. principaliter non, ut hic in curatore ecōtra. ut C. de nnpt. l. in copulandis.
k SI tamen.} Rei Aphricanę. hic datur cuidam uniuersitati: & sic non obstāt leges præcedentes.
l SI quis ita. CASVS. Quinq; dicit. Primò, si dedi filiis meis tutorem, uideor dedisse & filiabus. Secundo dicit, si dedi filio meo tutorem non, adiecto nomine filij, & plures habeo filios: omnibus uideor dedisse. Tertio dicit, qđ quando filius meis tutorem do, uideor etiā dare illi filio, qui est apud hostes. Quarto dicit, credebam filium meum Titium mortuum esse, cùm uiueret, & dedi tutores filiis meis. certè illi non uideor dedisse. Quinto dicit. si do tutores posthumis & ipsi posteà me uiuo nascantur, nihilominus ualet datio. Viuianus.
l ¶ Filiis.} secus si dixisset filiabus: quia fœmininum non concipit masculinum: ut infrà de leg. 2. l. si ita scriptum.
m ¶ Tam filiis.} natis & nasciturus: ut suprà eod. l. si quis. sed si posthumis dixeri, nō continentur iam natis ut infrà de uerbo. signifi. lege, nomen filiarum.
n ¶ Continentur.} sicut fratrum appell. continetur soror: ut s. de pact. l. tres fratres. Azo. & facit ỹ. de uerb. sig. l. si quis mihi. & l. filij appellatione.
o ¶ Si quis filio.} non expresso proprio nomine. Azo.
p ¶ Omnibus.} sic ỹ. de uer. sig. l. Seruius ait. & ỹ. de leg. i. l. qui filiabus. §. si quis. & de leg. 3. l. si plures & de leg. 1. l. si ita legetur. in pri. & ỹ. ad Treb. l. fi. Sed contra ỹ. de libe. & posthu. l. nominatim. Sed non obst. quia exhæredationes odiosæ sunt: ut eod. titu. lege, cum quidam. H. Item facit in auth. ut liceat matri & auiæ. §. ad hoc. colla. viij.
q ¶ Videbitur.] si redeant. & hoc propter ius postliminij: ut ar. s. đ adop. l. si pater. circa prin.
r ¶ Credat.} facit ad hoc. ỹ. đ iis ꝗ in testamen. delen. l. 1. §. & iō & s. de contrahen. emp. l. fundi. & de transactio. l. cùm aquiliana. & ỹ. de liberis & posthu. l. Titius. in prin. & C de testa. mili. l. sicut. & l. si cū. & ỹ. de supplec. lega. l. Labeo.
s ¶ Nascantur.} uidebatur cōtra, quia mētione posthumorum facta non continetur iam natus: ut ỹ. de uerbo. signifi. l. nomen filiarū. & facit ỹ. de liberis & posthu. l. cōmodissime. & C. de posthu. hæred. l. fi. Accursius.

f ¶ Dari alius.} ut enim hæredibus hæreditas non defertur ex testamento & ab intestato: ita testamentaria & legitima non se compatiuntur, sed testamentarius cum datiuo sic: ut hic.
CErtarum.} CASVS. Ad unum prædium nō pōt dari tutor uel ad certā causam uel causas, & est rō: quia personæ datur. tamē bene potest dari ad uniuersitatem rerum certarum. & est ratio, quia personæ datur. & hoc dicit, cum tribus legibus seq. Viuia.
g ¶ Non potest.} quantū ad hoc ut ita sit tutor sicut disposuit testa-

† libro. ij. insti. tut.

† Lib. 36. ad Sabin.

† Dederit. Duar.

† Dua. Proinde & Si certus fuit filiū &c. al. proinde & si quasi certus fuerit filiū &c. al. proinde & certior sic factus filium &c.

Exhæredationes odiosæ sunt.

Testa-

T Estamento.} CASVS. Tutores testamentarij non debent satisdare rem pupilli sal. fo. in casu nr'o habet locum satisdatio. si enim unus de testamentariis tutoribus uult solus administrare, debet offerre satisdationem contutoribus. & si contutores nolūt satisdare sicut & ipse qui offert, solus administrabit satisdando. Si autē uolūt satisdare in bonis sicut ipse, administrabunt cum eo. quandoque tamen, etiam aliis uolentibus satisdare non admittitur: ille solusq; offert satisdationem: ueluti quando turpis persona est, & male habuit se in tutela. Item & quandoque licet ipse satisdet, administrabunt alij cum eo non satisdantes: ueluti quando alij sunt honestæ personæ. Sed pone quòd omnes tutores cōcordauerunt, ut unus solus administraret: uenit unus, & offert satisdationem. Item uenit alius, & uenit tertius. certè ille debet admitti, qui est magis idoneus. Sed quid si quidam extraneus offert satisdationē, prædictam? certè non dēt audiri. Dixi ergo qd' testamentarij non satisdant, nisi sicut dictum est. idem est in datis à iudice ex inquisitione. hoc dicit usq; ad l. si nemo. §. fi. quæ incipit testamento. Viuianus.

libro. 35. ad edictum

Concor. gl. in verb. & testimonio. ibi, tutori datoi testamento suo sufficit testimoniū patris. cap. episcopum. ix. q. ij.

Testamentarii non coguntur a iudice satisdare, sed quandoque possunt offerre ut soli administrent, ad quod admituntur, nisi alii et offerant idonee, uel iudici cognoscenti aliud uideatur. Quod si plures simul offerunt, idoneior eligitur. Bar.

Idem. LEX XVII.

Testamento datos tutores non esse cogendos satisdare rem saluā fore, certo certius est. a Sed nihilominus cum quis offert satisdationem, ut solus administret audiendus est, ut edicto cauetur. b Sed rectè prętor etiam cæteris detulit hanc conditionem, si & ipsi uelint satisdare. Nam si & ipsi parati sint satisdare, non debent excludi alterius oblatione; sed impleta uidelicet ab omnibus satisdatione, omnes gerēt: & qui contentus est magis satis accipere quàm gerere, securus erit. Nō omnimodo tamen is qui satisdat, præferendus est. Quid enim si suspecta persona sit, uel turpis, cui tutela committi nec cum satisdatione debeat? c Vel quid si iam multa flagitia in tutela admisit? d Nōnne magis repelli & reiici à tutela, quàm solus administrare debeat? Nec satis non dantes, temere repellunt: quia plerunq; bene probati & idonei atq; honesti tutores, etiā si satis non dent, nō debent reiici: quinimò nec iubēdi sunt satisdare. Duplex e igitur causæ cognitio est. Vna ex persona eius, qui obtulit satisdationē, quis & qualis sit. Alia contutorū, quales sint, num fortè eius existimatiōis f uel eius honestatis sint ut non debeant contumeliam satisdationis subire.

Callistratus. LEX XVIII.

Qvòd si plures satisdare parati sint, tunc idoneior g præferendus erit: ut & tutorum personæ inter se, & fideiussorum comparentur.

Extraneus uolens satisdare non repellit tutores ab administratione. Bartolus.

a Certius est.} ut C. de tuto. uel cura. qui satis non de. l. penult. & instit. de satisda. tu. §. j. & C. de episco. audien. l. de creationibus. Hug.

b Cauetur.} sed hæc facultas oblationis satisdandi non est in patronis, ne spes successionis diminuatur. ut j. de legiti. tuto. l. legitimos. §. pe.

c Debeat.} ut & j. de suspec. tuto. l. suspectus. & l. quia.

d Admisit.} sic infrà de suspec. tuto. leg. iij. §. fin autem. & de re mili. l. non omnes. §. à barbaris.

lib. 3. edicti. Monitorij.

e Duplex.} sic s. de tutel. l. Celsus. Hug.

f Existimationis.} id est famę sic j. de uar. & extraordi. cog. lege penul.

Qvod si plures.

g Idoneior.} sic j. de leg. j. l. huiusmodi. §. fin. & de accusa. l. si plures. & de libe. ho. exhi. l. iii. §. hoc interdictum. & C. communia de lega. l. fi. in princ. & j. de col. do. l. fi. sic j. de dam. infe. l. i. reficiēdo. Sed arg. contrà s. de iudi. l. in tribus. & de usufru. l. æquissimum. in prin. & l. quoties. & j. de admi. tuto. l. 3. in fi. ADDITIO. Dic secundum Barto. quòd ibi nemo offerebat satisdationem.

Si nemo.} Casus in hac lege patet ex casu pcedenti usque ad §. testamento. Testamento.] Institui mihi posthumum meum hæredē: & ei substitui Titium. Item dedi ei tutorē Sempronium certè Sempronius nō erit tutor antequam posthumus nascat: & si posteà non nascatur, & sic habeat substitutus hæreditatem: de iis quæ administrauit Sempronius, tenetur substituto utili act. neg. gest. Quid si posthumus nascatur, & habeat substitutum: posteà sic tutor q. gesserat ante natiuitatem posthumi, fuit remotus à tutelā antequā is ciperet gere post natiuitatem eius? certè adhuc tenetur pupillo utili actione prædicta. si autē administrauit & ante natiuitatem & post: de utraq; gestiōe tenetur actione tutelæ: quod est mirabile. Viuia.

h Non est audiendus.} Arg. contra. C. communi diui. l. iii. in fin.

Vlpianus. LEX XIX.

Si nemo tutorum prouocet ad satisdationem, sed existat quidam qui tutor nō est desideretq;, ut aut satisdent tutores, aut si non satisdent, parato sibi satisdare cōmittant tutelam, non est audiendus. h Neq; enim aut extero committenda est tutela, aut testamento dati tutores contra ius satisdationi subiiciendi sunt. Hoc edictū i de satisdatione, k ad tutores testamentarios pertinet. Sed & si ex inqsitiōe dati sint tutores, Marcelus ait ad eos ptinere hoc edictum, l & id etiam oratione djuorū fratrū significari. Ideoq; & illi clausulæ m sunt subiecti, ut si cui maior pars tutorum decernat, is gerat quem maior pars eligat: quamuis uerba edicti ad testamentarios pertineant.

De eo q qs gerit antequā nascat posthumus, tenetur actione ne. ge. si uero post eū natū gerat, ī actiōe tutelę deuoluit. B.

Testamēto datus posthumo tutor, nondum est tutor, nisi posthumus edatur: datur tamen aduersus eum substituto pupilli negotiorum n gestorum actio. Sed & si partus editus fuerit, deinde hic tutor prius, quàm quicquam gereret, remotus à tutela fuerit, & hic eadem o actione tenebitur. Si qd plane gesit post editum partum, de eo quoque quod ante gesit tutelæ iudicio tenebitur: & omnis admīstratio in hanc actionem ueniet. p

Paulus. LEX XX.

Tutor incertus testamēto, q dari non potest. Quemlibet possumus tutorem dare: siue is ptor, siue consul sit: r quia lex duodecim tabularū, id cōfirmat.

Idem. LEX XXI.

Testamento s tutores ij dari possunt, cum quibus testamenti factio t est.

Qui reliquit tutorem seruum, quē putabat liberum, nō vř libertatē ei dare. B.

ADDITIO. Dic qd' hic fuit electa industria psonę: quę nō ibi cessat secundum. Bar.

i Hoc edictum.} cuius uerba non habemus.

k De satisdatione.} scilicet non exigenda: ut & s. l. testamento. j. respon.

l Hoc edictum.} nam & hi nō satisdāt: quia idonei sunt electi: ut instit. de satisda. tuto. §. j. soli ergo legitimi & datiui sine inquisitione satisdant.

m Clausulę.} eiusdē edicti uel alterius. & facit ad §. j. de lega. 3. l. 3. & 4. & v. & infrà de adminini. tuto. l. iii. §. penul.

n Negotiorum.} utilis: ut j. de tu. & ra. distr. l. pe. & de eo qui pro tu. neg. gessit. l. j. §. si quis. & s. de neg. ge. l. neque. §. in hac. & l. cùm pater.

o Eadem actione.} nego. gest. & utili. Hug.

p Veniet.} sic j. de rebus. dub. l. quędā. et s. si cer. pet. l. proinde.

Tutor.} incertus.} CASVS. Primò: pone exemplū ut infra eodem. duo. sunt Secundo dicit, q non solùm prætor, sed etiā consul potest tutor in testamento dari. Tertio dicit, quod illi demum possunt tutores in testamento. dari, q ex testamento capere possunt. Quartò dicit, q si testator tutorem seruuū dedit quē liberum putauerat, nihil agit. Quintò dicit, q incerto pupillo non potest dari tutor, certo autem sic. & ponit exempla. Sextò dicit, q si pupillus habeat plures tutores & cum uno eorum uult agere: potest authoritate alterius. & nō est necesse, q detur curator. Septimo dicit, qd' tutor duorum pu. potest se exonerare ab unius tute. & alterius erit tutor. hoc dicit. usque ad leg iure nostro. Viuia.

lib. 38. ad edict.

Sic et ut potest fieri cōpromissum de ... certa ... na: ut in ... innotuit ... fi. cū glo. ... post prin. ... extra de ...

lib. 3. Breuium.

q Testō.} ēt subaudi. Et no. q certus debet esse tutor: ut insti. de le. §. tutor. & j. e. l. duo. & certus ille cui datur: ut j. e. l. tutor. Itē certus procurator: ut s. de pc. l. dūmō. Et certus qui instituitur hæres: ut j. de hære. inst. l. in tps. §. quoties. Et ille cui legatur: ut insti. de le. §. incertis. Nec ob. j. de reb. du. l. quidam: quia ibi bene certus intelligitur legatarius. Itē nō ob. C. de episc. & cle. l. id quod & l. nulli. & l. si quis ad declinandā. quia spālia ibi fauore pauperū & captiuorū.

r Consul fit.} Possunt tamen se excusari: ut insti. de excus. tu. §. & qui potestatem. at iudex non posset dare nisi sibi subiectum: ut not. s. de tut. l. etiam.

s Testamento.] aliàs incipit, si quidem. & aliàs testamento.

t Factio est.} passiue hoc intelligas. i. q capere possunt ex testamento alioquin contra: ut insti. qui da. tu. po. s. in prin. ubi filiusfa. potest esse tutor: non tamen potest testari actiuè. sed quo tpe erit hoc attēdendū? an obseruabitur quod in hæreditate, uel ēt qd' in legato dicimus attendendū: ut instit. de hære. quali. & diff. §. in extraneis. uel tps aditæ hæreditatis tantum? quod magis uidetur: ut s. e. l. si nemo. & C. de cadu. tollend. l. j. §. in nouissimo. & argumen. ei' quod dicitur de hæreditate, & legato, & conditionibus: ut j. d' regu. Cato. l. Catoniana.

Vlpia li. 45. ad edi. est.

Idem. LEX XXII.

Si quis tutorem dederit filio suo seruum a, quē putabat liberum b esse, is neque tutor, neq; liber erit.

Incertitudo circa personas quibus datur tutor uitiat dationem. Item datio certa pōt conferri ī uolūtatē eius cui dat. B.

libro. 8. Quæstion.

Aphricanus. LEX XXIII.

iij Tutor ita rectè non datur, Illi aut illi filiis meis, utri eorum c uolet, Titius tutor esto. Quid enim dicemus, si Titius cōstituere nolit utri ex filiis tutor esse uelit? Ita autem rectè tutor dabitur, Titius si uolet, illi filio meo d tutor esto.

lib. 5. ex Cassio.

Du. si plures tutores sint, à pretore curatorem posci &c.

Iabolenus. LEX XXIIII.

Si plures e tutores dati sint à Prętore, curatorē posci litis causa superuacuum est: quia altero tutore authore, cum altero agi potest.

Nō est tutore, apud Duaren.

Excusatus à tutela unius pp hoc non excusat a tutela alterius. h. d. Vel aliter In separatis de uno ad aliud nō infert. B.

lib. 4. Pādecta.

Modestinus. LEX XXV.

Duobus f pupillis tutor datus, & si ab alterius g tutela se excusare potest, cùm res separatæ h sint: attamen alterius tutor manet.

Solue ut ibi fm Bar.

Mater non potest esse tutrix testamentaria nec a iudice confirmatur.

libro. 4. Respons.

Papinianus. LEX XXVI.

Iure nostro tutela cōmunium liberorum matri testamēto patris frustra mandatur. i Nec si prouinciæ præses imperitia lapsus patris uoluntatem sequendā decreuerit successor eius sententiā quā leges nostræ non admittunt, rectè sequetur. k

Non vř tutor honorarius, q ab aliis rationes exigere debet. Bar.

Honoris l cā tutor datus nō uidetur, quem pater m à cæteris tutoribus, quibus negotia gerenda mandauit, rationes accipere uoluit.

Datus tutor in testō de cuius uirib. dubitat, a prætore cōfirmat: & interim erit tutor: sed qualis sit declarabit euētus. B.

Propter litem inofficiosi testamenti ordinandam, exhæredato filio, quem ei tutorē pr̄ dedit eūdem à prætore cōfirmari oportet. Euentus n etenim iudicatæ rei declarabit utrum ex testō patris, an ex decreto prætoris authoritatem acceperit.

Duar. exhæredato filio cu... torem &c.

Non est etenim, apud Duar.

Triphoninus. LEX XXVII.

Idem fiet, o si intestatum decessisse patrem, pupilli nomine d' fendatur, falsumve testamentum nomine pupilli dicatur: & si patruus extet, legitimus p tutor futurus ab intestato: quia tutorem habenti tutor dari non potest. q Nam commodius ipse, q scriptura continetur. à prætore dabitur: ut sine ullo litis pręiudicio r iustus tutor author pupillo ad eam litem fiat.

li. 14. disputation.

Propter cām status receditur a legitimo, & locus est datiuo. Bar.

Cū autē ipse s patruus quē tutorē legitimū sibi dicebat pupil-

a Si quis.} Seruum. Setiam suum. ad quod est j. de mili. testa. l. neq;. §. si seruum.

b Putabat liberū esse.} secus si sciret: quia tunc uel directā si esset suus: uel fideicommissariam, si esset alienus, haberet libertatem: ut s. eo. l. si hæreditas in fin. & in sti. eo. §. j. & facit j. de fideicommi. lib. l. generaliter. §. si quis tutorem.

c Tutor.} Veri eorum. Videbatur contra: quia nō posuit in sua potestate. sed cui. ad quod s. tit. j. l. q hēc. §. si pupillus. sed incertitudo, hoc facit: ut & not. s. eod. l. tutor. incertus. & facit infrà de noua. l. si Stichum. §. si decē. & de stipu. ser. l. sed & si ita stipuletur. & de leg. secundo. l. unum. §. rogo. Sed argu. contra j. de noua. l. si is. in fine.

d Filio meo.} & sic omnibus filiis uid' tur dedisse, licet in singulari numero fuit locutus: ut s. eod. si quis. §. i. & j. de uerb. sign. l. seruius ait. sed certè bene hoc admitto. sed l. ista non facit istam uim, sed an ualeat tutoris datio facta sub hac conditione, si uolet. uel sub illa, utri eorum uolet. Azo. & primo propter incertitudinem personæ cui datur, non ualet, i secundo est certa, & ideo ualet, at in legato dic ut j. de leg. primo. l. senatus. §. legatum. & l. si sic. In stipulatione dic ut j. de act. & obli. l. sub hac. & de uerb. ob. l. centesimis. §. fi. & dic q dictiō si, facit hic ueditionem, qnq; non. ut j. de condi. insti. l. uerba.

e Si plures.} secus si unus tantū: ut C. de in lit. dan. tut. l. j. & j. de tu. & ra. distr. l. si tutor. §. si testamento. in fi. §. & inst. de a ut. tu. §. fi. & s. de tu. l. qui habet. §. si pupillus.

f Duobus.} uel diuersi fuerunt testatores, & tunc plana; uel unus, sed filij habebant bona materna, uel alia separata: nec enim exigo q bona eius pater diuiserit, cum etiam exhęredatis potest dari tutor. ut j. l. proxi. §. fi.

g Alterius.} fortè liberti cum iste sit ingenuus, ut C. de excusa. tuto. l. excusatum. uel ēt propter numerum tutelarum secundum primum casum, & etiam secundum alium: ut C. de lib. cau. l. si multis.

h Separatæ.} alioquin una tutela intelligeretur, non duæ: ut j. excu. tu. l. tria. & inst. de excu. tu. §. idem tria? Sed quid tunc fortè erit ut dicitur. C. qui. tu. nu. l. fi. in fi.

Iure nostro.} CASVS. Non possum in testamento meo committere uxori meę tutelam filiorum communium: & si cōfirmata fuerit uoluntas mea prædicta à prędide, successor prædidis non tenetur illam sententiam prædidis tenere. Secūdo dicit q si do tutores duos filio meo, & posteà do ei tertium, cui uolo reddi rationem per alios quolibet mense fortè: certè iste tertius non dicitur tutor honorarius. Tertio dicit, exhęredaui alium meum impuberem in testō meo: & ei dedi tutorem, & institui mihi hęredem extraneum. hi?s uult agere querela inofficiosi testamenti contra insti. certe authoritate prętoris dictus tutor ei præstabit authoritatē in agenda. & si succubat i querela pupillus, dictus tutor erit testamentarius: si obtinebit erit datiuus: quia ruptum fuit testm̄ eo uiuente. & quod diti quando agitur querela per filium pup. habet locum si pup. dicat patrē intestatū decessisse, uel dicat falsum esse testamentum quod monstrat institutus. nam authoritate prætoris authorabitur ei tutor in testō falso ei datus, licet habere possit pupil. tutorem legitimum: puta patruum nec proderit hæc confirmatio tutoris illi qui ostendit testamentum. allegabit eñ ipse fortè hoc modo. tu. pu. habes authoritatem à tutore quē ostendit testamentum quod monstro: ergo d' bet esse firmum testm̄. Sed pone quod dictus pu. non habuit tutorē in testamento: sed habet patruū quē d' esse suum legitimū tutorē: ille autē patruus uult habere hęreditatē, dicens q pup. non fuit legitimus filius d' functi. certe alius tutor debet dari à iudice ponuntur ergo hic usque ad l. qui tutelam. tres casus, in quibus non habet locum leg. tu. imo testamentaria licet sup ipso testō sit quæstio. Item ponitur quartus in quo habet datiua locum, & non legitima. Viuia.

i Mandatur.} sed consilio eius geri rectè mandatur: ut j. de admini. tuto. l. quidā decedens. §. Papinianus. & repete hic qd' no. s. de tu. l. fi. & C. qñ mu. tut. o f. fun. l. prima & aut. matri. & i. de neg. gest. qui aliena. §. quaquā. Item uidetur contra. j. ad Tert. l. 2. §. si mater. ibi, quid tamen si pater &c. sed dic ut ibi.

K Sequetur.} ut j. de rebus e. l. quamuis.

l Honoris.} Honorarius dicitur quia honor est ei cui datur, si alicuius dignitatis sit qui datur. Alij quia à prætore datur, quod non placet: ut no. j. de soluto. l. quòd si fortè. §. primo.

Honorari' quis dicit.

m Quem pater.} hoc ipso q eum præposuit aliis, sed ita si alios uoluit gerere sine isto. ut j. de admi. tu. l. iii. §. i. quæ est contra. Vel dic ut ibi.

n Euentus etenim.} qa si succūbat in quærela pupillus, erit tutor testamentarius: si obtineat, erit datiuus: quia cū rumpitur testm̄ per querelam, & cætera quæ ibi sunt, rumpuntur: ut legata & tutelæ: ut s. de inoffi. testa. l. qui repudiantis. §. fi. & l. Papinianus. §. fi. & s. eo. l. 3. hodie secus: ut C. de libe. prgte. aut. ex causa. & continua. l. se. cum ista. ADDITIO Ex hac gl. no. q per aut. ex causa conseruatur illud quod est relictum filio rumpēti testamentum, nam ei erat datus tutor ut sibi cōseruetur, quod ēt tangit gl. in l. maximum. uitium. C. de libe. præte. secundum Bar hic.

o Idem fiet.} scilicet q confirmatur testamentarius.

p Extet legitimus.} extet dico scriptus in testō: nam confirmabitur ut datus in testamento, non ut legitimus. Vel dic secūdo q non erat scriptus patruus, sed alius qui cōfirmatur excluso patruo legitimo: quia donec speratur testamentaria non est locus legitimę: ut s. eo. l. si quis sub conditione. & hæc lectura est aptior literæ quę sequitur, quia tutorem habenti. &c. Accur.

q Nō potest.} nisi ut s. ti. j. l. quæsitum. & l. si quis. & nisi creuerit patrimonium ut C. in quib. cau. tu. ha. licet. Azo. & j de excusa. tu. l. propter. §. 2. H. & facit insti. de cura. §. interdum.

r Præiudicio.} si enim alius daretur, uideretur testm̄ non ualere, & fieri ei præiudicium: quod hic non, est qñ idem confirmatur.

s Cum autem ipse patruus.} i. scriptus in testō tutor. Vel dic secundum aliam lecturam quod non erat scriptus, nec etiam aliis scriptus

Universidad de Deusto Biblioteca

ſcriptus erat tutor.& facit ſ.de excuſa.tuto.l.ſi pupillum.
a ¶Criminaretur.} i.accuſaret.

QVi tutelam.} CASVS Inſtitui filium meum impuberem hæredem,& ei Titium tutorẽ dedi,& legaui dicto Titio & etiam filiis Titij: poſteà ipſe mortuo me excuſauit ſe à tutela prædicta. certè non ſolùm legata ſibi relicta amittit. ſed etiam relicta filiis ſuis, contemplatione ſuæ tutoris legaui filiis eius. Secundo dicit. inſt. cui hæredes, & per fideicõ. eos rogaui ut manumitteret Stichum ſeruum meum: poſteà dictum Stichum dedi tutorem filio meo impuberi uolens recedere ab eo quòd dixi manumittendum per fideicom. certè nõ erit incontinẽti tutor, ſed tunc demum cum fuerit manumiſſus. Tertiò dicit, ſi patron' dedit tutorẽ liberto impuberi, non ualet, ſed confirmatur. Viuia.

† lib.4.Reſponſor.

lus eſſe ſubiectum filium criminaretur, a & ad ſe legitimam hæreditatem pertinere contenderet alium tutorem petendum Iulianus reſpondit.

¶*Qui ſe à tutela excuſat, pditq ſibi ſuiſq; eſt ea contemplatione relictum. Bart.*

¶Papinianus. † LEX XXVIII.

QVi tutelam teſtamento b mandatam, excuſationis c iure ſuſcipere noluit, d ab ijs quoque legatis ſubmouendus e erit, quæ filij eius relicta ſunt modò ſi legata filij non affectione f propria, ſed in honorem patris meruerunt.

¶*Seruus datus tutor non erit liber incõtinẽti: ſed eius libertati aliter prouidet. B.*

¶Verbis fideicõmiſſi manumiſſus, g non iure tutor teſtamẽto h datur. poſt libertatem itaq; redditam, ex uoluntate teſtatoris ad tutelam uocatur.

¶*Patronus non poteſt dare liberto tutorem, ſed confirmatur. Bar.*

Impuberi i liberto patronus fruſtra tutorem dabit: ſed uoluntatẽ eius, ſi fides inquiſitionis cõgruat, Prætor ſequetur.

¶ *Qui ſibi aſſcripſit tutelam in teſtõ, non erit tutor, niſi teſtator ſubſcripſit: & executionem amittit. Bar.*

¶ Idem. † LEX XXIX.

b ¶Qui tutelam teſtamento.} ſecus ſi à iudice: ut ſ.de excuſa. tuto.l. Neſennius.& de iis qui. ut indig.le. poſtlegatum.§. amittere. argu. contrà. ſ.de legat. ij. cum filius.§. non iure.
c ¶ Excuſationis.} aliud ſi ideo quia de iure eſſe nõ poteſt: ut quia miles: ut C.de le. l.ab adminiſtratione. uel minor. ut infrà, e. l. quæro. §. fina. Item idẽ eſt ſi remotus ẽ ut ſuſpectus. ac ſi ſe excuſet. Item idem ſi non adminiſtrauit, ſed cæteros adminiſtrare pmiſit: ut ſ.de excu.tu.l.quid autem.

† libro.15. Reſponſo.

d ¶ Noluit in totum uel in partem: ut ſ.de leg.j.l.etiam ſi.Azo.
e ¶ Submouendus.} Cùm aliàs teſtator legaturus nõ fuerit: ut ſ.de excuſa.tu.l.Neſennius.ſed aliàs diſtinguitur an emolumentũ legati eſſet peruenturũ ad patrẽ, uel non: ut ſ.de iis qui.ut indig.l.poſt legatum.§ ſi pater. quam diſtin. hic non admitto, cùm & ſi ipſi eẽt relictum, poſſet conſequi, ſi aliàs relicturus eſſet: ut d.l.Neſennius.
f ¶ Non affectione.} ſic.ſ.de leg.3.l.ſi tibi. Item no. q iſti filij perdunt per alium qd' ex ſua perſona habere poſſunt. Arg. ſ.ſ de leg.3. l.ſi.§.Seio.& de leg.2.l.ſi Titio.& l.qui capere. Itẽ contra huic l. ſ.d excuſa.tu.l.tutor.§.j.ſed expone ut ibi. Item facit ſ.ubi pu.edu. le. j. §.ſi.& de admi.tuto l.ita autem §. Papinianus. ADDITIO. Dic q in illis legibus contra erat pro parte relictum in perſona utriuſque hic autem erat totum relictum contemplatione patris: ut ſ. de uulga.& pupil.ſub.l.ſi plures.§. in arrogato. Bar. hic.
g ¶ Manumiſſus.} id eſt manumitti iuſſus. ſic miſſus i. mitti iuſſus: ut ſ.de dam.infec.l.ſi finita. §.pen.& l.ſi quis iuſſus. & pone iuſſum. manumitti ab ipſo teſtatore, qui dabat eum tutorem: & erat eius p prius ſeruus.& dic q conſtabat q dando eum tutorem uolebat recedere ab eo, quod dixerat eũ manumittendũ per fideicõmiſſum. alioquin ſecus eſſet. nam pono primò reliquiſſe libertatem per fideicõ. poſteà tutorem dando vĩ libertatem dare directam: ut inſt.qui teſta. da.tu.poſſ.§.ſed ſciendum.& ſ.eod,l.ſi hæreditas.§.j.& l.tutor.§.fin. & de uulg.ſubſtit.l.ſi quis eum quem. Et idem eſt ſi conuertas ordinem in dubio uoluntatis defuncti, quia directa fauorabilior eſt fidei commiſſaria: quia eam ſtatim conſequitur. arg.ſ.de leg.2.le. ſi idem ſeruus.& infrà, de manu.teſta.l.ſi peculium.§.i.& C.de neceſ. ſer. l.quidam. in prin. Item facit bene ad rõnem iſtam. ſ.de liberis & poſthu. l.ſi ita.§.regula. Illud quidem dici nõ poſſet, quod ille qui dabat eũ tutorem, fuerit rogatus ab aliquo eum manumittere, & eum nondum manumiſſum det modò tutorem: quia hoc ipſo conſequeretur eo mortuo libertatem directam: ut inſti.qui dari tu.poſſ.§.j. Vel dic q hic ſeruus erat alienus,& dominus eius rogatus erat ab aliquo q eum ſibi reliquerat uel aliquid aliud, eum manumittere. Vel iſte qui dabat eum tutorem in teſtamento, in eodem rogauerat dominum ut eum manumitteret. Azo.
h ¶ Teſtamento.} ut mox ſit tutor ante libertatem: quia non uult teſtator ut liber ſit, neque tutor niſi ab hærede manumittatur, ſi hoc conſtet: aliàs præſumitur q uelit eum habere directam per hoc qd' datur tutor ſecundum Hug. ut modò not.
i ¶Impuberi.} fa.C.eodem,l.j.& ſ.tit.j.l.iij.& de excuſ.tut.l. iuriſperitos.§.fina.

EX ſententia ſenatuſconſulti Liboniani k tutor non erit, qui ſe in teſtamento pupillo tutorẽ ſcripſit. Cùm autem patris uoluntas hoc ipſum manu ſua declarantis ambigua non eſſet, eũ (quã uis alij tutores eſſent), curatorẽ l dandum reſpondi: nec admittendam excuſationem m quam iure publico habebat, quoniam promiſiſſe uidebatur: nec ut ſuſpectum n remoueri.

¶*Incertitudo perſonæ cui datur tutor, uitiat dationem. Bart.*

¶Paulus. † LEX XXX.

DVo ſunt † Titij, pater & filius. datus eſt tutor Titius, nec apparet de quo ſenſit o teſtator. quæro, quid iuris ſit, Reſpondi, Is datus, eſt quem dare ſe teſtator ſenſit. Si id non apparet, non ius deficit ſed probatio. igitur uẽter p eſt tutor.

¶*Tutores dati in teſtamento rupto, debent firmari. Bar.*

¶ Scæuola. † LEX XXXI.

SI pater exhæredatæ filiæ tutores dederit, & teſtamentum eius ruptum dicatur, nato poſthumo: commodiſsimum eſt, coſdẽ tutores pupillæ q dari ad petendã inteſtati hæreditatem.

EX ſententia.} CASVS Scribo me tutorem in teſtamento Titij: non ero tutor. nec enim apparet ſcriptum teſtatoris ſcribentis me tutorem: quia tunc bene ero tutor, cũ concurrit mea ſcriptura cum ſcriptura teſtatoris: Et quia ibi eſt mea nõ habeo excuſationem a tutela: & quia eſt ibi illa teſtatoris, nõ poſſum remoueri ut ſuſpectus à dicta tutela. Viuianus.
k ¶Liboniani.} eius ſenatuſconſ. fit mentio infra de fal. in rubri.& l.ſenatus.& leg. diuus. & l. filius. & C. de iis qui ſibi aſſcri. l. ſenatus.
l ¶ Curatorem } nõ dicit tutorem, quia habenti tutorem. &c. ut C.qui per tu. poſ.lege penulti. Vel dic id eſt tutorem. ſic C.de confirma.tuto.l.ſi ut proponis.
m ¶ Excuſationẽ.} præiudicat ergo ſibi per id quod de iure non tenuit, ſcilicet talis datio in teſtamento. ſic infrà ad legem Iul.de adulte. leg.uim paſſam.§.duos. Argumen. contrà infrà de le.ſecũdo.l.cùm quis. in princi. & facit ſ.de decu.l.ij.in fine. Hug.

† libro. Quæſtion. Caſus huius l. recitatur in gl. in c. paſtoralis. ... primi ... ſeri. & cor. cũ ... l. inquantũ ... incertitudo perſonæ ... cũ tibi. & q ibi ... doc. & gl. extra de ... ſta.
libro. Quæſtion.

ADDITIO. Tu dic ſecundum Bar. q hic uidetur purè remiſiſſe: in contrario promiſit ſub quadam conditione ſeu quodam, reſpectu, q poſtea deficit.
n ¶ Suſpectũ.} hoc ipſo, licet uideatur ſuſpectus quia ſe ingerit ſcribendo ſe tutorem: ut infrà de fal.l.uxori.§.i.& ſ. de procur.l.quæ omnia.& ſ.rem pupil.fal.ſo.l.datiuus.& hoc intelligit Io. cum manu ſua teſtator declarauit hoc ipſum &c. ut ſ. dixi: aliàs ſecus. Vel dic ſecundum H.etiam ſi hoc non declarauit, quòd non ſit remouendus, ſi aliàs idoneus inuenitur: ut dicta.l.uxori.§.j.& facit infrà titu. j.l.ij.

DVo ſunt.} CASVS. Si do Titium tutorem, & non poteſt ſciri de quo Titio cogitaui: non ualet datio. Viuia.
o ¶ Senſit.} ſic ſ.e.l.ſi quis.§.ſi quis cum.& ſ.de condi.& demon.l.dẽmonſtratio.in prin.& ſ.de uerb.obli.l.in cõuentionalibus. & de le.i.l.ſi quis à filio.§. i. Sed quid ſi alter decedat uiuo teſtatore? uĩ q ſuperſtes debeat eſſe tutor: ut argu.ſ.de hære. inſtit.l. qui ſoluendo. & ſuprà de contrahen.emp.l.ſi in emptione.§.penul.Arg.contrà.ſ. de adimen.leg.l.3.§.ſi duobus.
p ¶ Neuter eſt tutor.} concor.inſtit.de leg.§.tutor.& ſ.eo.l. tutor incertus,& ſ.de reb.du.l.fuerit.& ſ.de hæred.inſti.l.in tempus.§.j.& infrà, de decu.l. ..§.ſi.& infrà, de condi.& demon.l. falſa.& ſ. de rei uendi.l.idem. Pomponius ſcribit.§.fina. & ſ.de manu. teſta. l. cũ ex pluribus.& ſ. de uſufruc.l.ſed & ſi quid.§. interdum. Sed argu. contrà ſuprà ad leg.Aquil.l.item Mela.§.ſi plures. Item eſt contra infrà de leg.2.l.8.§.ſi inter. Sol.ut ibi. ADDITIO Dy. dicit quod illud eſt fauore publicæ utilitatis, ne maleficia remaneant impunita, cùm omnes deliquiſſe conſtat. idem not. in c.in obſcuris, de reg.iur.l. vj. ſecundum. Bar.

† Solue ... ibi pater ... cũdũ. Bar.

SI pater.} CASVS. Exhæredaui filiam meã, & ei tutorem dedi, & aliũ mihi inſtitui: poſteà natus eſt mihi poſthumus. & ſic ruptum eſt teſtamentum. certè ad petendam meam legitimam hẽditatem confirmabitur dictus tutor dictæ pupillę. Viuia.
q ¶ Pupillæ.} ſ. exhęredatæ per confirmationem iudicis. nam cũ teſtamentum ruptum ſit natiuitate poſthumi: nec datio tutelę ualet. hodie ſecus: ut not.ſ.eo.l.iure.§.fin. an etiam & poſthumo dabit idẽ Argumẽ. q ſic.ſ.co.l.ſi quis tutorem.in prin.& §.j.& l. ſi quis filia bus.& infrà, de uer.ſignifi.l.Seruius ait.

Quæro

QVæro.] CASVS Teſtator bene poteſt dare tutorem filio ſuo de alia ciuitate, quàm unde natus ſit. Secundò dicit, q tutor datus propter rerum notitiam, tenetur ita bene ſicut alij. Tertio dicit, dedi ſeruum meum maiorem xxv.an. filiis meis tutorem, & non dedi libertatem expreſse. certè liber erit incontinenti adita hẽditate. Viuia.

† lib.9.Reſponſo.

a ¶Poſſe.} habet tamen excuſationem: ut ſ de excuſa. tu.l.fin.& C.de excuſa.tu.l. teſtamento. Item ſecus ſi à iudice detur: ut C.qui dari tuto. poſſ.l. neq;.& ſ.de tuto.& cur. da. ab iis l. ius dandi. & l. j. in ſi.& l.diuus & no, ſ.de tute.l.etiam.
b ¶Notitiam.} nã quidam dantur cauſa honoris, quidam propter rerum notitiam: ut ſ.de ſolut. l. quod ſi fortè.§.1.& ſ.eo.l.iure noſtro.§ i. & ſ.de admini.tuto.l.3.§.j. Hugo.
c ¶ Placet.} ut inſti. eo.§.ſeruus.
d ¶ Legitimam ætatem.} ut C.de leg. tute.l.ſi.nec obſtat. C.de leg.l. pe. quia hic ñ poteſt eſſe etiam ſi uelit: ut no.ſuprà eo.l.qui tutelam.

† Seius.

TVtoribus.} CASVS. Ita dicit teſtator: Lucium Titium do tutorem filio meo. & ſi is Lucius Titius, non eſt uiuus, tunc do tutorem Caium Plautium. Lucius Titius uiuens tutelam adminiſtrauit, & poſteà mortuus eſt. certè non habebit Caius Plautius tutelam: quia ita demum fuit tutor datus, ſi Lucius Titius non uiueret tẽpore mortis teſtatoris tunc autem bene uiuebat: ut dictũ eſt. Vi.
e ¶ Tutoribus ita datis. per illa uerba ſcilicet ſi is non uiuat: tunc &c. ſic ergo extremum tempus mortis tunc aduerbium ſignificat: ut infrà de cõdit. & demon. l. iiii. §.fina.

† Vindicatæ, in P. F.

† lib. 8. ex poſteriorib. Labeonis.

† Inquãtũ iſte tex. facit quod dictio, Tunc cũ uerbo pſentis tẽporis iuncta, refertur ad tẽps mortis cõcor. tex. in c.ego.& ibi Archi. poſt gl 64. diſt.

CVm codicillis.} CASVS. In teſtamento meo dedi tutores filiis meis poſteà credens quoſdam ex tutoribus deceſsiſſe, uel à tutela excuſatos eſſe, feci codicillos, & dedi tutores filiis meis exprimendo in codicillis, quòd propter meã credentiam dabã uos ultimos tutores. certè deficiente cauſa id eſt credentia mea, deficit effectus: quia non reiiciuntur à tutela teſtamentarij. Viuia.

† lib. 10. Digeſtor.

f ¶ Significaſſet.} ſcilicet aliquis.
g ¶ Permanerent.} & dati codicillis, cùm eis erunt tutores: quoniam dando poſteriores, priores non remouiſſe uidetur: ut C.e l. 2. ar. cõtra.ſ.de procu.l.ſi quis eum.§.ſi. Vel fortè dati in codicillis nõ erũt tutores: ut ſ.de hæredi.inſti.l.fina & ſecundũ hoc no. generale, quod cauſa ceſſante ceſſat effectus. ſic inſti.de excu. tu. §.inimicitiæ.

¶*In teſtõ poteſt dari tutor non ciuis. B.*

¶Paulus. † LEX XXXII.

QVæro, an nõ eiuſdem ciuitatis ciues teſtamẽto quis tutores dare poſsit? Paulus reſpõdit poſſe. a

¶*Tutor datus cauſa notitiæ, ita tenetur ut alius. Bar.*

¶Idem Paulus reſpõdit eũ quoque, qui propter rerum notitiã b tutor datus ſit, perinde in omnibus & adminiſtrationis & acceſſionis iure conueniri poſſe, atque cæteros tutores qui eodem teſtamento dati ſunt.

¶*Licet expreſſum differatur, tacitum non differtur. Bar.*

¶Lucius Titius hẽdes inſtituit filios ſuos pupillaris ætatis, eiſq; tutores his uerbis dedit: Filiis meis tutores ſunto Caius † Mæuius, & Lucius Eros. cui Eroti libertatem non dedit. fuit aũt Eros intra xxv. annum ætatis. Quæro an poſsit libertatem ſibi † uẽdicare? Paulus reſpondit: quoniã placet c eum qui à domino tutor eſt datus, libertatem quoq; meruiſſe uideri, eum quoque de quo queritur, in eadem cauſa habendum, & liberũ quidem ab adita hęreditate eſſe, tutela autem poſt legitimam d ætatem onerari.

¶ *Verba præſentis temporis cum aduerbio tũc referunt ad tempus mortis. Bar.*

¶ Iabolenus. † LEX XXXIII.

TVtoribus ita datis, e Luciũ Titium tutorem do. ſi is nõ uiuat, tunc † Caium Plautium tutorem do. Lucius Titius uixerat, & tutelã geſſerat: deinde mortu' erat. Trebatius negabat ad Plautium pertinere tutelã. Labeo cõtrà: Proculus id quod Labeo. Ego Trebatij ſententiam probo: quia illa uerba ad mortis tempus referuntur.

¶ *Defectus cauſę finalis uitiat diſpoſitionem. Bar.*

¶ Scæuola. † LEX XXXIIII.

CVm codicillis alios ideo ſe tutores dare ſignificaſſet, f quoniam teſtõ datos quoſdã defunctos, aut excuſationem habere poſſe comperiſſet, an nihilominus qui eorum uiuerẽt, nec excuſati eſſent, tutores permanerẽt? g Reſpondi, nihil proponi cur non permanerent.

E ibi dicit, nec reconciliatio &c. & ſ. de pac. l. quod dictum. Sed arg. contrà ſ.de ritu.nup.l.generali.§.fin.
¶ DE CONFIRMANDO TVTO. VEL CVR.
ET ne.} CASVS Quandoque tutores rectè dantur: & tunc non eſt neceſſaria cõfirmatio. & de hoc ponit exemplum. ſi autem non ualet datio: tũc habet locum cõfirmatio. & de hoc ponit exemplum. ſcias tamen quòd quãdo pater dat inutiliter ſine inquiſitione aliqua confirmatur. ſi autem alius det inutiliter: tunc eſt neceſſaria inquiſitio in confirmatione. Item ſcias quòd pater non poteſt dare filio curatorem in teſtamento: ſi tamen det confirmatur à iudicè. Viuia.

De confirmando tutore uel curatore.

TITVLVS. III.

¶*Tutor legitimè datus in teſtõ non eget cõfirmatione: ſecus ſi minus legitimè uel ex perſona dantis, uel eius cui datur, uel ex modo dandi. Bart.*

¶Modeſtinus. † LEX I.

ET ne h † de confirmandis i † tutoribus relinquamus indiſcuſum, pauca & de his ſcrutemur. Sunt quidã dati rectè tutores ſecundũ teſtamẽta, id eſt a qbus k oportet & qbus oportet, & quo l oportet, & ubi oportet. m Pater enim filiis uel nepotibus quos hẽt in ptãte, n rectè dat tutorẽ, ſed in teſtõ. Si aũt fuerit perſona talis, q nõ põt dare, uelut mater aut patronus, aut extraneus qs, aut pſona cui nõ põt dari ueluti ſi pater filio nõ exiſtẽti ĩ ptãte, aut filię dederit: aut ſi dixerit: Precor te curã habere rerũ, aut in codicillis non confirmatis dederit tutorem, aut curatorẽ, tunc quod deficit, repleri à cõſulari poteſtate conſtitutiones conceſſerunt, & ſecundũ mẽtem confirmari tutores. Et ſi quidem pater fuerit qui dederit tutorẽ, ampliùs nihil inquirit, qui prę eſt: ſed ſimpliciter o eũ cõfirmat. Si autem alius p quis dederit, tũc inqrit perſonã ſi apta ſit. ¶ Hoc amplius ſcire oportet, quoniã curator teſtamento † neq; à patre rectè datur: ſed datum aſſuetũ q eſt confirmari ab eo qui præeſt.

¶ *Tutor uel curator datus à matre, confirmatur ex inquiſitione. Bar.*

¶ Neratius li.3. † menbranarũ. L. II.

MVlier liberis non rectè teſtamento tutorem dat: ſed ſi dederit, decreto Prætoris uel pconſulis ex inquiſitione confirmabitur: r nec ſatiſdabit pupillo rẽ

h ¶ Et ne.} Hæc lex eſt græca, & prima huius tit. Vel dic q non eſt prima, quia aliis ñ cõnumeratur: ſed primo legitur Azo.
i ¶ Confirmandis queuntibus.} i. de his tutoribus qui queunt, id eſt poſſunt confirmari. Azo. Aliàs non habetur in textu queuntibus.
K ¶ Et à quibus.} ſi habes a quibus. i. à patre: ut ſ.tit.i. leg.ij. ſiue quibus, puta filiis per eandem legem.
l ¶ Et quomodo.} i.quibus uerbis: ut ſ.ti. i.l.ſi quis ita. per totũ & le.tutor incertus. & l.tutor ita.
m ¶ Et ubi oportet.} aliàs deeſt hic uerſus. uel expone. i. qua uoluntate. i. teſtamento, uel codicillis confirmatis: ut ſ dicet.
n ¶ Poteſtate.} aliàs dignitate.
o ¶ Simpliciter.} i. ſine ſatiſdatione, & ſine inquiſitione: ut ſ. e.tit.l.qui à patre. & l. ſi filio.& ſ. tit.i. pater. in fin.
p ¶ Si autem alius quis.} ſiue ergo mater ſiue patronus uel pater naturalis filio, uel alius extraneus det tutorem, fit confirmatio ſemper cum inquiſitione. Azo.
q ¶ Aſſuetum eſt.} ut inſtit. de curator §. dantur.

† lib. 6. Excuſation.

† Hęc cõſtitutio. in P. F. Greca eſt.

† In alijs exẽpla legit queuntibus tutoribus. ut Azo. etiã conſtit.

† Aliàs, ſecundũ teſtamentũ.

† al. Regularum.

MVlier.} CASVS. Sine tutorem ſiue curatorem det mater filiis, nõ ualet datio: ſed tamen debet confirmari per iudicem ex inquiſitione. Si autem pater det filio tutorẽ inutiliter confirmatur ſine inquiſitione: & quia fuit datus à patre, nõ ſatiſdat. Quid ſi patronus uel alius extraneus det tutorẽ impuberi, quem inſtituit hæredem? certè debet confirmari cũ inquiſitione. hoc dicit uſque ad l. tutores. Viuia.
r ¶ Confirmabitur.} nec ante habet neceſſe ſe excuſare: ut C. eo.l. i.& 2.& ſi ſe excuſat, amittit legatum ſibi relictum: ut infrà de lega. 2.cum filius.§.non iure. Item quod dicit confirmandum, uerum eſt

cùm

Universidad de Deusto Biblioteca

cum filijs hæredes instituit:alioquin non ualeret datio:ut ℥.de le.2. l.peto.§.mater.uel quod uerius est,in neutro casu ualet datio , quin opus sit confirmatione:sed cùm eos nõ instituit maior debet fieri in quisitio,qui cum instituit. Vel dic ut no.C.de test.tut.l. mater & facit.§.tit.j.l.pater.& ℥.qui pe.tu.l.fina.§.fin.Hug.

Tutoris datio a matre facta an sẽper confirmationẽ requirat.

Eius filijs Duaren.

QVi à patre.§ Non iusto.id est solenni , aut non &c. ut illis quibus dare nõ potest ut extraneis uel suis in epistola , uel codicillis non confirmatis : ut C.eo. l.ij.&.§.titu.j.l.2.

b ¶ Remittatur. § quia paternũ testimoniũ sufficit : ut insti.de satisda.tu.§.j & C.de epis.audi.l. de creationibus.& instit.de tute.§.fina.& facit ℥.q pe.tu.l.fi.in prin.& §.tit.j l.pater.& l.si pater.Hug.

c SI patronus.§ Nihil in bonis maximè.uel hic in extraneo uel patrono:secus in matre.sed quod primo dixi præualet de extraneo uel patrono Hug.

d ¶ Sequendũ esse.§ cum inquisitione tamen:ut supra titu.j.l. qui tutelam §.fina.& hoc cum instituit eũ: aliàs nec cum inquisitione nec sine inquisitione confirmabitur. Vel hoc erit uerum prorsus in extraneo: in patrono idẽ quod in matre.

† lib. sing. de excusa. tutelarum.

TVtores. §CASVS. Patruus meus qui dicitur mihi extraneus dedit mihi in testamẽto suo tutores,& me instituit hęredẽ:prætor,quia non ualuit datio tutoris, præcepit magistratibus q cõfirmarẽt sine inquisitione. certè cũ cõfirmant, debent exigere satisdationẽ rem pupil.sal.fo. etiã si dictus patruus præcepit,q nõ satisdaret. Sed qd si prætor dixit magistratibus,nõ accipiatis satisdationẽ à dictis tutoribus? certe tũc nõ debẽt inquisitionẽ facere,nec accipere satisdationẽ. & ipse ptor nõ interponet ante decretũ ut sint tutores, quàm magistratus prędicti pnunciẽt facta inquisitione eos esse idoneos. Quid ergo si magistratus non faciant inquisitionẽ in secundo casu , uel non accipiant satisdationem in primo, & tutores prædicti inueniantur non soluẽdo tpe depositæ tutelæ? certè regressum habebit pupillus ad magistratus in eo quod non recuperat à tutoribus. Viuia.

† libro.11. Quæstion.

† Qui ergo pcipit tutorẽ cõfirmare, sm ius itelligitur pcipere, & facit ea causam quę.cũ gloss.super uerbo inferenda.in fi. extra de rescript.

e ¶ COnfirmare.§ quod uidetur non potuisse facere:ut ℥.titu.ij.le. nec mandante.sed dic ut ibi.

f ¶ Hi.§ scilicet magistratus.

g ¶ Cautionem.§ rem pupilli saluam fore.

h ¶ Debuerunt.§ cũ cõfirmant sine inquisitione: & sic intelligatur tota lex cum nihil reliquerat dictus patruus nepotibus qbus dedit tutorẽ: & plana est.& sic dicit cõfirmandos,ac si nullã eorũ mẽtione fecisset patruus:quia idonei sunt , & eos esset daturus iudex etiã mentione eorũ nõ facta:& ita dabit eos cũ inquisitione, uel sine inqsitione:satisdatione tñ præstita.sed si ponas aliquid eis relictũ, uidetur mirũ q dicit,q cautionẽ accipere debuerũt, cũ debeat fieri pfirmatio cum inquisitione:ut ℥.ea.l.dicit. & ut dicimus in matre & i patrono & in qauis extraneo:ut §.e.l.ii & l.si patronus : & §.ti.j.l. pater.& l.qui tutelam.§ fi.ergo cautio nõ est exigẽda:ut instit.de satisda. §. itẽ ex inquisitione. Sed ibi loquitur in illis qui simpliciter dantur nõ cõfirmantur:licet & in illis hodie Bul. dixerit exigendã cautionẽ:ut inst de Atil.tuto.§.nos autẽ. Sed hic in cõfirmatis , qui licet dent ex inquisitione, tñ satisdant. Sed cõtra hoc uidetur esse ℥. eo.l.fi.& §.eo.l.j.licet secus sit dato à patre postea confirmato:qui & sine inquisitione datur,& sine satisdatione:ut §.eo.l.ij.uerum aliqua

saluã fore. Sed & si curator à matre testamento datus sit† filijs,decreto confirmabitur ex inquisitione.

¶ *Tutor datus à patre in testõ inualido cõfirmatur:secus si in testõ ualido datus esset.Bar.*

¶ Iulia.lib.21.Dige. LEX III.

QVi à patre tutor scriptus est,aut nõ iusto [a] testamẽto,aut non ut lege præcipiebatur, confirmandus est ad tutelam gerendam, perinde ac si ex testamẽto tutor esset, id est, ut satisdatio ei remittatur. [b]

¶ *Quilibet potest dare tutorem impuberi quem instituit,si nihil aliud habet.Bar.*

¶ Paulus.† LEX IIII.

SI patronus uel quiuis extraneus impuberi quem hæredẽ instituit,tutorẽ dederit, & extraea nihil in bonis [c] pupillus habeat nõ malè dicet iudiciũ eius sequendũ esse: [d] quippe qui & personã eius quem tutorem esse uoluit,nouerit:& impuberem ita dilexerit , ut eũ hæredẽ institueret.

¶ *Ad magistratus qui tutores cõfirmãt sine inquisitione , & fideiussores non recipiunt,ptinet periculũ administratiõis. B.*

¶ Papinianus.† LEX V.

TVtores à patruo testamento datos iussit Prætor magistratus confirmare. [e] Hi [f] cautionẽ [g] quoq; accipere debuerũt: [h] † nec uoluntas eius qui tutorem dare non potuit, negligentiam magistratuum excusat. Deniq; prætor nõ antè decretum interponere [i]

potest, quàm per inquisitionem idoneis pronunciatis. Vnde sequitur, ut si tutelę tempore soluẽdo non fuerint, in id quod de bonis eorum seruari non possit contra magistratus actio decernatur. [k]

¶ *Tutor datus à patre ,sine inquisitione confirmatur,hoc dicit.*

¶ Idem† LEX VI.

SI filio impuberi pater tutorẽ aut puberi curatorẽ dederit, [l] citra inquisitionẽ prętor eos confirmare debebit.

¶ Hærmogenianus lib.2.iuris LEX VII.

NAturali [m] filio , cui nihil relictum [n] est , frustra tutor à patre datur,nec sine inquisitione confirmatur,

¶ *Hic ponitur forma,quomodo tutor cõfirmatur ex inquisitione.Bart.*

¶ Si quæratur an ex inquisitione rectè datus sit [o] tutor, quatuor hæc considerãda sunt an is dederit,[p] qui dare potuit:& ille acceperit,cui fuerat dandus : & is datus sit,cuius dãdi facultas erat: & pro tribunali decretum interposi tum sit.

¶ *Licet pater dederit tutorem filio , tñ inquiri debet,an uoluntas patris mutata fuerit uel mutari debuerit:maxime si diu post testamentum factum decesserit , hoc dicit cum duabus legibus sequentibus. Bartolus.*

¶ Triphoninus lib.7.† disputationum. LEX VIII.

IN confirmando tutore hoc Prætor inquirere debet,an durauerit patris uoluntas . quod

inquisitio est necessaria.s.illa de qua fit mentio.℥.eo.l.in cõfirmãdo. & l.seq.& l.utilitatem.& §.titu.j.l.pater. in fin. Vel dic q potest fieri confirmatio horum qui dantur à matre,patrono,patruo , extraneo cum inquisitione,& tunc nõ satisdant:uel sine inquisitione, dum tñ satisdent:uel hoc est additum à compilatoribus noui iuris:ut inst.de Atil.tuto.§. nos autẽ. uel confirmatio debet fieri cũ inquisitione. & hi magistratus qui fecerunt confirmationem sine inquisitione malè fecerunt. unde cùm iquisitionẽ omittebãt saltẽ cautionem exigere debuerũt.unde dicit posteà , nõ ante dẽcretum &c. Azo.

i ¶ Interponere. § imo potest: ut insti.de satisda. tu. aliàs tutor nunquã satisdaret. sed est hoc intelligendũ, cùm non uult exigere satisdationẽ : sed cum iquisitione cõfirmare aliàs ut dixi.

† libro.6. Respons. † In P. S. pubere & paulo post impuberi.

K ¶ Decernatur. § in factũ. uel utilis tutelę:ut ℥.de magist.cõ. l fin.nec ob.insti.de satisda.tu.§ fi. ut ibi no. & facit s.eo.l. mulier. & C.de magi cõ. l.pe.

l ¶ filio. § CASVS. Filio meo impuberi dedi tutorẽ in testamento nõ utili,uel puberi dedi curatorem: & itanõ ualet datio. debẽt certè cõfirmari sine aliqua inquisitione.Viuia.

I ¶ Dederit.§ minus solenniter : ut C.eo.l. 2. Item nec in solenni testamento potest dari curator: ut instit. de curat.§ j. sed si habes primo puberi: posteà impuberi: plana est litera:& erit inutilis datio tutoris , ratione eius cui datur : cũ datur : curator , ratione dantis & eius cui datur:quia non datur in testamẽto ẽt solenni. sed secundũ primã literã inutilis est datio tutoris:quia minus solenniter datus est. Item curatoris,ratione eius qui dat:quia non potest dari in testõ ẽt solenni.Azo.& facit §.tit.j.l.si pater.& quod not.§.l.proxi.

† xiiii.

NAturali.§ CASVS. Naturali tantùm filio meo dedi tutorem. & nihil ei reliqui.certe non dẽt confirmari,nisi cũ inquisitiõe. Secundo dicit.q quatuor debent interuenire in inquisitione quam iudex facit de tutore. Viuia.

m ¶ Naturali.§ secus in legitimo & naturali, cui potest testator tutorem siue aliquid ei reliquit,siue non:ut §.ti.j..pater.Azo.

n ¶ Nihil relictum est.§ alioquin confirmatur sine inquisitione:ut C.eo.l.fi.& C quando mu.tu.offi.l.j.in princ.si autem nullum reliqsset, mater uocaretur ad tutelam:ut C.quando mu.tu.offi. fun.l. fina. Vel dic q si cũ instituit,uel aliquid ei reliquit:confirmatur cũ inqsitione:sed cùm [illegible] etiã cum inquisitione confirmatur:ut hic dicit. uel dic ut in matre no.§.eo.l.tutores.

o ¶ Datus sit.§ à iudice.

p ¶ An is dederit.§ Quis possit dare,& cui,& qs dari habes ℥.tit. 2.per totũ.& maximè.l.1.& l.ius dandi.Itẽ q dicit de decreto , facit ℥.de bo.pos.l.3.§ pe.& quis ordo in bo.pos.ser.l.2.§ dies.§.in bonorũ.Sed cõtra ad idem.§.de tute.l.qui habet.§.pen..Sol.ut ibi.Et eodem modo tñ.ad id quod est ℥.tit.ij.l. nec mandante.§.pen.est & aliud necesse:ut ℥.de tut.& cu.da.ab iis.l.scire.§.pen.Accur.

g ¶ Non iuuatur.} quia maior: & subaudi maximè. nã & minor curatorem non habens uel habens eo authore pôt transigere, licet læsus restituatur: ut C. si aduer. transl. j & ij. Secus si sine eo, quia ipso iure nõ ualet: ut C. de in integ. rest. mi. l. si curatorẽ. Et ad casum subauditũ p uerbũ maximè conuenit qđ dicit, nec donatũ &c. q a minor si posset transigere aio donandi: sicut nec eius curator: ut C. de pact. l. pactũ curatoris. & s. eo. l. tutor ad. nisi fiat bona fide sciens nihil sibi d beri, uel nõ hẽat pbationes: ut C. de transl. l. pses. & s. de iurem. l. iusiurandum. & l. tutor. Vel dic non sub. maximè: & sic in maiore tm̃ dicat. Item qđ dicit conuentione, non gratuita, sed aliquo dato &c. vt habetur C. de transl. l. transac. ADDITIO. Pro intellectu istius gl. dic q maior fact' potest liberare tutores uel curatores sine dubio: ut hic. existens minor nõ posset liberare ex causa donationis, sed transactionis sic, si fieret bona fide: ut d. l. præses. & l. tutor. aliàs secus: quia pôt restitui per titulum C. si aduer. transac. hodie uero ualeret ista remissio cum iuramento: ut no. j. de contra. iud. tut. l. 3. §. contrarium, secundum Bar. hic.

h ¶ Nec donatum.} quia tunc non ualeret in minore. Vel dic ĩ maiore non donatum: quia aliquo dato & c. ut dixi. & sic non est donatio: ut j. de dona. l. j: in prin. Acccur.

i ¶ Transactum.} aliquo dato uel promisso, vel retẽto, aliàs, pprie non posset dici transactio: ut C. de transa. l. transactio.

¶ Tutorib' idoneis diẽ functis [a] uice mutua periculum [b] ad hæredes eorum non redũdat: quod nõ habuit locũ officio tutelę manẽte.

¶ *Primo tenet gerens q̃ non gerens, p gestis: pro neglectis quilibet æqualiter. B.*

¶ In eum qui tutelam gerere noluit, [c] post cęteros, qui gesserunt actionem utilem tutelæ dari placuit. Quod tamen ex tutela non peruenit ad eos, q se negotijs miscuerunt, sed communi negligentia periit: citra substitutionis ordinem æqualiter [d] ad omnium periculum spectat.

¶ *Quamuis finita tutela causa cępta posset peragi per tutorem, non potest tamen agi iudicati per eum Bar.*

¶ Tutores, pubere pupillo constituto litem appellationis ĩchoatã iussu consulum ob notitiam rei pfecerunt. [e] Cùm iudicatum [f] persequi non potuerint, periculo culpæ non subijciuntur.

¶ *Pupillus factus maior potest tutoribus, si damnum fecerint, partem damni uel totum conuentione remittere. Bar.*

¶ Ab eo, q restitutionis auxilio non iuuatur, [g] quæstio culpæ tutorum, cõuẽtione remitti potest: nec donatum, [h] sed transactum [i] uidetur † negligentiæ [k] tutorum.

¶ Periculo [l] nominũ, quæ pater usuris maiorib. fecit, † ad scripta pupilla actionem quidem calendarij [m] præstare cogitur, exactas autem usuras tutelæ tempore citra ullam compensationem retinet.

¶ *Per actionem propositam contra tutores non tollitur actio contra curatores, nisi quatenus est exactum. Bar.*

¶ Adolescens tutoribus conuentis, à quibus totum seruari nõ potuit aduersus curatores, qui tutelã ad se negligentia nõ trãstulerũt [n] integram actionem retinet. [o] neque enim tutelæ iudicio † cõsumptum [p] uidetur, quod alterius officij querelam habuit.

¶ *Tutori imputat negligentia si hæredem contutoris non conuenit: secus si contutorem suspectum facere neglexerit. Bar.*

¶ Tutor, qui tutoris idoneum hęredem conuenire pupilli nomine noluit, damni uicarius substituitur, ut [q] is, qui non idoneum tutelæ tempore suspectum facere supsedit. ¶ Tutelæ iudicium ideo differri non oportet, quòd fratris & cohæredis impuberis idẽ [r] tutelam sustineat. ¶ Quod de peculio serui actoris, quem adolescens postquàm res suas administrare cępit, [s] manumisit, retinuit, aut retinere potuit, [t] in ratione reddẽdã [u] curatori per iudicem accepto feretur. [x]

¶ *Priuilegium concessum militibus circa testamenta, intelligitur cõcessum circa eorum bona, nec ultra se extendit. Bar.*

¶ Idem. L. XLI.

IMpuberi filio centurio [y] curatorem dedit. [z] decreto præto-

K ¶ Negligentiæ tutorum.} i. cum negligentibus tutoribus.

l ¶ Periculo.} Paterfamilias fecit nomina sub maiorib. usuris quã frequentarentur in regione, legitimæ tñ erant: quo defuncto, pupilla hærede tutor datus neglexit exigere: & facti sunt debitores nõ soluẽdo. nunc pupilla finita tutela agit contra tutorem, quod potest: ut C. eo. l. debitoribus. debet ergo ipsa cedere actiones inanes tutori & ei' periculo. Et secundum hoc dic pater. s. pupillę & uerbum adscripta est una dictio. sed usuras iã exactas retinet ipsa pupilla. Vel secundo Titius pater Sempronij mutuauit nomine cuiusdam pupillæ, cuius tutor erat, pecuniam pupillæ. & sic directæ actiones pupillæ quæsitę sunt: ut s. si cer. pe. l. certi condictio. §. si nummos. & secundũ hoc ad scripta pupilla, sunt casus ablatiui absoluti. licet hic quidam scripserunt q adscripta sunt duæ partes, sed qđ eẽt suppositum uerbi cogit cum ergo pupilla nolit habere rata, utpote nõ idoneæ personæ mutuata: cedet tutori uel hæredi actiones inanes: ut C. si cer. petat. l. si absentis. & recipiet solutionẽ' ab eo: ut C. arb. tu. l. 1. Et quod de usuris dicit: dic quòd retinet pupilla quasi ex sua re. vel dic retinet tutor uel eius hæres: quia in totum debet pupilla approbare uel reprobare: ut s. eod. l. cum quæritur. Accur.

† Sic Du. & rectius al. consultum.

m ¶ Calendarij.} dic hic, ut j. de leg. 3. l. qui filium. in fi. Accur.

n ¶ Nõ transtulerũt.} i. non fecerunt sibi reddi rationem & reliqua.

† libr. 6. responsor.

o ¶ Retinet.] non tamen agit nunc cura perseuerante: ut s. eo. l. actus.

p ¶ Consumptum.} aliàs consumptum. aliàs consultum. & facit C. de suspe. tu. l. 2.

q ¶ Vt.} i. sicut. & facit C. de diui. tu. l. i. & 2. & facit j. eo. l. Aemilius.

r ¶ Idem.} s. tutor, nam pôt unius tutela finiri, & alterius durare: ut quia alter adoleuit, vel legitimæ ætatis est factus. vnde hoc casu differt testamentarius à datiuo: ut j. de tu. & ra. di. l. si tutor. §. 1. & facit s. sol. matri. l. nuptura. Sed argumentum contra. infra de carbon. edict. l. 3. §. ibidem.

s ¶ Cępit.} adolescens, ad quod debuit habere 20. an. licet hodie sufficiat minus: ut inst. qui ma. non pos. § eadem. & C. qui ma. nõ pos. l. si minor. & auth. ibi posita. Alias dic etiam ante 20. an. sed fuit una de causis ibi positis. Et secundum hoc dic cępit adolescens, vel cępit manumissus: & dices cum manumissum ut sit procurator: ut e. §. inst. qui ma non possunt. Accur.

t ¶ Retinere potuit.} sed maluit ei donare. Azo. Sed nõ male fecit curator qui permisit manumittere, & ei peculium concedere: ut C. si aduer. l. si l. quos ẽtrahi? Rñ. ibi fuit curator manumissus. Vel expone ibi culpa uel fraude, i. fraudulenta culpa: ut sic leuis non uenial hoc casu: vt hic. sed lata sicut ibi, & s. eo. l. tutor qui. § competit. Vel erat maior 25. an. quia dicit cœpit administrare: ut s. de mi. l. 1. in fin. & quod dicit adolescens. s. quondam. Accur.

u ¶ Reddenda.} à curatore.

x ¶ Accepto feret.} à iuuene, i. iuuenis accepto feret curatoribus ne teneantur vel de seruo, vel de peculio quod peruenit ad iuuenem. Azo. & facit s. eo. l. si sine hærede. §. idem respondit.

IMpuberi.} CASVS. Quidã miles filio suo impuberi dedit curatorem in testamento: quæ datio non valuit, & nõ fuit cõfirmatus à p̃tore dictus curator, & nihil administrauit. certè non adstringitur periculo administrationis. & redditur ratio in litera. Viu.

y ¶ Centurio.} s. pater.

z ¶ Dedit.} de facto. de iure enim nõ tenet, quia impuberi: ut supra de confirma. tu. l. si filio. secundum unam lec. item quia in testamento

ut

Universidad de Deusto Biblioteca

vt instit.de cura.§.1.
a ¶ Non secuto.} de confirmatione.i.si non fuerit secutum.Azo.
b ¶ Non adstringetur.} ut & C.de confir.tu.l.i.& 2.& qui da.tuto.poss.l.neque. secus si administraret: ut supr.l.proxi.§.j.& ij.& §.curatores testamento.
c ¶ Nam priuilegiũ} quod est ut possint testari ut voluerint: ut C.de te.mi.l.milites. Acc.
d ¶ Ad alienam.} s.curatoris dati si corrigetur. & est ad hoc C. de emancip. lib. l. nec auus.& infrà ne quid in loco publ secunda.§.si quis à principe.& j. ad Trebellia.l. si cum ab hærede.
e ¶ Imperitiæ.} scilicet iuris.s. si non seruet solennitatem iuris. nã peritia propriè iuris dicitur: ut instit. de iure natu.circa prin.ibi, uidemus &c.
f ¶ Patriæ potestatis.} ut cui possit paganus dare tutorem in testamento, possit & miles.cui non potest paganus dare tutorem uel curatorem, nec possit miles:ut s.de testa.tu. l. 1.& 2.& facit C. famil. ercisc.inter omnes. in fin.& facit s.de iuris & fact.igno.l.pe.§. si quis ius ignorans.

† Adde an istud priuilegiũ hẽat milites nisi tpis,uid gl. Bar.& doc. in l.filiusfa. §.veterani. j. de pe.& in l.milites C.eo.

† lib.7.Rñs.

ris nõ secuto, a si nihil curator datus administret, periculo cõtumaciæ vel negligentiæ nõ adstringetur. b nam priuilegium c militũ † ad alienam d iniuriam porrigi nõ oportet: nec in alijs circa supremã voluntatẽ imperitiæ e venia datur, quã ĩ bonis militũ. Filij verò tutela iure patriæ potestatis, f non militiæ præmio mandatur.

¶ *Licet uni sit relicta liberatio reddẽdarum rõnum: non prohibetur pupillus alios ex eius persona conuenire, si eum suspectũ facere neglexerit.* Bar.

¶ Idem. LEX XLII.

QVi plures tutores habuit, vnũ, qui soluendo nõ fuit, rationem actus sui vetuit reddere. Quoniam eius liberatio, quod ex tutela percepit, aut dolo contraxit, non est relicta, g contutores, qui suspectum facere neglexerunt, ex culpa rectè conueniũt. h Tutor enim legatarius ex culpa, quæ testamento remissa est, non tenetur. i

¶ *Quæ non sunt transmissibilia ad hærẽdes, percessionem non transeunt.* Bar.

¶ Idem. LEX XLIII.

EX pluribus tutoribus insolidum k unũ tutorẽ iudex con-

k ¶ Insolidũ.} quia alij erant nõ soluẽdo, uel uoluit opponere bñficiũ diuisionis. quod potuisset: ut j.de tu.& ra.dist.l.i.§.nũc tractem'.
l ¶ Iudicatus.} i.condemnatus.sic supra,eo.l.2.
m ¶ Procurator.} cessis sibi actionibus aduersus contutores, nam cedi debent: ut j.de tu.& ra.dist.l.i. §.nunc tractemus.

demnauit. In rem suam iudicat' l procurator m datus priuilegiũ n pupilli non habebit, qđ nec hæredi pupilli datur. o Nec enim causæ, sed personæ † succurritur, quæ meruit præcipuum fauorem.

¶ *Si mortuo pupillo res eius ceperint perire: liberatur tutor à periculo pereundarum rerum.* Bar.

¶ Paulus libro septimo quæstionum. LEX XLIIII.

CVm post mortem pupilli p desinit esse nomen idoneũ, tutor periculo eximitur. q ¶ Quidam cum esset r fratris sui filiæ curator, quadrĩgenta dotis nomine marito eius se daturum promisit. Quæro, an succurrendum sit ei, cùm postea ære alieno emergente, s supra vires patrimonij eius dos promissa t sit: quoniam in instrumento ita scriptum sit, Ille patruus & curator stipulanti spopõdit? Mouet quæstionem, quòd nõ ut de suo dotem daret, sed cũ crederet rationem pupillarem sufficere, promiserit. Præterea, & illud hic potest tractari, utrum si sciens curator non sufficere promiserit, uel donasse videatur, u uel quo

n ¶ Priuilegium pupilli.} quod est ut præferatur cæteris in personali: ut infra, de priuil. cred. l. dabimus. §. 1. Sed aliud est in beneficio in integrum restitutionis: ut s. de min. l. quod si minor.
o ¶ Datur.} extraneo, sed suo sic: ut supr. solu.matri. l. maritum. & l.seq.& l.etiam.& C. qui po in pig.ha.l. assiduis.§.exceptis.& infr. de re iudic. l. & si fideiussor.& l.seq. Vel forte hic aliud est: ut nec ad suum argu. infra. de reg iur.l.in omnibus.& l.priuilegia. At electio quam pupillus habet, transit ad hæredes: ut supr. eodem l. a tutoribus.§.hæredibus. Item beneficium restitutionis: ut s. de in integ. restit.l.non solum. & facit j.de leg. 2. cum patronus.& s.de seru. rustic.l. pater filiæ. & de excep.l.exceptiones.& de iud.l.sed si, in princ.

† Qualitas facit psumptionẽ ad q si tadmissus de iure vel de gra. Bal. in l. 1. C.de seruit. 15.q.

CVm post mortẽ.} CASVS. Tutor mutuauit pecu.pu.& uiuente pupillo bene erant soluendo debitores: mortuus est post à tutor, & sic tutela est finita. postea debitores facti sunt non soluendo. certe nihilominus nocet tutori. ¶ Quidã cum.} Filiæ fratris mei curator eram. maritaui eam Titio, & promisi ei nomine dotis 40. hoc modo. ego patruus & curator Titiæ adultæ promitto tibi Titio marito eius nomine dotis pro ea xl. postea dictæ puellæ superuenerunt multi creditores paterni, qui abstulerunt ei quasi quicquid habebat: ita q non remansit in patrimonio suo qđ ualeret quadraginta. petit à me maritus illa xl. quæro, nunquid teneor supplere de meo illud, quod deest patrimonio puellæ ad soluendam dictam dotem? & ex vna parte vĩ q non: & ex alia vĩ quòd sic. sed tamen ita iudicat, q si ego promisi animo donandi, teneor soluere, & non repetam à muliere. sicut & si animo donandi cuilibet alij creditori mulieris pmisissem pro ea. si autem non promisi animo donandi, teneor marito soluere, & possum à muliere repetere: siue constet matrimonium inter eam & maritum suum, siue non. Sed quid si mulier dixit mihi q non soluerem marito? habeo exceptionem contra maritum in eo, quod deest patrimonio mulieris ad xl. soluenda marito. ipsa autem mulier debet marito cauere q si effecta fuerit ita diues constante matrimonio q possit complere xl. q ea complebit. Viu.
p ¶ Pupilli.} aliud si in uita: ut s.eo.l.tutores.§.adolescẽs.& C.arb.tu.l.2.& de admi.tu.l.debitoribus.Accur.
q ¶ Eximitur.} quia finita est tutela eius morte: ut insti.qui.mo.tu.fini.§.simili.& suffi. it nomen debitoris esse idoneum tempore finitæ tutelæ: ut s.eo.tutores qui in prin.
r ¶ Quidam cum esset.} Si curator adultæ promittat dotem pro ea super uires patrimonij: si quidem scienter uel aĩo donandi, uel dolo, tenetur: ut in illo ver. præterea. sicut si promisisset creditori puellæ similiter animo donandi: ut in uersicu. sequenti. si causa negotij gerendi promisit ultra, ut dicitur in uersiculo mouet, & in illo, sed is. i prin. habet mulierem obligatam: ut si quidem iam soluerit etiam minus dote, recipiatur, uel si solum promisit, ut ei acceptum feratur. & hoc siue constante matrimonio, siue eo dissoluto, ut ibi: habet mulierẽ obligatam &c & ibi, uel certe &c, usque ad §. quòd si mulier &c. ad similitudinem mulieris conferentis dotem. deinceps planum est. Accursius.

Casum ponit.

s Emergente } in bonis neptis, ut subijcit. & ita q de nouo emergunt: &c. ut supr. de interro act. l. de ætate. §. ex causa. & casus isti nõ possunt præuideri. ut infra, de admi.re.ad ciui.perti.l.2.§.si eo tempore. Accursius.
t ¶ Promissa sit.} & videtur q non, quoniam &c.
v ¶ Vel donasse videatur.} quod uidetur: ut infr. de regu. iur. l. cuius & C.de

Q Vi plures.} CASVS Pupillus habuit plures tutores. finita est tutela pubertate, & omnes tutores sunt soluendo preter vnum. fecit testamentum pupillus quondam, & legauit liberationem rõnis tutelæ illi tutori, qui non erat soluendo. nunc hæredes pup. quondam conueniunt contutores illius tutoris, cui erat liberatio relicta, non solum pro eorum administratione: sed etiam pro mala administratione dolo facta per dictum tutorem, ex eo q ipsi eum non postularunt suspectum. nunquid possunt conueniri? & videtur q non: quia fuit liberatus dictus tutor. sed certe bene tenentur: quia cum fuit liberatus, non videtur liberatus, nisi de his, quę culpa gessit, non autẽ de ijs, quæ dolo malo gessit, uel de ijs, quæ penes se retinet de tutela. Viuianus.

† lib i. Definition.

g ¶ Non est relicta.} vt s.eo.l.quidam decedens.& j.de lib.leg.l.Aurelio. §. pôt tamen remitti, ut si dicat testator ut dicitur. j.de lib. leg. l.si quis rationes. nec obst. prædictis s.de pac.l.si unus.§.illud. ut ibi nota. Accursius.
h ¶ Conueniuntur.} sed quo, cum pupillus non possit cedere actiones aduersus contutorem: quia non pôt conueniri propter remissionẽ factam in testo: unde perinde est ac si pupillus hęres remisisset: q eadem est psona cum defuncto: ut in auth. de iureiu. à mo. præ. in pri. colla v. ergo non dẽt posse agere ꝯ hunc tutorem: quia non remouit contutorem suum suspectum. ut j.de sol.l.stichum.§.pe.& j.eo.l.si pupillus. Illud autem constat, q si unus conueniatur pro altero, cedere dẽt ei actionem ꝯ eum: nisi conueniatur ex communi dolo: ut s. eo. l. si plures.& j.de tu.& ra. distr.l. 1. §. nunc.& l.si ex duobus? Rñ. bene possent cedi. s. pro his reliquis quæ remãserunt penes ipsum, & si qd dolo fecit: & eis cessis bene potest agi. & sic in plus poterit cõueniri iste, qui non remouit suspectum. quam possit ei fieri cessio ꝯ tutorẽ, Vel hic pupillus non remisit: sed pr eius: unde forte nõ poterit ei imputari. Vel forte nõ est isto casu facienda cessio: magis ex culpa sua conuenitur, qui non remouit, quã ex psona eius, qui debuit remoueri. Azo. vel dic q ille qui conuenit quia non remouit contutorem, nõ tenetur de eo, quod contutor male gessit culpa, sed solum de eo qd male gessit dolo, itẽ & de reliquis. sed tñ ex culpa sua dicitur conueniri hic tutor: quia in culpa fuit q contutorẽ nõ remouit: & iõ in culpa sua conuenitur, & ex dolo alterius: sed non de culpa alterius.

Tutor an pupillo teneat p male gestis à contutore.

i ¶ Non tenetur.} quasi de dolo & reliquis bene tenetur. Accursius.

E X pluribus.} CASVS. Cum quidam ex tutoribus officio deposito non essent soluendo, pupillus unum ex his insolidum cõuenit & exegit, & ei cessit actionem contra alios contutores. certe nõ habebit hic tutor cui pupillus cessit actionem, idem priuilegium quod haberet pupill', si illas actiones ipse intentaret. l. tacitæ hypothecę quia personale est beneficium. Viu.

& C.de do.promis.l.si.Accur.
a ¶ Succurratur.} quod vĩ: vt s.ad vell.l.2.§. verba. quæ ambo satis in idem recidunt. Accursius.
b ¶ Egressus.} quia promisit vltra quàm deberet, & sciens. vel melius quia obligauit se suo nomine animo donandi, cum pupillæ nomine facere debuerit: & sic non tenetur finito officio: vt C.quã.ex fa.tu.l.1. licet in procuratore secus: vt s. de procuratori.l. procurator qui pro euictione.
c ¶ Spopondisset.} animo donandi similiter.
d ¶ Gerendi.} credẽs rationem pupillæ sufficere: ut s.dixi.
e ¶ Promiserit.} etiã si non soluit: quia id ei abesse uidetur &c. ut suprà. de nego.gest.l.si quis mandato.& supra mand. l. si mandato. §. item.
f ¶ Obligatã.} ad reddendum, si iam soluit: vel ad liberandum, si non soluit & hoc siue matrimonium duret, siue solutum est.
g ¶ Habet dotem.} eo q uir habet promissionem. ar.s.de iur.do.l.si extraneus. Accur.
h ¶ Bonorum dicitur.} nam confert mulier dotem tanto minus accipiendo quando soluta est: vel faciendo accepto ferri quando promissa est tãtum: ut j.de col.do.l.i.§.j.& §.consequens. Accur.

niam dolo fecit, non illi succurratur. a Respondi: curator cùm officium suum egressus, b sponte se obligauerit, non puto ei à prætore subueniri debere, non magis, quàm si creditori puellæ pecuniã se daturum spopõdisset. c Sed is, de quo tractamus, si non donandi animo, sed negotij gerendi d causa dotem promiserit, e habet mulierem obligatam, f & poterit dici etiam manente matrimonio eã teneri: quia habet dotem, g sicut in collatione bonorum dicitur: h vel certè post diuortium, siue exacta sit i dos, siue maneat nomen: quia potest efficere, ut ei accepto feratur. Quòd si mulier suum curatorem adimplere id quod supra vires patrimonij eius ĩ dotem dare promisit, † non quærat, k curator quidem in hoc, quod superfluum est, per exceptionẽ releuari: mulier verò cautionem l in maritũ exponere debet. Quod si quã doque locupletior constante matrimonio facta fuerit, dotis reli-

† In.P.F.s queat

i ¶ Exacta sit.} à marito: i. quia maritus exegit à curatore: uel secundum Ir. q hic adulta exegit dotem à marito suo.
K Non quærat.} i. nolit. & dic duobus modis. primò qđ petit ista restitui, quod potest: vt s.de mi.l.si ex causa.§.in dotis. Sed tunc dubitatur, an hæc restitutio prosit curatori, an non, & an ipsa petat ex sua persona etiam ea petere nolente ad instar fideiussoris minoris dolo inducti: vt C.de fideiusso.min.l.2. quod quidam dicunt. Sed tu dic cũ vnam personam representet puella & curator, proficere curatori restitutionem puellæ: maxime quia nõ potest conueniri, nisi curatorio nomine, & ita nomine adultæ durante cura: posteà nullo modo: ut j.de re iud.l.si se. Secundo quòd etiam si nõ petat puella restitui, quod tamen posset (vt dixi) habeat tam ipsa quàm curator exceptionem in eo quod vltra modum est: si modo caueat marito: & subijcit. & secũdum hoc denunciabit curatori, ne soluat primo & secundo casu. si autem curator conueniretur nomine suo: tunc distingue. aut sic promisit, & tenetur cum effectu: vt s. aut curatorio nomine promisit: & tũc non tenetur ipso iure, etiam sine ope exceptionis. Sed oppon. imo vĩ non exceptione, sed ipso iure iuuandum curatorem: vt s.de iure dot. l.siue generalis. Solu. ibi ultra patrimonium: hic ultra vires patrimonii: vt ibi no. Item uidetur, quòd nec exceptionẽ habeat cõstante mři monio: ut de condi.ob cau.l.si donatarius.§.i. ne habeat mulierẽ ĩdotatam: ut ibi dicitur. Sol. ibi totum erat indebitum quod extraneus p muliere promiserat, & sic omnino fieret indotata, hic autem solum, quod est vltra modum. vel aliud in curatore, vt hic, ne officium suum sit sibi damnosum: ut infra, quemadmodum. testã. ape.l. si quis ex.& de fur.l.si seruus.§.quod verò. Sed certe & in contrario suus error eodem modo non debet illi extraneo nocere: argu.s.de cond.inde.l.sed & si me. Vel ibi suum negotium & suo nomine, ut ipse ex sua persona teneretur, licet mandato mulieris fecit. at hic gessit negotium minoris, & eius nomine se obligauit. vnde cum minor iuuatur, & ipse iuuatur. Vel secundum Ioan. ibi credens se debere promisit sponte: hic sciens se non obligatum mulieri (credebat tamen esse tantum in bonis eius, quod sufficeret ad hãc dotem, nec necessitate officij sui p misit: ideoq; ei subuenitur: vt j.de ijs qui.vt indi.l.tutorẽ. Vel hic vir non erat dignus maiore dote quàm facultas mulieris patit: ibi erat dignus tota dote promissa, & aliàs non accepisset eam in uxorem.
l Cautionem.] sic C. de rei vxo.act.§.cum autem.

Q Vi nominibus.} CASVS Pupillus vel adultus approbauit nomina facta per tutores & curatores. certe ad suum periculum erunt ammodo. Sed quid si finita tutela fecit pupillus rationem cum tutore: & de eo quod remansit ei ad dandum, tutor accepit vsuras: sicque videtur approbasse rationem tutelæ: & posteà invenit q tutor aliquid dolo gessit? & sic potest eum conuenire de hoc Sed si non est soluendo tutor nunquid potest conuenire hypothecarie possessores rerum quondam pupilli? & dicitur q sic.
m Qui nominibus.} qui. s. tutores vel curatores: vt j.de tu.& ra.distra.l.si probatum. Et quod dicit agnouerunt. scilicet tanquã idonea.

quum marito † soluat.

¶ *Qui nomina quæ sibi à prætore administratore assignantur, agnoscit, eorum periculo est adstrictus.* Bar.

¶ Idem. LEX XLV.

QVi nominibus m à curatoribus prioribus susceptis siue tutoribus, nomina agnouerint periculum in se transferunt.

¶ *Per receptionem usurarum pupillus non perdit priuilegium.* Bar.

¶ Sed si pupillus post pubertatẽ rationibus à tutore acceptis reliquationem n eius secutus usuras acceptauerit, priuilegium o suum non amitti in bonis tutoris uenditis. Prætor enim priuilegiũ ei seruare deberet.

¶ *Quatenus unus ex tutorib. est liberat' facto pupilli, eatenus alter eius nomine cõueniri non potest. h.d. uel aliter: Qui tenetur cedere actionem, si eam cedere non potest facto suo, repellitur exceptione cedendarum actionum.* Bar.

¶ Idem. LEX XLVI.

SI pupill' alterũ ex tutorib. post pubertatẽ † authoritate curatoris liberasset, p ĩprobè alterũ illi' noĩe q conabiť ĩterpellaŕ. Idéq; di

† In P. F seruat.

aliàs nõ: vt s.eo.l.tutor siue. & dicuntur agnoscere vt dicitur s.de tute.l.si filius. Item quod dicit periculum, sub. tunc imminens. nam si tunc non imminebat sed posteà cæperunt esse minus idonei debitores, non imputatur eis, nisi in culpa sint q non cito exegerint, si facere potuerunt: ut C. e.l.debitoribus. Itẽ dic q coguntur illa nomina in se transferre etiã si minus sint idonea, nõ tamen agnoscere: vt s. eo.l.tutor siue. Vel dic qui. i. illi quorum tutela vel cura est gesta: ut s.e. l.cum quæritur.

li.13 Quęstion.

n ¶ Reliquationem.} aliàs reliquationẽ. aliàs reliquorum rationem. & dic quòd tutor dicebat hoc, & hoc habui: & ibi expẽdi: unde adultus fuit contentus & liberauit eum omnino: & etiam accepto tulit vsuras. & secundum hoc reliquatio, id est, retentio: sicut & ponitur j.e.l. Lucius, i prin. Sed secũdum hoc quo modo est priuilegium saluum? Rñ. petita in integrum restitutione prius. si autem in vsuras tantum liberasset, in alijs remaneret ius saluum adulto sine restitutione. Vel dic secundo reliquationem, i. reliquorum assignationem & repræsentationem. nam dicebat c apud se esse in reliquis & inde in vsuras minori sæpe soluit. sic ponitur supra, de pact.l.tale.§.post diuisionem. & secundum hoc minor fuit contentus dictis c. pro reliquis. & sic bene dicit saluum priuilegium. Sed tũc est contra infra de priuileg.cre.l.si ventri.§ in bonis. ubi deponens p didit priuilegium accipiendo vsuras. Solu. ut ibi. Potest etiam dicere secundum hanc lectu. acceptauerunt, id est, liberauerunt. & non erit dicta l.contraria.

† Quid reliquatio qd reliquator, quid itẽ reliquari pulchre Petr' Crinitus de honesta discipli.li.15.ca.3. Cruciat enim se Accur. i huius verbi interpretatione.

3 libro. 14. Quæstion.

In P.F. dñt. authoritate curatoris.

ADDITIO. Solue secundum Bar. q aliud est in priuilegio, quod datur depositario. illud enim perditur per receptionem vsurarum. egreditur enim terminos depositi. & aliud in priuilegio, quod datur pupillo: vt hic. Accursius.
o ¶ Priuilegium.} quod est in tacita hypotheca: vt C. eodem.l. pro officio.

SI pupillus.} CASVS. Pupillus habuit duos tutores, quorum vnus male administrauit. finita est tutela, unde habuit curatorẽ pupil. quondam &c. Authoritate curatoris liberauit tutorem, qui malè gessit. certè alterum, qui bene gessit, non poterit conuenire pupil. quondam ex persona liberati. & idem est in duobus magistratibus, quorum vnum, qui male gessit, Respublica liberauit. tm non poterit alterum, qui bene gessit, ex liberati persona conuenire. videtur ergo à contrario, quòd si Respublica non liberasset malè gerentẽ magistratum, quòd bene gerentem ex eius persona conuenire possit, sicque possit eligere quemcunque ex magistratibus conuenire uelit, sicut est in duobus reis eiusdem pecuniæ, quorum quemcunque vult potest eligere creditor. certè quamuis ita vt dictum est, videatur idẽ in magistratibus & in reis debendi: non tamen confiteor idem esse in magistratibus, imo ita debet esse in eis, ut si ambo sint soluendo tempore depositi officij, quilibet pro parte teneatur: & non habeat pupil. electionem conueniendi quem eorum vult. quasi dicat à contrario sensu, si non est soluendo unus de magistratibus prædictis tempore depositi officij, bene tenetur alter ex sua persona. quamuis enim in hoc casu subaudito teneatur unus ex magistratibus pro altero, tamen non est ita, vbi alter tempore liberatus est, quia licet male gesserit tempore liberatus, temen alter pro eo non conuenietur: quia perinde est, ac si soluisset pro parte sua tempore liberatus Viu.
p ¶ Liberasset.} forte transigendo modico accepto.
q ¶ Illis nomine.} sed hoc quomodo, cum ambo viriliter tenebantur? Respond. loquitur quando vnus gessit, & alter non, & liberauit gerentem. quo casu primo gerens erat conueniendus: vt supra eod.l.

tutores

Universidad de Deusto Biblioteca

tutores qui se.§ in eum. Vel dic q non erat soluendo tempore depositi officij alias secus: ut C.de di.tu.l.1. nã nõ posset hic cedere actionem contra liberatum: ut infra de solu.l. Stichum.§. pen. Sed cõtra infra, de fideius.l. stipulatus.§. fina. ubi alterum fideiussorem insolidũ conuenio altero liberato. Solu. ut ibi. Item argumen. contra infra. de leg.1.l. oibus.j.rñ.

ADDITIO. Dic secundum Dyn. quód ibi non liberatur facto creditoris: sed facto testatoris legantis, qui vnum ex hæredibus potuit liberare, & alios insolidum obligare: ut l.cum ab uno. infra, de lega.2. Bart.

a Collegis.} scilicet, ut uno liberato alter tantum pro uirili teneatur.

b Tractaui.} ego Paulus. Accur.

c Quod non ita est.} ut insolidum teneatur magistratus indistinctè, sed si ex dolo conueniuntur, non si ex culpa: ut infra, de magist.conue.l.antepe. & C. de magistr. con. l.tertia.

d Locum non habet.} quia, ut dixi, uiriliter tenentur, nisi alter sit non soluendo. tũc enim alius teneatur insolidum. Sed si unus sit tempore liberatus, soluisse uidetur: & iõ alius in uirilem tantũ tenetur: ut subijcit. Accursius.

e Tempore liberatus est.} scilicet, 30. annis, qui currunt contra actionem tutelæ. Sed quomodo potest unus ante alium liberari: cõtestatione litis uel agnitione debiti non: ut C.de duo.re.l.fi? Respon. quidam q ante fuerat finita tutela in persona unius quàm alterius: s.morte: uel quia usq; ad diem uel conditionem fuit datus in testamento: ut insti.qui.mod.tu.fin.§.sed si usque.& qui da.tu.poss.§. ad certum. Sed hoc hodie non ualet: quia non currit in pupillari ætate: ut C.de præscriptio.30.an.l. sicut.§.non sexus. Tu ergo dic hoc posse contingere: quia finita tutela unius per mortem vel diem uel conditionem: ut dixi: minor fuit litem contestatus, & sic in 40.an. fuit perpetua: ut C. de præscrip. 30. anno.l.fina. altero posteà anno finita tutela alterius, & sic eius actio durat 30 ann. tantum. nec potest dici q istius actio sit perpetuata in 40. an. cum nec nata erat tempore litis contestatæ: ut infra. de tu. & ra. distra.l.si tutor.§.fina. & l.sequen. præterea secundum Hugo. & si vno tempore finiatur in persona utriusque tutoris forte, non nocet alteri contestatio facta contra alterum: quia non insolidum, sed viriliter tenentur duo tutores finita tutela, si in eius fine ambo erant soluendo: ut C.de di.tu.l.1. si dicas etiam idem esse per authen. in duobus reis, ut non teneantur nisi uiriliter: imo certe insolidum si alter est absens, uel minus idoneus: ut in authen. de duobus reis.§. primo collatio.7. quod in tutoribus ammodo non est, licet alter fiat inops, ut dicta l. de diui.tu.& infra. eodem l. Aemylius. Sed hoc non placet, ut ponimus quando finita tutela omnes sunt idonei: quia oportet nos ponere quando unus in defectum alterius tenetur insolidum, nisi esset liberatio uel præscriptio, quod non est in dictis tutoribus: ut dictum est Accursius.

† Aliàs qui dã tractat.

† Dua. liberantur.

cemus in duobus magistratibus collegis a, quorum alterum Respublica conuenit. Sed hæc in magistratibus tractaui, b † quasi duo rei eiusdem debiti essent omnimodo: quod non ita est. c Nam si vterque idoneus est, electio locum non habet. d Is autem qui tẽpore liberatus est, e non ei similis est, qui nihil habet f sed ei qui satisfecit. g Habet enĩ quod obijciat petitori.

Si adultus debitorẽ suũ procuratorem cõstituat, non vr eum ut debitorẽ idoneũ ex causa præambula approbare. Bar.

Idem libro nono responsorum.

LEX XLVII.

LVcius Titius curator Caij Seij tempore curæ fundum Cornelianum locauit Sẽpronio: qui Sempronius reliqua traxit. h pupillus ætate i probata, eundẽ quondam colonum Sempronium fecit procuratorem. k Quæro, an ex eo quòd ille, ut procurator egit, omne debitum l adolescens agnouisse uideatur, eoque nomine curatorem suum liberasse? Paulus respondit, non ex eo, quòd adult[us] eum, qui prædia eius coluit, procuratorem habere uoluit, debitum, quod ex conductione reliquatus m est † agnouisse eum videri. n

Diuisio facta inter plures tutores à seipsis, non facit quin vnus pro alio teneatur antequàm perueniat ad magistratum: secus in diuisione facta à plurib. reipubl. administratoribus. Bar.

Sempronij, qui ex pollicitatione o debitor patriç p suæ extiterat, bona respublica iussu præsidis possedit: quorum bonorum magistratus reipublicæ q tres curatores constituerunt, qui apud Græcos r uocãtur † [illegible] qui posteà inter se sine consensu reipublicæ administrationem bonorũ Sempronij diuiserunt: ex quibus quidam, cum reliqua traherent, idonei in ipso tempore administrationis esse desierunt: posteá pupillus hæres Sempronij, qui abstentus erat, ab Imperatore impetrauit, vt bona paterna ei restituerunt. Quæro, an ex bonis eorum, qui idonei sunt, idemnitati pupilli prospici debeat, cũ in diuiduum his officium curæ à magistratibus † iniunctum sit? Pau-

† Ex eadẽ &.

† Facit ad hũc §. c.petitio. tua.1. gl.i. extra de procura.

† Aliàs, [illegible] græco uerbo [illegible] qd est curo ita.n. legẽ dũ iudicãt vestigia exẽplarium florẽtorũ. In P.F. legitur. [illegible] Alia. legit. [illegible] uide enim lib.2. Pa. c1.c.19

† Vel aliis à lege potestatẽ habẽtibus. Spe. in ti. de cu. & no. q dicunt j.ma tuo.§. curatores.s. de tute.

f Nihil habeat.] ut ita alter teneatur insolidum.

g Satisfecit.} pro parte sua: ita vt alter teneatur in uirilem tãtũ. differunt tñ. quia soluens ipso iure præscribens exceptione liberat: ut insti.qui.mod.tol.oblig.in prin.& j.de act.& oblig.l. obligationũ fere.§.placet. item ad hoc.s.de consti.pecu.l.item illa.§. quod adijcitur ei. Accursius.

LVcius.} CASVS. Curator cuiusdam adulti fundum adulti locauit Sempronio: qui Sempronius non soluit adulto id, quod debuit soluere ex conductione. unde & ad hoc tenetur dictus curator adulto. adultus postea fecit procuratorem ad negotia sua dictum conductorem: nunquid propter hoc quòd fecit ipsum procuratorem, videtur approbare obligationem eius, & ab eo curatorem liberare? & respon. quòd non. Sempronii.} Sempronius pollicitus fuit dare ciuitati Bononiæ centum: postea decessit relicto filio impubere, q filius credens patris hæreditatem esse dãnosam, abstinuit se ab ea. unde respubl. Bononiæ accepit bona prædicta, & intrauit in possessio-

eorum, & ad ea gubernanda fecerunt magistratus reipub. tres curatores. durãte administratione unus ex his pone factus est non soluẽdo. tempore procedente dictus pup. videns quòd hæreditas prædicta erat lucrosa, recepit eam imperatore hoc iubente. uult modo prædictus pup. conuenire dictos curatores: & quia unus non est soluendo, vult conuenire alios ex persona eius, quæritur utrum possit? & dicitur quòd non. imò conueniet magistrat[us], qui dederunt eos curatores.

Tutorem.} Quãuis alius tutor mutuet pecu. pup. sui contutoris nomine, non tamen tenetur ad usuras centesimas pup.

Quęsitum.} Finita tu. tutor pec. pupil. in suos usus cõuertit. certe de ea pec. easdem usuras præstabit pupillo, quas præstaret p illa, quam in suos usus converteret tutela durante.

Paulus.} Fideiussor q. datus fuit per tutorem pupillo p re pupilli saluanda, non tenetur de his, quæ malé tutor administrauit post tutelam finitam.

Tutelæ.} Contra tutorem meum quõdam egi tutelæ: & ipse monstrauit mihi librum in quo scripserat rationes tutelæ: ibi tamen non erat scriptum qualiter quidam debitores mei persoluerunt tutori p̃dicto: qui in ueritate ei soluerant durante tutela: & tutor confessus fuerat sibi solutum. fuit mihi condemnatus tutor in id, quod apparet in dicto libro eum mihi debere, & soluit mihi, certè adhuc possũ agere contra eum actione tutelæ pro pec quam ei soluerunt dicti debitores. quamuis iam egerim semel contra eum.

Cum testõ.} In testõ duo tutores cuidam pu. dati sunt: unus illorum decessit: & alter in locum eius est datus à magistratibus, & ab eo exacta est satisdatio rem pup. saluam fore. cum malè administraret substitutus in locum mortui, superstes tutor testamentarius postulauit eum suspectum, sicut debuit. postea factus est non soluendo substitutus tutor. quis tenebitur pro eo pupillo? Certe primo tenentur fideiussores ab eo dati, & posteà magistratus: tutor autem testamentarius non tenetur nisi pro sua parte.

Tutoribus.} Tutores exigentes debitum à debitoribus pupillaribus bene liberant eos: sed non possunt eis remittere debitum, unde ille qui minus soluit tutori, in superfluo conuenietur à pupillo.

h Traxit.} id est partem mercedis soluit, & partem apud se retinuit. Azo.

i Aetate.} 25. annorum. nam ante non potest facere procuratorem, nisi authoritate tutoris uel curatoris: ut C. de procurato. lege neque.

k Procuratorem] vel generalem, uel ad aliquam causam, uel contra curatorem quondam: per quod uidebatur multum de eo confidere.

l Omne debitum.} id est omnem obligationem debiti Sempronij. Azo.

m Reliquatus est.} retinuit apud se. & sic ponitur uno modo s.e. l. qui nominibus. secundum vnum sensum.

n Videri.} ne sibi præiudicet: uel etiam contra Sempronium, ne ex mora petat vsuras, vel non teneatur: quia à se non exigit: ut suprà manda.l. qui mutuam.§. non ideo. vel contra curatorem si tempore curæ potuit exigere à colono & adulto emolumentum quærere, & non fecit: ut C. arbitr. tu.l. quicquid. Azo. vel si colonus tempore curæ factus non est soluendo negligente curatore: ut C. eodem.l. debitoribus.

o Pollicitatione.} facta ob honorem: vel etiam, sine causa, sed incœperat soluere: aliàs non diceretur debitor: ut infrà de pollicitationibus.l.1.

p Patriæ.] puta ciuitati suæ. Accur.

q Reipublicæ.} scilicet illius ciuitatis propter dictam pollicitationem.

r Apud Græcos.} hic est Græcum,

Si pupil-

a Si pupillo.] id est quamuis. Accur.

b Actiones.} s.neg.gest. ut s.de ne.ge. cum alicui. licet non sui cõtemplatione gesserit. & hoc ideo. q a in rẽ eius versa est eorũ gestio, siue fructus, quos isti procurant argu. C. qd ei qui. in fin. Azo. imò quia re ipsa eius sunt negotia ex postfacto: ut s.de nego.gest.l. item si cum putaui.§. fin. Alij dicũt in factum. quod nõ placet: sed illa dabitur in magistratum: ut statim dicam. item dicit decerni p p id, quod est s. de ori.iur.l.2.§. omnium. quod hodie non est: ut C.de formu.l.unica.

c Conueniri oportere.} act. in factum: ut insti.de satis.tu.§. sciendum. uel ac.neg.ge. q a uidentur gessisse per alium: ut s.eo.l. ita aũt §. gessisse, & argu. j. de magi.conue.l.fin.

d Administrant.} sub. sine publico offic. uel dignitate, sed ut priuati, ut in nostro casu. Alioquin contra supra eod. si pupillus. & infr. de magi.con.l. antepe. & quod dicit alia causa &c. quia inuento uno curatore non soluẽdo, omisso alio ueniatur ad magistratum sed in tutoribus uno non soluendo, prius ad cõtutorem quam ad magistratum. quod est si tutela non est diuisa, vel si est à seipsis diuisa: secus si à iudice uel testatore: ut C. de diui. tu.l.2. Item facit j.ea.l. §. cum testõ. & j. de tu. & ra di.l.j.§. nũc tractemus. Itẽ q dicit teneri magistratũ pro nõ idoneo, imo vr pupilli esse damnum: ut s. de ne. gest. cum alicui. quæ est contra. Sol. ibi dicit periculum esse legitimi, ut non conueniat aliũ curatorem, sed magistratum sic: ut hic dicitur Azo. vel hic durante officio desijt esse soluendo: ibi eo finito. argum. de proba.l. ex persona. & arg. j. de magi. conue.l.1.§. magistratus. Vel so. ut ibi. Item videtur ad concuratorem ueniendum, & nõ ad magistratũ. sic j. de iure fisc.l. aufertur.§. fina. Solu. ibi agit fiscus vel magistratus contra tutores seu administratores: hic agit minor, cuius bona fuerunt administrata. Accur.

e Suo nomine.} qd potest: ut supra eod. l. quoties. circa prin. gerendo tamẽ negotium pupillare. sic & C. de bo. ma.l. prima.

lus respondit, si pupillo a in curatores bonorum actiones b decerni placuerit, pro eius portione, q idoneus non sit, magistratus conueniri oportere. c Alia enim causa est tutorum, alia eorum, qui reipublicæ negotia administrant. d

Si tutor facit de re pupilli id, ad quod tenetur licet suo nomine, ad utilitatem tamen pupilli facere præsumitur. Bar.

Tutorem, qui pecuniam pupillarem (quamuis suo nomine e) fęnerauit, non uideri contra constitutiones fecisse, quæ prohibẽt pecuniam pupillarem in usus suos conuertere. f

Finita tutela ante solutionem currunt usuræ quæ prius currebant. Bar.

Quæsitum est, an eius pecuniæ qua tutor usus est, post finitã quoque tutelam in diem iudicij accepti easdem vsuras g præstare debeat. Paulus respõdit finita administratione eas ũsuras debere cõputari.

Fideiussor tutoris non tenetur ad ea, q̃ tutor post pubertatem sponte gessit. Bar.

Paulus respondit, propter ea q̃ post pubertatem nulla necessitate cogente, sed uolũtate sua tutor administrauit, fideiussorẽ, qui saluam rem fore cauit, non teneri. h

Apochæ tutorum debitorib. datæ fidẽ faciunt contra pupillum, licet ipse contra tutores habeat regressum. Bart.

Tutelæ iudicio i tutor conuẽtus k edidit librum l rationum, & secundum eũ cõdemnatus soluit: posteà cũm à debitorib. paternis quorum nomina libro rationum non inerant, exigere vellet pupillus, & prolatæ sunt ab iis apochæ m tutoris. Quæsitũ est, vtrum aduersus tutorẽ, an aduersus dbitores actio ei competat? Paulus respõdit, si tempore administrãdę tutelæ debitores tutori tutelam gerẽti n soluissent, liberatos eos ipso iure o à pupillo. Sed si cũ tutore

f Conuertere.} s.tutorem. & qñ dicatur in suos vsus conuertere, dic: ut s.eo.l. tutor qui repertorium.§. pecuniæ.

g Easdem usuras.} l. centesimas, si fecit clam, si palàm, pupillares: vt j.eo.l. non existimo.& s.eo.l. tutor qui.§ pecuniæ. sic ergo finita cã non finitur effectus. sic & s.re.amo.l.& ideo.& facit s.eo.l. tutor qui.§.fi.& de vsu.l.fi.& s.eo.l. tutor pro pupillo.§. tutor.

Cã finita nõ ip finiat effectus.

h Non teneri.} sic s.de pac.l.fin.& s.loca.l. item quæritur.§. qui impleto.& C.loca.l. si cum Hermes. & suprà eodem.l. ita autem.§. quamuis.& l. tutores.§. curatores. & j. de iure fisci.l. 3.§. cum quinquennium.

i Tutelæ iudicio.} hic debet esse.§. quia si legeretur cum pcedẽti,

non bene quæreretur an teneaĩ fideiussor tutelæ iudicio. nam ex stipulatu teneretur. & si nõ est.§. dic hunc fideiussorem successisse tutori. unde sicut tutor non teneretur tutelæ, nisi esset connexitas, sic nec eius hæres: ut infrà de tute.& rat.distra.l. si tutor poss. & tunc tenetur fideiussor quando non est connexa. vel dic tutelæ iudicio, id est, propter tutelæ iudicium, quod datur in tutorẽ: quia non datur sed negotiorum gestorum vt dicta l. si tutor.

k Tutor conuentus.} indistinctè acti. propositã: ut infra. patet.

l Librum rationum.} totum, quod ad rem pertinet: ut supra de eden.l. argentarius.§.1.& quæ sit ratio dic ut eo. titu.l. si quis. rationem.

m Apochæ.} 1 in quibus de debito fuerat tutor confessus, scilicet se recepisse: ut C. de fid. instru.l. plures.

n Gerenti.} alioqn secus: ut j. de solu.l. q si forte.§.1. Accur.

o Ipso iure.} sentẽtia 2 iudiciali interueniente: ut C. eo.l. fanmus. alias non ipso iure. tu dic etiam sine iudice: ut j.eo.§. fina. licet detur restitutio. ut insti. qui. ab. licet.§. nunc admonẽdi. ubi de hoc no.

p Rei iudicatæ.} apparet ergo q in distinctè fuit pposita actio tutelæ. sic & C. de iud.l. v. Accursius.

q Dati essent.} à testatore diuisa tutela: vt j. patet.

r Petente matre.} quæ habet necesse petere: ut s.tit.1.l.1.& 2. licet quandoque excusetur si non petat in locum mortui: ut s.ti.1.l. fi. in princ.

s Præcepto à magistratibus.} ergo dedit præsidis præcepto: ut hic dicit. sic insti. de Atil. tu.§. sed hodie. Sed contra s. de tu.& cur. da. ab his.l. nec mãdante. So. ut ibi.

t Datus est.] tutor ergo datur habenti tutorem. sed hoc casu permittitur: ut s. detesta.tu.l. si qs sub conditione.

v Pro eo.} s. tutore puta fideiussores. Acc.

x Vel magistratus.} non autem fideiussores magistratuum, sic j. de magi. conuenien.l. j. Accursius.

actum esset, posse eundem adolescentem propter eam causam tutelę experiri, & aduersus exceptionem rei iudicatæ p doli mali replicatione uti.

Si tutor testamentarius & datiuus gerunt diuisim, pro datiuo prius peruenitur ad magistratum quàm ad contutorem: secus, si omnes essent datiui. Bart.

Cũm testamento duo tutores dati essent q pupillo, & alter ex ijs uita functus eẽt, in locum eius, petente matre r ex præsidis prouinciæ præcepto à magistratib. s tutor datus est t alius, à quo magistratus satis exegerunt rem saluã fore. tutor testamẽto dat[us] posteà datum suspectum fecit. Quæsitum est in quantum teneatur? Paulus respondit, tutorem testamẽto datum pro ea parte conueniri oportere, pro qua administrauit. pro contutoris autem portione prius eos conueniri debere, qui pro eo u se obligauerunt, uel magistratus, x qui eum dederunt: tunc si solidum pupillus consequi non potuerit, de officio contutoris quærendum, an suspectum facere debuerit, y præsertim cũm suspectũ quoque eum postulasse dicatur. Aliàs z quidem cum magistratus plures tutores dant, non priùs ad eos reuerti pupillus potest, quàm omnes tutores † excusi fuerint. a in proposito cùm unus à magistratibus datus proponeretur, nõ est uisum priùs collegam b conueniendum, qui & suspectum fecit, & testamento datus est, perindeque habẽdos singulos, ac si † testamento in partes dimidias c tutores dati essent. †

Tutor potest solutionem repetere, non donare, uel pro modico sine causa transigere, h.d. iste notab.ibis.§. Bar.

Tutoribus cõcessum est à debitoribus pupilli pecuniã exigere, ut ipso iure d liberentur, non etiã

† De apocha & antapocha pulchre Alcia. l. pterm.j.

† Ad i[psum] operat. adde in priuatione q fit p p delictũ vel p̃ctum cã q quãuis fit priuãdus ipso iure, intelligit secuta snia no i c. accepta. in uer imo pl est. de restitu. spolia. Bal. in ca.1. pe. col. gl. mo. seu. am

† In P.F. excusati fuerint.

† Testõ, ĩ nõ est in Dua. exeplarib. † Facit ad hunc text. c.1. cũ gl.1. extra de tra fact.

y Facere debuerit.} citius quàm fecit.

z Aliàs.} s. qñ non est diuisa tutela: uel est inter se. Item exigitur q gesserint oẽs: ut j. de magi. con.l. si duo. si uero unus gessisset, alius non, primo conuenitur magistratus q̃ tutor, qui non gessit, nisi imputetur non gerenti q contutorem non accusauit suspectum, uel tarde uel accusando prodidit iura eius: ut j. de tute.& ra.di.l.1.§. nunc tractemus. Azo.& C. de diui.tu.l.2. Accur.

a Excusi fuerint.} aliàs excusati. sub. propter inopiam aliàs excussi. s.per executorem.

b Collegam.} s. quàm magistratum qui col.&c.

c Dimidias.} quid autem seruetur tunc, s. dictum est.

d Ipso iure.} ut j. de sol.l. si pupilli. etiam sine iudice, secundũ R. hic cum iudice: ut no.s. tutor.

Donaue

a Donare.] nisi in casibus:vt no.s.eo.l.tutor.
b Diminuendi causa.] sed bona fide bene potest transigere : ut j. de fur.interdum.§.qui tutelam.& C.de transact.l.præses.& fa. C.de pa.l.pactum.& de iureiu.l.iusiurandum.§.si tutor.& j.pro emp.l.qui fundum.§.si tutor & s.eo.l.tutor qui tutelam.& de offi.proc.cæ.l.i.§ item.& C.eod.l.non omni.& j.de furt.l.tutor.& inst.qui.al.licet.§.pen.& §.fin.

f Dedisset.] & bene dedit administrationem Mæuio fratri suo:ut cum dixit in prin.l. Titium & Mæuium tutores do &c. sic ergo non rectè solutum est Titio tantum.
g Sufficiat.] ad alimenta.Accur.
h Arbitrio.] cum nõ sint tutrices:ut s.eo.l.quidam.§.Papinianus alioquin contra: ut supra,proxi.dixi.Sed nũquid exquirent tutores opiniones mulierum? Respon.nõ:quia tutores plenam administrandi habent potestatem.secus si filijs nõ institutis legasset alimenta arbitrio illarũ, tunc exquireretur earum arbitrium:& si iniquum esset, corrigeretur:ut j.de leg.2.l.1.& de an.le.l.si cui annuũ. hic aũt filios instituerat, & eis præstari alimenta arbitrio mulierũ uoluit, quasi ipsæ tutrices essent: quod esse non potuit. Azo.ut s.de testa.tute.l.iure nostro.& facit ad l.istã supra pro soc.l.si societatem.§.fin.& l.se.& j.de uer.obl.si quis arbitratu.& j.de ope.lib.l.si libertus.

Titium.] CASVS. Filijs meis dedi tutores Titium extraneum,& Mæuium fratrem meum.& ita subiunxi: uolo quòd omnia gerantur cum consilio Mæuij fratris mei. quod si ne eo fiet nolo ratum esse. & uolo quòd Marina & Ianuaria æstiment quantum est necesse filijs meis quolibet die pro alimẽtis. posteà debitores pupillares soluerunt soli Titio certe non liberantur.Item non statur arbitrio dictarum mulierum de alimentis imo committitur arbitrio boni uiri.

†li.2.Respon.

†In Duar. [Greek text]. Titius &c. i.Volo efflagitióque ut oia ex inia ac cõsilio Mæuii fratris mei gerant: qđ sine ipso gestũ erit, irritum esto.

Tutores.] Quidam pupillus hẽbat tutores pro rebus Italicis, & alios pro prouincialib. in Italia aũt inuenerũt tutores Italici instrumẽta debitorũ prouincialiũ nunqd tenentur ea exigere? certe non, sed debent hoc manifestum facere tutoribus prouincialibus.

A matre.] tutor à matre datus filijs suis, si distrahat bona pupillorũ, ea à posidentib. vendicabunt pupilli.

Præfectus.] Testator dixit pec.quã relinquo filijs meis, nolo mutuari alijs.sed si tutores nolũt sibi retinere, & soluere de libra.4.denarios, placet mihi. & tutores dixerunt,placet nobis. posteà tutores alijs mutuauerũt dictam pec.ad tres denarios in libram.certe ipsi tenentur præstare pup. 4.denarios de libra dictæ pecuniæ.

Lucius.] Quidam instituit sibi hæredem Lucium Titium.Iste Lucius à tutore quorundam pupillorũ mutuã pe.accepit,& rẽ dictę hẽditatis ei obligauit.procedẽte tpe fiscus abstulit dictam hẽditatẽ Lucio Titio, eo quòd ipse non uindicauit mortem illius,qui eum hæredem instituerat:& sic dictũ pignus abstulit dicto tutori.vñ non põt esse salua pecunia pupil. cum ipse Lucius Titius eorũ debitor fortè non sit soluendo nunquid erit illud nomẽ piculo tutoris? & certe nõ.

Altero.] Duo fratres erãt socij oium bonorum.unus decessit filio impubero relicto hẽde,& eius impuberis fuit tutor frater superstes, & oẽs res cões sibi tutori & nepoti uẽdidit cuidã in bona fide,& habuit prætium.posteà dictas res emit suo noie,& negotiatus est super eis,& multa lucratus est.finita posteà tutela petit ab eo pupillus medietatem lucri.certe non põt : sed vsuras de sua parte pecuniæ bene põt ab eo petere.

Tutor.] cum diuisa esset administratio inter tutores prouinciales & Italicos:creditor pupilli prouincialis conuenit tutores Italicos,& ipsi ei soluerunt. certe bene reputabunt hoc pupillo in ratione.Viu.

donare, a vel diminuendi b causa cum his transigere.& ideo eum, quod minus tutori soluit, à pupillo in reliquum conueniri posse.

Iussus facere cum consilio alterius si quidem est particeps officij, tenetur cum requirere, & sequi:alias secus.Bar.

Scæuola. LEX XLVIII.

z ¶ In negotiorum. ꝫ sic s de neg. gest. l. si pupilli. §. si. & l. si autem. Sed ar. contra. j. eod. tit. l. diuortio. §. cæterum Sed dic q hic remiserat usuras in actione tutelæ.

a SI post. ꝫ Tempore aliquo. alioquin pro utroque aget tutelę et in connexis. Accursius

b ¶ Cum eo. ꝫ tutelæ pro prima gestione, nego. gest. pro secunda. quæ tutelæ deuoluitur in nego. gest. si interest, non alias, ut supra l. proxi. not.

Si ex

Universidad de Deusto Biblioteca

Si ex duobus. ¶ CASVS. Duo tutores in tutela dolum commiserunt: pupillus cum uno eorum transegit. certe non prodest alteri secus si unus tutorum prædictorũ præstitisset pupillo totũ suum interesse: quia tunc ambo liberantur, sicut liberãtur duo cõmodatarij, si unus eorum comodatum restituat: & duo depositarij, si unus eorũ rem apud eos depositã restituat: & sicut liberatur duo dolũ committentes in re eis mandata, si unus satisfaciat mandatori de toto interesse suo. Viuianus.

† lib. j. Disputation.

a ¶ Proderit. ¶ subaudi ex vi pacti, sed quia solutũ est: ut j. de cit. lo. & sic nõ ob. contra. j. de fideiuss. l. si stipulatus. §. i. & facit C. de transa. l. prima.

b ¶ Pœnam. ¶ ut s. l. i. §. nunc tractemus. ibi, plane &c. Accursius.

c ¶ Quod si præstitisset. ¶ ex sententia, non ex transactione: ut differat a superiori casu. uel dic ex transactione & facit s. de eo. per quẽ fac. erit. l. i. §. si plures. & s. si men. fal. mo. dix. l. ij. in prin.

d ¶ Commodata e. ¶ ut s. commo. l. si ut certo. §. si. Accursius.

† lib. 74. ad edictum.

† Du. si cũ adhuc tutore.

e ¶ Vel deposita. ¶ ut l. deposi. l. i. §. si apud. & l. si duo. Accursius.

Si adhuc cum. ¶ CASVS. Tutor datus sine inquisitione uel legitimus promisit rem pu. sal. fo. & fideiussores super hoc dedit. postea malè administrabat. quæritur utrum ex dicta stipulatione durãte tutela possit conueniri ipse uel fideiussores eius prædicti? Et respon. quod non, sicut nec potest conueniri tutelæ: secus in curatore qui ita promisit ut dictum est in tutore: quia ipse bene cõueniri poterit ex dicta stipu. etiam durante cura. Viui.

¶ Vlpianus. LEX XV.

Si ex duobus tutoribus cum altero quis trãsegisset, quamuis ob dolum communem transactio nihil proderit [a] alteri. nec immerito, cùm vnusquisque doli sui pœnam [b] sufferat. Quòd si cõuentus alter præstitisset [c], proficiet id, quod præstitit ei, qui conuentus nõ est. Licet enĩ doli mali ambo rei sint: tamen sufficit vnũ satisfacere vt in duobus, quibus res commodata [d] est, vel deposita [e], quibúsque mandatum est.

¶ Sicut durante tutela tutor nõ potest cõueniri actione tutelæ, nec fideiussor eius ex stipulatione rem pupilli saluã fore, ita nec tutor nec fideiussor eius possunt conueniri durãte tutela ex tali stipulatione rẽ pupilli saluã fore: secus in curatore. Hoc dicit.

¶ Idem. LEX XVI.

† Si adhuc cũ [f] tutore ex stipulatu [g] agatur, vel cũ iis, qui pro eo interuenerunt, erit dubitatio, an quia tutelæ agi non potest [h], nec ex stipulatu agi possit? Et plerique putant etiam hãc actionem propter eandem vtilitatem [i] differendam [k]. ¶ Cum curatore pupilli siue adolescentis agi poterit [l], etsi adhuc cura perseueret.

¶ Tutor finita tutela uel nõ, si tenetur ministrare sumptus pupillo causa litis exercendæ contra se, hoc dicit.

f ¶ Si adhuc cum. ¶ alias si adhuc cũ. & alias si cum uno &c.

g ¶ Ex stipulatu. ¶ s. ex stipu. rem pup. sal. fore.

h ¶ Non potest. ¶ ut s. eo. l. nisi in prin.

i ¶ Vtilitatem. ¶ propter quam differtur tutelæ. scilicet quia absurdum est & c. ut s. eo. t. l. si tutor. §. si testamento.

k ¶ Differendam. ¶ ut hic & j. rem pu. sal. fo. l. nõ quasi §. hanc stipulationem. & §. si tutor. & §. generaliter. secus autem in curatore et ĩ puberis: ubi agitur etiam ante finitã tutelam: ut hic subiicit. & j. rẽ. pu. sal. fo. l. non quasi. §. illud sciendum.

l ¶ Agi poterit. ¶ ex prædicta stipulatione: ut j. rem. pu. sal. fo. l. non quasi. §. illud sciendum. secus in generali act. neg. ge. ut C. de admi. tu to. l. ij. ubi de hoc no. & s. de ad. tuto. l. actus. Alij dicunt hic datũ ad litem uel ad aliquam aliam speciem: ibi de generali. Vel tertio posset intelligi ut s. de admi. tu. l. cum curatore.

Imperatores. ¶ CASVS. Tutor finita tutela restituit res suas pupillo suo quondam nunc dicit pupillus quondam tutori: Tu debes adhuc mihi decem: unde ea peto: & peto ut facias mihi sumptus ĩ hac lite de decem. Certe non dẽ audiri à iudice talis postulatio, imo apportare debet adultus denarios secum causa faciendi expensas in dicta lite. Viuianus.

m ¶ Tua. ¶ id est tui. Accur.

n ¶ Litis. ¶ q. æ uertitur inter te & eos, siue finita sit administratio, siue non, dummodo agi possit. Sed ar. contra. s. de inoffi. test. l. si instituta. §. de inofficioso. & C. de or. cog. l. fin.

ADDITIO. Dic quod ibi erat qstio de bonis de quibus debebat uiuere ille agens: & iam uicerat in causa principali: und ex illis bõis debet habere sumptus & uictum: hic erat quæstio de quodam debito particulari secundum Andr. de ipsis. Vel dic quod ibi erat quæstio status, & bonorum omnium: nec habebat unde se posset al re aliunde. hic uerò sic, secundum Dyn. Vel dic quod ibi erat præsumptio pro illo qui petit sibi administrari sumptus, & ratione possessionis, uel libertatis, ut ibi patet in litera quæ rationes hic cessant. & per. ita patet responsum ad legẽ istam in quæstione de monacho, qui monachus ante alebatur a monasterio: quia non habebat aliunde, unde se aleret, secundum Bar. hic.

Cum tutor. ¶ CASVS. Tutor Titij pupilli administrauit negotia eius aliquo tempore, inter quæ negotia erãt bona patris. dicti pu. qui pater pu. habuerat multos creditores, dictus tutor in dicta sua administratione diminuit aliquo malo modo de dictis bonis paternis. Itẽ abstinuit dictus tutor dictũ pu. patris ab hereditate, cũ utile esset pupillo eã retinere. nunc uenerũt creditores patris, & nõ inuenientes aliquẽ heredẽ patris, faciunt uendi bona patris authoritate iudicis, ut eis satisfaciat: & nõ inueniũt ibi aliquã integram satisfactionem, eo quia tutor malo modo diminuit, ut dictum est. quæritur utrũ pu. tantũ habeat act. tu. contra dictũ tutorẽ, eò quòd eũ abstinuit a patris hæreditate cõtra commodũ suum, ut dictũ est, an uerò etiã creditores habeãt contra eum act. ne. gest. eò quòd ipse malo modo diminuit de bonis patris pu? Et dicitur qd pu. habet suam act. tut. contra eum, & creditores habẽt contra eũ ac. ne. gest. sed illa pupilli non intentatur nisi finita tutela. illa authoritate creditorum intentatur etiam incontinenti. Viuianus.

¶ Idem. LEX XVII.

Imperatores † Verus & Antoninus rescripserunt in hæc verba: Cùm hoc ipsum quæratur, an aliquid tibi a tutoribus vel curatoribus debeatur, nõ habet rationem postulatio tua [m] volentis in sumptum litis [n] ab his tibi pecuniam subministrari.

† lib. 3. de off. Consulis.

† Seuerus.

¶ Papinianus. † LEX XVIII.

Cum tutor negotiis impuberis administratis [o] pupillũ paterna hæreditate abstineat, bonis patris vẽditis [p] tractari solet, vtrũ lis actio pupillo relinqui, an creditoribus cõcedi debeat? Et, pbatur actionẽ [q] inter pupillũ & creditores patris esse diuidendã, scilicet vt quod rationi bonorum p tutorem [r] deerit, creditoribus reddat [s]: quod aũt dolo vel culpa tutoris in officio pupilli perperam abstenti contractũ est [t], puero relinquatur [u]: quæ actio [x] sine dubio nõ prius competet, quã pupillus ad pubertatem peruenerit [y]: sed illa confestim creditoribus dat.

† libro 11. Quæstion.

¶ Vlpianus libro j. responsorũ respondit. LEX XIX.

Si probatum [z] est nomen debitoris a nouissimo curator, frustra tutorem [a] de eo conueniri [b].

¶ Minoribus in integrum restitutis cõtra maiorem, sibi restituitur actio contra tertium minoris beneficio liberatum. h. d.

o ¶ Administratis. ¶ adiuit & administrauit: & postea per integrum rest. abstinuit & postea uendidit. Vel dic qui administrauit non adeunda: puta cum protestatione: & tandem abstinuit, & uendidit postea: & male fecit utranque s. abstentionem, & rerum uenditionẽ, utroque casu pro primo male gesto, pupillo: pro secundo creditoribus tenetur. Accursius.

p ¶ Venditis. ¶ a tutore nomine creditorum. uel pro soluendo eis.

q ¶ Actionem. ¶ id est, commodum agendi. nam alia pupillo datur. s. utilis id est, efficax tutelæ, alia creditoribus, scilicet neg. ge. similis diuisio infra de for. l. inter omnes. §. si seruus. Alij dicunt quòd actio tutelæ diuiditur. & dicunt cessam a pupillo eis. & sic apparet qd adi uerit prima placet.

r ¶ Per tutorem. ¶ male uendentem.

s ¶ Reddatur. ¶ per act. neg. gest.

t ¶ Contractũ est. ¶ ut quia hæreditates erat bõa in c. omni ere alieno deducto. ADDITIO. Ex hac gl. not. secundum Bal. hic quod quando dicitur, ista hæreditas est bona pro centum, tantum est dicere, quod centum sunt in hæreditate ultra omne æs alienum.

v ¶ Puero relinquatur. ¶ per act. tute. Nec hoc quod habebat pupillus à tutore, obligat eum creditoribus: ut C. arb. tu. l. eum. & facit supra de condict. inde. l. tutores. & s. de bo. author. iudi. pos. l. si non expedierit §. i.

x ¶ Quæ actio. ¶ scilicet tutelæ, quæ datur pupillo.

y ¶ Peruenerit. ¶ ut s. eod. l. nisi. sed illa. s. quæ datur creditoribus, quandoque fit, confestim datur, ut hic subiicit.

Si probatum. ¶ CASVS. Tutor pecuniam pupilli mutuauit: postea finita tutela fuit datus curator dicto pupillo quondam: qui curator approbauit illud quod fecit tutor in pecunia mutuanda certe amodo propter hoc non tenetur tutor pupillo, imò curator. Viuianus.

z ¶ Si probatum. ¶ id est, approbatum, ut idoneum: quod facere nõ habet necesse, ut si non erat bonũ, ut s. de admi. tu. l. tutor siue. & fuit factum nomen à tutore de pecunia pupilli.

a ¶ Tutorem. ¶ qui contraxit nomen.

b ¶ Conueniri. ¶ a minore, uel ab alio eius nomine, bonũ enim fecit &c. ut s. man. inter causas. §. docere. nisi per in integ. resti. ut argu. s. de admi

admi. tuto. l. si minoris. Accursius.

Alterius. ¶ Casum in prin. l. ponit hic gl. ¶ Nõ idcirco. ¶ Titius administrauit tutelã Seij pupilli. finita tutela habuit Seius curatorem, qui curator conuenit dictum tutorẽ act. tu. & cum dãret tutor condemnari in xx. culpa curatoris fuit condemnatus in x. tantũ. vnde dictus Seius petit in itegrum restitui cõtra tutorem minore pecunia cõdemnatum, cũ ipse Seius sit adhuc intra tẽpus quo potest dari restitutio, id est intra quadriennium. quamuis transiuerint xxv. an. Itẽ pòt dictus Seius agere ptra dictũ curatorẽ, quòd fuit in culpa vt dictus tutor minus condẽnaretur. egit ergo Seius contra dictum curatorẽ, & fecit eũ ppter hoc condẽnari. nunqd ppter hoc quòd cõdẽnatus est curator, liberatus est tutor de his quæ s. dixi? Certè nõ. si ergo agat dictus Seius contra curatorẽ act. iudi. repellet eũ curator exce. doli. si Seius nõ cedat curatori act. quam habet contra tutorem. Viuianus.

† lib. 2. Responsor.

† Du. ut maiore pecunia.

¶ Papinianus. LEX XX.

Alterius [a] curatoris hæredẽ minorem, † vt in maiorẽ [b], pecuniam condemnatum, in integrum restitui placuit. Ea res materiam litis aduersus alterum curatorem instaurandæ non dabit [c], quasi minore pecunia condemnatum, si nõ sit eius ætatis actor, cui subueniri debeat: sed equitatis ratione suadẽte, per vtilẽ actionem ei [d] subueniri inquantum alter releuatus est, oportet.

¶ Cõuento minore, nõie illius contra quẽ pòt in integrũ restitutio postulari, ille iuris beneficio illi concedit. h. d. secundum Ray.

¶ Nõn idcirco actio [e], quæ post xxv. ætatis annum intra restitutionis tẽpus aduersus tutorẽ minore pecuniã tutelæ iudicio cõdẽnatũ redditur, inutilis erit, quòd adolescenti curatores ob eam culpã condẽnati sunt. Itaq; si nõ iudicatũ à curatoribus factũ est, per doli exceptionem curatores cõsequi poterunt [f] eam actionem sibi prẽstari.

¶ Cessione actionis tutelæ à pupillo factã collegã, tutor insolidũ condẽnatus secuta solutione debiti non excusat. h. d. fm Ray.

Casum ponit.

a ¶ Alterius. ¶ Titius adultus habuit duos curatores, qui ex mala gestione tenebantur in xx. decessit unus Seio relicto hærede: qui Seius erat minor: nũc Titius factus maior: & sic finita cura; egit contra Seium, & habuit xv. Itẽ egit contra curatorẽ viuũ. & habuit v. & de reliquo fuit absolutus viuus. nunc restituitur Seius contra Titiũ in v. quæ in tãtũ fuit læsus per sententiam. certè restituetur Titius de æquitate contra curatorem viuum absolutum pro illis v. Vel dic secundo quòd Seius læsus restituitur contra curatorem viuũ, cui proficit Seij læsio. & secundum vtrunque dic de æquitate, non de rigore.

lib. j. Definition.

¶ Idem. LEX XXI.

Cum pupillus [g] tutelæ actionẽ contra alterũ tutorem, tutori quem iudex insolidũ cõdẽnauit, cessit; quis postea iudicatũ [h] fiat: tamen actio data non intercidit: quia pro parte [i] condẽnati tutoris, non tutela reddita [k], sed nominis pretium solutum videtur.

*¶ Priuilegium tutelæ pupillo cõpetẽs, nõ perimit nouatione necessaria p sniam con*dẽnatoriã latã ĩ tutoris piudiciũ pting etc.

b ¶ Maiorem. ¶ quàm deberet.

c ¶ Nõ dabit. ¶ de iudicio stricto: sed de æquitate secus: ut subiicit.

d ¶ Ei. ¶ s. Titio facto maiori. & est no. quòd hic Titius maior nõ tñ minorem pòt restitui, ut C. si aduer. transac. l. j. & ij. sed etiã in alium restituitur antiqua actio, ut hic, & C. de repu. quæ fi. in iu. l. j. Vel dic secundum alium casum ei, id est Seio in maiori pecunia damnato: quia non repetit, uel non potest propter inopiam repetere à Titio. certe restituetur contra curatorem viuum.

e ¶ Non idcirco actio. ¶ Pone casum, ut s. de admi tu. l. si minoris. & incipe constructionem, actio quæ potest &c.

f ¶ Consequi poterunt. ¶ & sine cessione habent utilem, ut C. de cõtra. iu. tu. l. ij. & ar. s. proxi.

Casum ponit.

g Cum pupillus. ¶ Pupillus egit contra unum de tutoribus insolidum & cõdẽnatus est insolidũ: puta in c. quæ soluit insolidũ facta prius cessione contra alium non condemnatum. certè tutor condemnatus soluẽdo non extinxit actionem sibi cessam pro parte: quia nõ hoc soluit vt extingueretur: sed ut pretium cessionis, ut hic, & inf. de fideiuss. l. cum is. & inf. de sol. l. Modestinus.

h ¶ Indicatum. ¶ i. solutio condemnationis à condemnato.

i ¶ Pro parte. ¶ hic punctua: & dic tutela condemnati tutoris. s. insolidum, non uidetur reddita pro una parte. s. pro parte non cõdẽnati: quia sic actio esset extincta, & non valere cessio facta, vel quæ fieret: sed nominis &c. Et sic est arg. quòd pro parte non insolidum fit cessio vni de duobus reis cõuento insolidum, ut s. de adm. tu. l. si plures. & de pec. l. quæsitum. §. sed si velit. Si autem diceres pro parte cõdemnati non uideri satisfactum, sed nec pro parte non cõdẽnati, ut constat: ergo solida actio remaneret; & ita insolidum cederetur: quod quidam dixerunt per hanc legem: quod non placet.

k ¶ Non tutela reddita. ¶ & ita actio cessa non est extincta.

Defensor. ¶ CASVS. Pupillus quondam fecit vocari ad ius tutorem suum quondã, volẽs eũ cõuenire act. tu. Titius obtulit se ad tutoris defensionẽ. nunquid aufert propter hoc pu. priuile. quòd hẽt vt alijs creditoribus præferatur? Et certè non. & est ratio: ut dicit litera. Viuianus.

¶ Paulus. LEX XXII.

Defensor tutoris condemnatus [l] nõ aufert priuilegiũ [m] pupilli: neq; enim spontè cum eo pupillus contraxit [n].

† libro 13. Quæstio.

l ¶ Condemnatus. ¶ pupillo agenti contra eum.

m ¶ Priuilegium. ¶ qd habet in personali actione tutelæ ut præferatur alijs.

n ¶ Contraxit. ¶ i. quasi contraxit. nam tãtum in iudicio quasi contrahitur, ut s. de pec. l. iij. §. idem Iulianus. & est bona ratio: nam secus si uoluntariè nouasset animo nouãdi ab aliquo stipulando: ut j. de noua. l. aliam.

¶ Idem lib. 9. Rñsorum. LEX XXIII.

Conuento hærede tutoris iudicio tutelæ, curatorẽ eiusdem [o], neque ipso iure liberatum videri, neque exceptionem rei iudicatæ ei dandã. Idemq; in hæredibus magistratuũ obseruandũ est.

† Nouatio enim fieri dẽt expresse nisi ĩ tribus casibus tacitè psumitur facta ipso iur. uide l. fi. C. de noua. & ibi gl. Bar. in l. Valerian. s. de preto. stip.

Conuento. ¶ CASVS. Titius habuit tutorẽ Seiũ. qui Seius decessit relicto hærede: nũc autem Titius factus adultus habet curatorem, & cũ curatore cõuenit hæredem tutoris: & fecit eũ condẽnari in eo quod debebat tutor. nunqd propter hoc quòd cõdẽnatus est hæres tutoris, est liberat' ipso iure uel per exce. curator ab eo qd tenebatur adulto? Certè nõ. tenetur enim curator non solum facere cõdemnari tutorem quondam vel hæredem eius, sed etiã ab eo exigere quod debet. & qd dixi in curatore, idem dico in magistratibus qui dederunt tutorem, & ĩ hæredibus eorum. Viuianus.

† In. s. sentẽ.

† In P. blo. neq; pro tutore.

† In P. Pl. qui pro tutela.

Debebis. in P. F.

† Alias sic inscribitur hic & recctius forte.

¶ Idem. LEX XXIIII.

Posthumo tutor datus, nõ nato posthumo, neq; tutelæ, qa nullus pupillus est: † neq; p tutelę, qa nulla significatio est [p], neq; negotiorũ gestorũ [q] iudicio tenetur, qa administrasse negotia eius qui natus non esset, nõ videtur. & ideo vtilis [r] in eũ actio dabitur.

¶ Hermoge. li. 5. iuris epitom. LEX XXV.

Non solũ tutelę priuilegiũ [s] datur in bonis tutoris, sed etiã eius † qui pro tutore negotiũ gessit, vel ex curatione pupilli pupillęve, furiosi furiosęve † debebit, si eo nomine cautum [t] nõ sit.

† De contraria & vtili actione tutelę.

TITVLVS IIII.

¶ Vlpianus. LEX I.

Contrariam tutelæ actionem prætor proposuit, induxitq; in vsum, vt facilius tutores ad

De Cõtraria tutelæ, & utili actione.

lib. 36 ad edictum.

o ¶ Eiusdẽ. ¶ s. pupilli quondam, nunc autem adulti. Item conuento, non autẽ exacto. Alioquin inquantum esset exactum ab hærede tutoris, liberatur ipso iure curator minoris, & hæres magistratus: ut s. eo. l. alterius. §. fi. & de administra tuto. l. si minoris.

Posthumo. ¶ CASVS. Quidam in testamento dedit tutorem posthumo suo: qui tutor administrauit: & posthumus nõ est natus postea. qua actione tenetur dictus tutor de eo quod administrauit? Et certè act. neg. gest. vtili, non autem act. tu. vel protutelæ, vel neg. gest. directa. Viuianus.

p ¶ Significatio est. ¶ qua possit dici protutelæ.

q ¶ Negotiorum gestorum. ¶ s. directa.

r ¶ Vtilis. ¶ neg. gest. vt & sic intelligitur inf. tit. ij. l. j. si quis. & s. de testa. tu. l. si nemo. §. fi. & s. de neg. gest. l. cum pater.

Non solum. ¶ CASVS. Non solum pupillus habet priui. in bonis tutoris sui quondam ut præferatur alijs creditoribus, sed etiam in bonis eius qui gessit tanquam tutor, cum tutor nõ esset in bonis eius qui aliquid deberet ex curatione pupilli vel pupillæ, & furiosi vel furiosæ. & hoc est verum, si non est satisfactum. Viuianus.

s ¶ Priuilegium. ¶ quod datur in actione personali. & sic concordat. inf. de priuileg. credi. l. dabimus. §. si quis. & l. seq. & l. si negotia. sed hæredi non datur: ut s. de admi. tu. l. si ex pluribus. Sed quid erit de tacita hypotheca? uidetur idem, ut no. C. de admi. tu. l. pro officio. & hoc uidetur velle Accur.

t ¶ Cautum. ¶ i. satisfactum.

¶ DE CONTRARIA ET VTI. &c. *¶ De duabus actionibus dicit. s. de contraria tute. Item de utili neg. gest. contraria.*

Contrariam. ¶ CASVS. Si tutor administret tutelam pupilli, & administrando aliquid de suo impẽdat, dat prætor tutori vtilem actionẽ cõtra pup. & ideo dat, vt tutores inuitentur præmiorũ exhortatione ad accipiendam tutelam

quamuis

quamuis aliàs pupillus nó obligetur fine tutoris authoritate, & quã uis tutori non obligetur ex contractibus inter eos factis. & scias q actio contraria datur non solum tutori, sed etiã ei qui pro tutore administrauit, & curatori pupilli, uel adolescentes, uel furiosi, uel prodigi, & ventris, & vbicunque posit alibi inueniri aliquis curator: sed tutori competit dicta actio demum tutela finita. sed ei qui pro tutore administrauit, & curatori competit statim cum aliquid impenderint. & si pupillus conueniat tutorem actione tutelæ, est in arbitrio tutoris utrũ cõpensetcũ pupillo id quod debet recipere à pupillo, an petat directè cõtrario iudicio. & si nõ opponat tutor compẽsationem si finita causa actionis tutelæ velit tutor agere contraria, bene pót. secus si opposuit cõpẽsationẽ, & iudex eam reprobauit: nã non poterit post eã agere contraria.

¶ An in hoc iudicio.] Nunquid ueniunt in hac contraria actione etiam ea quæ pater pupilli debuit tutori? Et dicitur q si. sed si distulit petere id quod pater pupilli, ei debebat, amore pupilli, & propter hoc damnum passus est: certè resartionem illius damni pót consequi contraria actione. unde si pater pupilli tenebatur tutori aliqua temporali actione, & distulit agere, ut dictum est, ita q perit dicta actio: certè habebit contrariam actionem ad id consequendum quod debebat consequi temporali actione. ¶ Hanc actionem.] Quãuis pupillus, non agat contra tutorem act. tut. tamen tutor pót agere contra pu. contraria acti. Sed quid si pupillus agat cõtra tutorẽ act. de rationibus distrahendis. Certè contra eum poterit agere tutor contraria act. etiam si plus impendit tutor in utilitatem pupilli, quam sit in facultatibus pu. sed si non expendit tutor in vtilitatem pupilli illud quod expendit ultra quàm sit in facultatibus pu. non repetet cõtrario iudicio. h. d. cum duabus legibus se. vsq; ad §. contrarium. Viuianus.

† In P. Fl. non est iudicium.

† Quid in actore seu procuratore per curatorem iudicis decreto cõstitutis, an finiatur auctorizatio etiã lite cõtestata? & uidetur q sic quia tutela finita finit officiũ actoris: ut uoluit gl. quã sequit Sal. in l. neque. C de pcu. tamen in casu nostro conclusum fuit q non per dominos de capel. tholos. allegantes pro se tex. in l. itẽ eorũ. §. pe. s. quod cuiusque uni. & l. nulla. C. de procu.

administrationẽ accederent, sciẽtes [a] pupillum quoq; sibi obligatum fore ex sua administratione. Quanquàm enim sine tutoris authoritate pupilli nõ obligentur [b], nec in rem suã tutor obligare pupillum possit [c]: attamen receptũ est, vt tutori suo pupillus sine tutoris authoritate ciuiliter [d] obligetur, ex administratione scilicet. Etenim prouocãdi erant tutores vt promptiùs de suo aliquid pro pupillis impenderent, dum scirẽt se recepturos id quod impendissent. ¶ Hęc actio [e] non solũ tutori, verum etiã ei, q pro tutore negotia gesit, cõpetere debet [f]. Sed & si curator sit vel pupilli, vel adolescentis, vel furiosi vel prodigi, dicendum est etiam his contrariũ dandum † iudiciũ [g]. Idem in curatore quoq; ventris probandũ est. Quæ sententia Sabini fuit, existimantis cęteris quoq; curatoribus ex iisdem causis dãdum contrariũ iudicium. ¶ Finito autẽ officio † hãc actionem competere dicimus tutori. Cæterùm, quãdiu durat [h], nondum competit. Sed si pro tutore negotia gesit, vel curã etiã administrauit, locus erit iudicio etiã statim: q a hoc casu [i] in ipsum quoq; statim actio cõpetit. ¶ Prætereà, si tutelæ iudicio quis conueniatur, reputare [k] potest id quod in rem pupilli impẽdit: sic erit arbitrij eius, vtrum compensare, an petere velit sumptus. Quid ergo, si iudex compẽsationis eius rationem non habuit? an contrario iudicio experiri posit? Et vtique potest. Sed si reprobata [l] est hæc reputatio, & acquieuit, nõ debet iudex contrario iudicio id resarcire. ¶ An in hoc iudicio nõ tantũ quæ pro pupillo vel in rem eius impensa sunt, veniant: verùm etiã ea quoq; quę debebantur aliàs tutori (vt putà si quid à patre pupilli debitum fuit) quæritur. Et magis puto, cùm integra sit actio [m], tutori, non esse in contrarium iudicium deducẽdum. Quid tamen, si ideo expectauit, q a tutor erat, & ideo non exegit? Videamus an contrario iudicio tutelæ indemnitatem consequatur. Quod magis probandum est. Nam sicuti quandocunque aliud gesit pro vtilitate pupilli, id contrario iudicio consequetur: ita etiã id quod sibi debetur, consequi debet, vel eius securitatem. Ergo & si ex ea causa quæ tempore finitur [n], obligatio aliqua fuit, tutelæ contrarium iudicium esse opinor.

¶ *Licet quis aduersarium non aggrediatur: tamen quandoque aggressionem patitur. hoc dicit cum l. seq.*

¶ Hanc actionem dandã placet, & si tutelæ iudicio non agatur. Et enim nonnunquam pupillus idcirco agere tutelę non vult, quia nihil ei debetur: imò plus in eum impensum est, quàm qđ ei abest. nec impediendus est tutor cõtrario agere [o].

¶ Iulianus libro 21. Digestorum. L. II.

LOngè magis dandum est [p], & si de rationibus distrahendis actio intentetur [q].

¶ Vlpianus libro 36. ad edictum. LEX III.

QVid ergo si plus in eũ impẽdit, quã est in facultatib. [r]?

n ¶ Tẽpore finitur.] ut redhibitoria quam non exercuit, nec sibi exegit propter vtilitatem pupilli.
o ¶ Cõtrario agere.] sic s. commo. l. in commodato. §. j. & l. in rebus. §. fi. & C. eo. l. fina.
p ¶ LOngè.] Dandũ est f. cõtrarium iudicium tutelæ. Accursius.
q ¶ Intentetur.] contra tutorẽ. & dicit magis ideo quasi liceat sibi uindicare se ad qđ est inf. de bo. libe. l. qui cum maior. §. si libertus. Accur.

QVid ergo.] CASVS. in prin. huius legis positus est in fine casus præcedentis. ¶ Contrarium iudicium.] Finita tutela uult agere tutor contra pu. act. contraria. ut pupillus liberet eũ ab actio. tu. qua ei tenetur. Certè non potest sed tantũ pót agere de his q ei tutori absunt propter admini. tu. & si ei abest pecunia, eam repetet cũ vsuris: de quibus dicit litera satis planè. & si pu. debeat tutori usuras propter prædictam causam, & tutor debeat usuras pu. quia non fœnerauit pecu. pupillarem, compẽsabitur una usura cum alia & idem si alio modo debeat tutor vsuras pupillo: quia semper debebit cõpensare cũ usura sibi debita à pu. puta quia in usus suos conuertit pupilli pecu. & sic ad usuras tenetur pup. & posteà in utilitatẽ pupilli impendit de sua pec. quo casu tenetur ei pupil. ad usuras. & idem contra si prius impendit & posteà in suos usus conuertit: quia semper compensabitur una usura cum alia.

¶ Vsuras utrum.] Supra proxi. §. dictum est, quod tutor qui impendit pecu. suam in utilitatem pupilli, potest eam repetere contraria actione cum usuris. nunc quæritur cuius temporis usuras cõsequi pos sit tutor: utrum eius temporis tantum quo durauit tutela, an etiam eius temporis quod eucurrit post finitam tutelam, an ex mora tantũ commissa post finitam tutelam. & certè totius temporis quod cucurrit antequàm restitueretur sibi pecunia, consequi debebit tutor usuras: & hoc quando non potuit sibi soluere tutor durãte administratione. secus autem si potuit, & non fecit. & scias quod semper potest repetere tutor illud quod impendit, dummodo utiliter inceperit impẽdere: etiam si contrarium euentum res habuit.

¶ Iudicio tutelę contrario.] Non solum quod impendit tutor in utilitatem pupilli durante tutela, potest cõtrario iudicio repetere, ut dictum est: sed etiam id quod impendit antequã esset tutor: puta quia p tutore gerebat antequã esset tutor: uel erat curator uẽtris, uel ab alio quocũq. mõ bona fide impendit sed & id, quod post finitã tutelã impẽdit, potest repetere: & hoc si id, quod administrauit post tutę. & in quo impendit, erat connexum his, q durante tutela administrauit. ¶ Hanc actionem.] Hec actio contraria, quæ datur tutori cõtra pupillum, est perpetua, & competit ægredi tutoris, & contra hæredem pupil. datur. Viuianus.

a ¶ Scientes.] hac ratione est inuenta negotiorum gestorum cõtraria: ut institu. de obli. quæ est quasi con. §. j.
b ¶ Non obligentur.] ut s. de autho. tu. l. obligari.
c ¶ Posit.] ut s. de autho. tuto. l. j. in prin.
d ¶ Ciuiliter obligetur.] subaudi etiã, non solũ naturaliter: & hoc quia uenit obligatio ex re, ut j. d: act. & ob. furiosus. alias naturaliter tantum, quod dic ut no. s. de au. præstan. l. pupillus.
e ¶ Hæc actio.] scilicet contraria in genere accepta. nam dicit posteà de contraria neg. gest. actione.
f ¶ Debet.] ut inf. tit. j. l. fi.
g ¶ Contrarium dandum iudicium.] id est, actionem neg. gest.
h ¶ Durat.] s. officium uel tutela, & sic est in actione tutelæ, ut s. tit. j. l. nisi. secus autem in contraria protut. & contraria utili neg. gest. ut inf. proxi. Sed cur tam uarie statim respon. quia &c.
i ¶ Quia hoc casu.] hęc est bona ratio ad ac. protut. ut j. tit. j. l. j. §. cũ eo. & neg. gest. contra cæteros: ut s. tit. j. l. nisi. §. fi. Sed in adulti curatore uidetur secus, ut C. de admi. tu. l. ij. quæ est contra. Sol. dic ut exponitur s. de administra. tuto. l. cum curatore.
k ¶ Reputare.] ut s de condi. inde. l. cum indebitum. & l. fi. §. tutor.
l ¶ Sed si reprobata est.] sic s. de neg. gest. l. si autem. §. si rationem. & de compen. l. quod in diem. §. fi.
m ¶ Integra sit actio.] quæ contra patrem pupilli competebat, & est ad l. C. de in litem dan. tu. l. iij. Accursius.
& arg. s. commo. l. in rebus. § quod autem. & C. eo. l. fi. Accursius.
r ¶ In facultatibus.] i. in facultate soluẽdi. alias qño pupillus reddere rethe

retrsic exponitur. j. de ver. sig. l. nepos proculo. Vel dic q licet plus expendat, condemnabitur pupillus, & exigetur quando erit soluẽdo.
a ¶ Ex officio.] i. ex pietate, ut j. eo. l. penul. & facit s. de pig. act. l. si seruos. Accursius.
b. ¶ Liberationem.] finito officio, quã multi hodie extorquẽt cum iuramento quæ sine fraude tenet. ut C. si ad uer. ven. aut. sacramenta puberum. Accur.
c ¶ De suo.] sic s. de neg. ge. l. ij & s. man. l. si uerò non remunerãdi. §. si mihi.
d ¶ Trientibus.] si tales secundum conditionem suæ personæ ei debentur, ut C. de vsur. l. eos. § super.
e ¶ Obseruantur.] si sint minores legitimis: ut dict. l. C. đ vsu. l. eos. §. cæteros. Acc.
f ¶ Si nimirum.] aliàs nimium, id est plus quã colligant hæ usuræ: ut s. de vsur. l. & in contraria. Accur.
g ¶ Aliquid.] de sua propria pecunia.
h ¶ Præstabit.] ipso iure facta compẽsatione, ut s. de compensa. l. cum alter. Accur.
i ¶ Desinit.] sic s. de in rem verso. l. si pro patre. §. versum. Acc.
k ¶ Vsus suos.] de pecunia pupilli.
l ¶ Reddatur.] & ita durante tutela: & posteà.
m ¶ In substantia.] pupilli durante officio.
n ¶ Non oportere.] vt & s. de admini. tut. l. quoties. §. sicut.
o ¶ Impetrauit.] & obtinere non potuit. Sed quare iniuriam sibi factam vertit in pupillum? Respondetur, quia pupillo fuit facta, nec tutor præbuit causam, ut inf. de fideiusso. l. exceptione.
p ¶ Euentum.] quia non potuit perfici. vel dic euentũ perseuerantẽ, ut s. de nego. gest. l. sed an ultro. §. j. Accur.
q ¶ Ante tutelam.] finitam. Accur.
r ¶ Vel post tutelã.] s. finitã, si negotijs &c. ut s. tit. j. l. j. si tutor post. Accursius.
s ¶ Quod ante.] s. tutelam inchoatã, quod esse potest si neg. &c.
t ¶ Ante impensum.] id est ante tutelam inchoatam. nec fortè distinguitur connexum sit uel non, licet post eam finitam distinguatur: quia & quod ante debuit, vertitur in actionẽ tutelę directã. sic econtrà quod ei debetur vertitur in contrariam. sed quod incipit deberi ex negotio non connexo post finitam tutelam, non uenit in directam. ergo & si quid impendit in tali negotio non connexo, non uenit in contrariam: ut hic dicit.
v ¶ Bona fide.] hoc. s. eo. circa prin. dixit ex officio.
x ¶ Hanc actionem perpetuam.] quia sic est in directa, ut C. eod. ti. l. tutores. Accursius.
y ¶ Hæredi.] quia sic est indirecta: vt s. tit. j. l. j. §. hanc actionem.

† Du. si nimium.

† Du. fœnerare.

† Du. ut eius summæ nõ prę stet usuras. Halo. autẽ negationẽ detraxit q̃obrem ab Aug. repræhendit lib. j. emẽ. c. 2.

¶ Videamus an posit hoc conse qui. Et Labeo scribit posse. Sic tamen accipiendum est, si expediat pupillo ita tutelam administrari. Cęterùm, si non expedit, dicendum est absolui pupillũ oportere. Neque enim in hoc administrantur tutelę, vt mergantur pupilli. Iudex igitur qui cõtrario iudicio cognoscit, vtilitatem pupilli spectabit, & an tutor ex officio [a] sumptus fecerit.

¶ *Finita tutela tutor non potest agere hoc iudicio, vt pupillus eum liberet ab actione tutelæ: sed tantum agit pro pecunia, que ei abest, & hoc cum usuris. Hoc dicit.*

¶ Contrarium iudiciũ an ad hoc quoque competat, vt quis à pupillo exigat liberationem [b], videndum est. Et nemo dixerit in hoc agere quem contrario posse, vt tutelę iudicio liberetur: sed tantùm de iis, quæ ei propter tutelam absunt. ¶ Cõsequitur autem pecuniam, si quam de suo [c] cõsumpsit, etiam cum vsuris, sed vel trientibus [d], vel iis, quæ in regione obseruantur [e], vel iis quibus mutuatus est, si necesse habuit mutuari, vt pupillo ex iusta causa prærogaret, vel iis quibus pupillum liberauit, vel quibus caruit tutor, † si nimirum [f] profuit pupillo pecuniam esse exolutam. ¶ Planè si tutor fortè aliquid [g] pecunię debuit † fęnerari, & aliquid ipse pro pupillo soluit, nec ipse vsuras consequetur, nec pupillo præstabit [h]. Quare & si in vsus suos conuertit, deinde aliquid impendit in rem pupillarem: quantum impendit, vertisse desinit [i]: & exinde vsuras non pręstabit. & si antè impendit in rem pupillarẽ, mox in vsus suos [k] vertit: non videbitur vertisse quantitatem quæ concurrit cum quantitate sibi debita, † vt eius summæ vsuras præstet. ¶ Vsuras vtrum tandiu consequatur tutor, quandiu tutor est, an etiam post finitam tutelam, an ex mora tantum, videamus. Et magis est, vt quoad ei reddatur [l] pecunia, consequatur. Nec enim debet ei sterilis esse pecunia. Si tamen fuit in substantia [m] pupilli vnde consequeretur, dicendum est, non oportere [n] eum vsuras à pupillo exigere. Quid ergo si de re pupillari non potuit sibi soluere, quia erat deposita ad prædiorum comparationem? Siquidem nõ postulauit à prætore, vt promatur pecunia, vel hoc minùs deponatur: sibi imputet. Si verò hoc desiderauit, nec impetrauit [o], dicendum est non deperire ei vsuras in contrario iudicio. ¶ Sufficit tutori bene & diligenter negotia gesisse, & si euẽtũ [p] aduersum habuerit quod gestum est. ¶ Iudicio tutelæ contrario pręstatur & id, quod in rem pupilli versum est ante tutelam [q], vel post tutelam [r]: si negotiis tutelæ tempore gestis connexũ probatur, & quod [s] antè impensum est, siue pro tutore negotia gesit, & posteà tutor constitutus est: siue ventris erat curator. Sed & si non pro tutore negotia gerebat, debet venire quod antè impensum [t] est. Deducuntur enim in tutelę iudicium sumptus quoscunq, fecerit in rem pupilli: sic tamen, si bona fide [v] fecit. ¶ Hanc actionem perpetuam [x] esse palàm est, & hæredi [y], & in hæredem dari: cæterisque successoribus, ad quos ea res pertinet, & in eos.

¶ *Tutor remotus à tutela tanquàm suspectus potest agere contrario iudicio ad repetendum quod in rem pupilli impendit: quia in eo statu est, ac si pubertate pupilli finita esset tutela. & hec actio dat heredi tutoris si creditoribus pupilli pro pupillo soluat. hoc dicit cum l. sequenti.*

¶ Iulianus. † LEX IIII.

A Tutela remotus [z], eo loco haberi debet, quo esset finita tutela [a]. & sicut actiones patitur perinde ac si pupillus pubes factus esset: ita contrario iudicio si quid ei aberit, persequi debebit. Nihil enim prohibet suspectũ tutorem esse, quamuis complura in rem pupilli impenderit, quę cum amittere non oportet.

¶ Vlpianus. † LEX V.

HAeredẽ tutoris [b], si eã summam soluerit, in quam obligati pupilli fuerunt, actionẽ contrariam aduersus eos habere posse respondi.

¶ Paulus. † LEX VI.

SI tutor pro pupillo se obligauit, habet contrariam actionẽ & antequàm soluat [c].

De eo qui pro tutore † vel curatore negotia gesit.

TITVLVS V.

A Tutela.] CASVS. Tutor fuit remotus à tutela tanquam suspectus. nunquid potest agere contrario iudicio ad repetendum id, quod impẽdit in rem pupilli durãte administratione? Et dicitur quod sic, quamuis pupillus non sit adhuc factus pubes: quia perinde est ac si esset finita tutela pubertate pupilli. nã & pupillus potest eum conuenire act. tut. ac si esset finita tutela pubertate. Viuianus.
z ¶ A tutela remotus.] ut suspectus. Accursius.
a ¶ Finita.] s. pubertate pupilli. nam & hic finita est: ut s. đ suspect. tuto. l. decreto. & institu. qui. mo. tu. fi. in fine. secus ubi suspecto est adiungendus curator: ut s. ti. j. l. si tutor. §. penul. & facit s. eod. l. j. §. finito.

HAeredem.] CASVS. Hæres tutoris soluit pro pupillo illam pecuniam in qua erat obligatus pupillus. certe habet ad eam recuperandã à pupillo contrariam actionem. Viuianus.
b ¶ Hæredem tutoris.] sic s. man. l. hæredem.

SI tutor.] CASVS. Tutor obligauit se pro pupillo cuidam creditori pu. & oblig. animo nouandi in se suscepit. certè finita tutela habet contrariam actionem contra pupillum, ut eum faciat liberati etiam antequàm soluat creditori pu. tutor. Viuianus.
c ¶ Antequàm soluat.] quia uidetur ei abesse: quia est obligatus: ut suprà de nego. gest. l. si qu. mandante. & l. j. & ij. & s. man. l. si mandato. in princ. secus in fideiussore: ut C. mand. l. si pro ea. & quæ est ratio, dixi in dicta. l. si quis mandante.

† lib. 21. Digestor.

† lib. j. Responsor.

¶ DE EO, QVI PRO TVTORE VEL CVRATORE &c.

¶ *Vna pars est pro tutore: alia p curatore: ut C. de negotijs gestis. l. q pupillæ. sicut bonorum posses. ut infrà de bonorum posses. l. tertia. § hæreditas.*

† lib. 5. ad Plautiũ.

† Du. pró vẽ curatore.

Proto-

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

PRo tutelæ.} CASVS. Vlpianus primò rationem reddit, quare inuenta est à prætore actio pro tutelæ. Secundo dicit quis videtur gerere pro tutore id est ille qui credit se tutorem cum non sit: & ille, qui scit se non esse tutorem, fingit tñ se esse, & administra. vnde si seruus Titij administret tutelã Sempronij quasi tutor, dabitur in dominum vtilis actio pro tutelæ de peculio. Tertiò dicit q ille qui administrat tanquàm tutor cùm non sit, potest conueniri etiam ante pubertatem pupilli. vnde si aliquis fuit datus tutor ad tempus & post tempus administret, de illa administratione tanquam tutor tenetur actione p tutelæ. Item si antequã esset tutor, administrauit vt tutor: de illa administratione tenetur actione pro tutelæ. Quarto dicit quòd si aliquis administret tanquam tutor negotia eius, qui non potest habere tutorem quia nõdum natus est: vel alio modo non potest habere tutorem: non habet locum actio pro tutelæ. sed negot. gesto. Quinto dicit q actio pro tutelæ non datur cõtra tutorẽ impuberi datum: sed bene datur contra illũ, qui cõpulsus est per iudicem ut administret tutelam cũ non sit tutor. Sextò dicit q i actione p tutelæ ueniunt usuræ, & tenetur protutor non solùm de iis, quæ gessit: sed etiã de iis, quæ non gessit, si alius gessisset. isto non incipiente gerere: potest tamẽ dimittere gestionẽ cũ primũ cognoscit se nõ esse tutore, dum tamẽ ppinquos pupilli certioret ut petant ei tutorem: alias tenetur.

lib. 36. ad edictum.

† Dua. pro tutore tamen.

† Du. iudiciũ utile.

¶ Vlpianus. † LEX I.

PRo tutelæ actionem necessariò prætor proposuit. Nã cùm plerunq; incertum sit[a] vtrum quis tutor[b], an verò quasi tutor[c] pro tutore administrauit tutelam, idcirco in vtrunque casum[d] actionem scripsit[e]: vt siue tutor sit, siue non sit qui gessit, actione tamen teneatur. Solent enim magni errores intercedere, vt decerni facilè non possit, vtrum quis tutor fuerit, & sic gesserit: an verò non fuerit, † pro tutoris tamẽ munere functus sit. ¶ Pro tutore autem negotia gerit, qui munere tutoris fungitur[f] in re impuberis, siue se putat tutorem, siue scit non esse: fingit tamen esse. Proinde & si seruus quasi tutor egerit, diuus Seuerus rescripsit dandum in dominũ † iudiciũ tutelæ[g]. ¶ Cùm eo, qui pro tutore negotia gessit, etiã ante pubertatem agi posse tutelę nulla dubitatio est[h], quia tutor nõ est. Quare si quis finita[i] tutela pro tutore negotia impuberis gessit, tenebitur. ¶ Sed & si prius pro tutore administrauerit, deinde quasi[k] tutor, æquè tenebitur ex eo quòd pro tutore administrauerit: quãuis deuoluatur[l] hic gestus in tutelę actionem. ¶ Si quis quasi tutor negotia gesserit eius, qui iam pubes est neque tutorem habere potest[m], pro tutelæ actio cessat[n]. ¶ Simili modo & si eius qui nondum natus est[o]. Nam & pro tutore quis gerat, eam esse personam oportet, cuius ætas recipiat tutorem, id est impuberem esse oportet. Sed erit negotiorum gestorum actio[p]. ¶ Si curator impuberi a prætore † datus negotia gesserit, an quasi pro tutore gesserit teneatur, quæritur. Et est verius cessare hanc actionem[q] quia officio curatoris[r] functus est. ¶ Si quis tamen cùm tutor non esset, compulsus à prætore vel à præside, dum se putat tutorẽ gesserit tutelam, videndum est, an pro tutore teneatur. Et magis est, vt quamuis compulsus gesserit, teneri tamen debeat[s]: quia animo tutoris gesserit, cùm tutor non esset. At iste[t] curator non quasi tutor, sed quasi curator gessit. ¶ In pro tutelæ iudicio vsuræ quoque veniũt. Sed vtrũ solũmodò in id quod gessit, tenebitur, an verò in id etiã quod gerere debuit? Et si quidem omnino non attigerit tutelam, non tenebitur[u]. Neque enim attingere debuit qui tutor non fuit. Quòd si quædam gessit, videndum est an etiam eorum nomine quæ non gessit, teneatur. Et rectè hactenus tenebit, si alius[x] gesturus fuerit. Sed si cognito quòd tutor non fuit, abstinuit se administratione, videamus an teneatur si necessarios[y] pupilli non certiorauerit vt ei tutorem peterent. Quod verius est[z].

¶ Caius. † LEX II.

SI is qui pro tutore negotia gerebat, cùm tutor † non esset,

a ¶ Incertum sit.} pupillo quondam, nunc adulto.
b ¶ Quis tutor.} uerè existens.
c ¶ Quasi tutor.} scilicet cùm non sit tutor.
d ¶ In utrunque casum.} id est, siue uerè fuerat tutor, siue uerè non fuerat.
e ¶ Actionem scripsit.} non aperit quam. unde dic, quando tutor uerè fuerit distinguitur, an sciuerit, & tunc tutelę, an ignorauerit. & tunc pro tutelæ: ut j. eod. l. quæro. & j. eo. §. si curator. si uerò nõ erat tutor, tunc indistinctè, sciuerit uel non, dummodo gesserit ut tutor, habeat locum actio protutelæ: ut inf. e. §. pro tutore. & quod subiicit, actione tamen &c. altero casu cum distinctione tutelæ & protutelæ: altero indistinctè protutelæ, ut dictum est. & hoc secundum Azo. Vel dic hoc principium loqui quando adultus est incertus administrauerit uerus tutor existens, aut non existens. Et quod dicit in utroque casu, id est, quicunque casus sit: dum tamen dubium est. & dic dari tantum protutelæ, si autem certus est de ueritate, habeat locum prædicta distinctio. & ad hanc literam facit quod sequitur, solent enim &c. Item quod dicit, siue tutor est, siue non, subaudi dum tamen dubium est.
f ¶ Fungitur.} in hoc casu datur ei actio neg. gest. in eum qui sponte gerit, sed cum dicat pro tutore agere: ergo neg. gest. habet locum, ut hic, & C. de testa. tute. l. iij. in fi.
g ¶ Tutelæ.} id est, actionẽ protutelæ utilẽ de peculio. & s. de pec. l. ex facto. Item arg. contra. inf. eo. §. si quis quasi. Item facit C. eode. l. prima.
h ¶ Nulla dubitatio est.} ut & s. tit. j. l. j. §. finito. & inf. rem pup. sal. fo. l. quasi §. sed & in eo. Accursius.

i ¶ Finita.} ad tempus fortè datus erat.
k ¶ Deinde quasi.} id est, verè tutor. hoc enim quasi, est veritatis expressiuum.
l ¶ Deuoluatur.] vt & s. tit. ij. l. si tutor post §. fin.
m ¶ Habere potest.} vt & suprà de tuto. & curator. dx. ab ijs. lege, Seiæ.
n ¶ Actio cessat.} Cur ergo similiter nõ cesset ubi quis se putat tutorem, cùm esse nõ poterat: ut s. eod. §. proinde quæ est arg. contra? Respond. quia seruus aliquando potest tutor dari scilicet testamentarius: ut insti. tu. qui da. tu. pos. §. j. & ii. sed puberi nõ potest dari ullo modo. sed si datum inuenias aliquẽ qui nullo modo possit dari dic idem, ut cesset protutelæ: ut in milite: ut C. qui da. tut. po. l. armatæ. sed certe seruus existens seruus nũquã, potest esse tutor. Vnde dic fauorem pupillis, debitum notare differentiam.
o ¶ Natus est.} ut quia adhuc est in utero, nec nascitur uiuus vel nullo modo nascatur: & ita nullus omnino uidetur fuisse: ut j. de uerborũ signific. l. qui mortui. & ita cum nullo tẽpore appareat tenuisse dationem tutoris: non pro tutelæ agit, sed neg. gest. vtili, ut subiicit & s. tit. ij. l. posthumo. & de nego. gest. l. cum pater. s. de testa. tute. l. si nemo. §. finali.
p ¶ Actio.} utilis. Accursius.
q ¶ Hanc actionẽ.} pro tutelæ: sed datur actio neg. gesto.
r ¶ Curatoris.} uerè enim erat curator: & hoc sciebat: & sic gerebat: ut inf. eod. l. quo. Accursius.
s ¶ Debeat.} actione pro tutelæ. Accursius.
t ¶ At iste.} de quo s. proxi. §. dixi: qui uerè erat curator. Alij dicunt quod non tutor, gerens ut tutor tenetur protutelæ: sed non curator gerens ut curator non tenetur protutelæ. Quod hoc uerum sit, hæc litera non patitur. An autem cõcurrat actio nego. gest. cum ista actione? quidam quod sic: quia gerit suspicione necessitatis. tu dic quod non; ut not. s. de neg. gestis. l. tertia. §. hac actione.
v ¶ Non tenebitur.} ut C. de testa. tute. l. j.
x ¶ Alius.} accedens protutor quasi omnia gesturus tenetur in duobus casibus de gerendis, scilicet si alius erat gesturus omnia, ut hic. Item & tunc quando incipit scire se nõ esse tutorem, & perseuerauerit. alias non: quia cum error excusat: ut hic innuit. aliud est in spontaneo gestore, qui ab initio accessit omnia gesturus: quia tenetur etiã si alius gesturus non erat, ut s. de neg. gest. l. si pupilli. §. fin. & facit C. de neg. gest. l. ij. in fi. Accur.
y ¶ Necessarios.} id est, cognatos, sic ponitur s. de iusti. & iur. l. fina. & facit suprà, de administratione tuto. lege, tutores qui §. qui seq. Accursius.
z ¶ Quod uerius est.} ergo si certiorauit, nõ tenetur nisi alius erat gesturus. aliud in spontaneo gestore qui accessit ut omnia gesturus: ut modo notaui.

SI is qui.} CASVS. Titius tanquàm tutor cùm non esset, administrabat negotia Seij: & sic administrando equum Seij pupilli vendidit Caio, certè pupillus potest eum vendicare a Caio, si Caius adhuc non vsucepit, quamuis habeat pupillus ob hoc obligatum dictum procuratorem. Viuianus.

Aliquãdo seruus põt tutor dari.

† Circa hoc dubitaret an talis deberet satisdare, & videtur q nõ qa datus à iudice per inquisitionem: vt C. de tu. & cu. ra. qui satis non ded. l. j. hodie tamen secus. vide gl. in d. l. j.

† libro 12. Digestor. † Sic in P. F. Halo. [illegible]

Vsucapta.

a ¶ Vsucapta est.} s. post pubertatem pupilli: quia non vsucapitur res pupilli ante pubertatem: ut inf. de acquir. re. do. l. bonæfidei. Vel verius dic quia nec possidet, ut d. l. bonæfidei. secus si non erat pupilli, licet eius putaretur: ut j. de excep. do. l. apud Celsum. §. si quis nõ tutor. & sic non obstat. l. illa quę uidebatur contraria.

Pupillaris res ante pubertatẽ nõ usucapit.

b ¶ Eius pupillo.} quia satisdat rem pupilli saluam fore. sic & inf. tit. j. l. pupilli & facit inf. de re. eo. l. qui neque.

rem pupilli vẽdidit, nec ea vsucapta est[a]: poterit eam pupillus, quã quam ei[b] cautum est. Non enim est eadem huius, quæ tutoris, rerũ pupilli administratio.

† lib. v. Epistolarum.

¶ Iabolenus. † LEX III.

QVæro an is, qui cùm tutor testamento datus esset, & idipsum ignoraret, pro tutore negotia pupilli gessit, quasi tutor, an quasi pro tutore negotia gesserit, teneatur? Respondi, Non puto teneri quasi tutorem: quia scire quoq; se tutorem[c] esse debet, vt eo affectu negotia gerat, quo tutor gerere debet.

† lib. 16. ad Q. Muciũ.

¶ Pomponius. † LEX IIII.

QVi pro tutore negotia gerit, eandem fidem & diligẽtiam præstabit, quam tutor[d] præstaret.

† lib. 10. ad edictum.

¶ Vlpianus. † LEX V.

EI qui pro tutore negotia gessit, contrarium[e] iudicium competit.

Q Vero an is.} CASVS. Titium in testamento meo dedi tutorẽ meis filijs. hic Titius nesciẽs se datũ tutorem administrauit tutelam filiorũ meorũ. Certè tenetur eis actione p tutelæ. & non tutelę. quam ad hoc vt tutelæ teneatur, necesse est q se tutorem esse sciat. hic autem nesciebat. Viuianus.
c ¶ Tutorem esse.} s. vt teneat tutelæ actione: igitur tenetur hac actione protutelæ. Accursius.
Q Vi pro tutore.} CASVS. Hic qui administrat tutelam pupilli tanquàm tutor, cum non sit, debet præstare in administratione fidem & diligentiam sicut facit tutor verus. & si aliquid impendat in negotiis pupillis, ad illud repetendum habet contrariam protutelæ actionem. & hoc dicit cũ l. seq. Viuianus.
d ¶ Tutor.} quam autem præstat tutor dicitur s. de tut. & ra. dist. l. j. in prin. & C. arbi. tu. l. quicquid. & s. de admi. tu. l. a tutoribus. in prin.
e ¶ EI qui.} Contrarium. i. cõtraria actio pro tutelę: & statim: ut s. tit. j. l. j. §. j. & ij.

Quod falso tutore authore gestum esse dicetur.

TITVLVS VI.

¶ QVOD FALSO TVTORE &c. ¶ *Quid differt hic titulus à superiori? Respon. hic consulit contrahenti cum pupillo falso tutore authore: ut j. l. prima. §. si ille ipsi pupillo. Itẽ ille habet locũ siue sciat se nõ esse tutorem, si ue credat se esse, cum non sit: ut s. tit. j. l. prima. §. pro tutore. hic autem tantum quando scit non esse: ut infra eodem. l. nouissime. in principio.*

HVius edicti.} Primò commendat edictum. Secũdo ponit verba edicti. Tertio per modum cuiusdam reprehẽsionis conqueritur defectuosum esse edictũ. Quarto intrat materiam disputationis circa hoc edictum. secunda ibi, verba autem. tertia ibi, verbis edicti. quarta ibi, item hoc edictum. vsque ad §. ait prętor. CASVS. Quia multi cum falsis tutoribus contrahentes decipiebantur: ideo prætor super hoc suum edictum proposuit, volens remedium contrahentibus adhibere. cuius edicti verba sunt talia. De eo quod gestum erit eo authore qui tutor non fuerat, dabo in integrum restitutionem actori si ipse ignorauerit falsum esse tutorem: & hæc verba habes partim in primo §. huius legis, partim in eadem lege. § pen. quod edictum prætoris laudat dominus Vlpianus dicens, huius edicti æquitas non est ambigua, imò certa, positũ est enim ne contrahentes decipiantur, dum falsus tutor adhibetur. dicit tamen dominus Vlpia. quod dictis edicti uerbis multa desunt. dicit enim tantummodo de eo qui tutor non est. quid ergo si tutor est, authoritatem tamen non potest accommodare pupillo contrahẽti? certè perinde est ac si non esset tutor. illud ergo deest verbis pętoris. & ponit duo exempla de eo tutore, qui non potest authoritatem præstare. Item & illud aliud deest verbis edicti: potest enim esse quod non esset tutor, & tamen authoritas sua valeret, puta si duo tutores authoritatem in contrahendo præstent pupillo, quorum vnus est verus, alter falsus. valet enim quod agunt. Item & illud aliud deest uerbis edicti. non enim fuit locutus prætor nisi de uno tutore nam habet locum id quod dictum est in vno, etiam si plures falsi tutores interueniant. Item & illud aliud deest: quia nõ dixit de pro tutore: in quo quidem idem est, scilicet ut sicut in primo & tertio habet locum in integ. restit. ut dictum est: ita & in hoc. & hoc uerum est, nisi prætor iusserit cum his cõtrahi. nam tunc in integr. restitu. non dubitur. Item laudat Vlpian. alia verba quæ sunt in eodem edicto, si id actor ignorauit &c. & reddit rationem ad edictum prætoris: quia contrahens cũ pup. falso tutore authore, & sciens eum esse falsum, decipit seipsum: & ideo non est mirum si prætor noluit ei subuenire. Quid si contrahenti dictum sit falsum tutorem interuenire, & ipse non credit? certè bene subuenitur ei. Quid si pu. vel adultus contrahant cũ pupillo falsum tutorem habente, & sciant eum esse falsum? non nocet eis sciẽtia. Quid si maiorem xxv. ann. velit falsus tutor conuenire nomine pupilli: & cum ille nollet ei respondere, sciens eum falsum esse, prętor compulit eum respondere in iudicio: nunquid nocebit ei sciẽtia? certè non. Quid si pup. habẽs verum tutorem, eo authore contrahat cum alio pupillo falsum tutorem habente, vendendo ei puta rem suam, & ambo sciant eum falsum esse: certè pupilli scientia non nocet ei. Sed nunquid scientia veri sui tutoris ei nocet, & quibusdam videtur q sic, scilicet si ei pu. cautum est cõtra suum verum tutorem, puta q a promisit tutor rem suã saluam fore, & soluendo est idem tutor. sed certè melius est q sciẽtia dicti veri tutoris nõ noceat pupillo, imo possit uendicare dictam rem suam uenditam alij pup. habenti falsum tutorem, & non debeat expectare ut agat contra suum tutorem ex illa cautione qua promisit res eius saluas fore: quæ cautio quodammodo incerta est: quia non est certum vtrum pupillus finita tutela possit à tutore suo vero recuperare dãnum sibi contingens propter rem suam venditam. forte enim efficietur tutor non soluendo. & quod dixit in prędicto casu vbi vendit verus tutor rem pupilli sui alij pupillo falsum tutorem habenti sciente dicto vero tutore & pupillo suo falsum esse alterius pupilli tutorem, scilicet quod pupillus non expectet incertum cautionis euẽtũ, sed rem suam vendicet: idem est in omni alio casu vbi pupillus sit deceptus authoritate tutoris sui: scilicet ut omisso tutore possit iuuari contra aduersarium suum qui cum tutorem dixit. h. d. cum legibus seq. vsque ad l. nouissimè. Viuianus.

¶ Vlpianus libro 12. ad edictum. LEX I.

HVius edicti æquitas[f] non est ambigua[g]: ne contrahentes decipiantur, dum falsus tutor adhibetur. ¶ Verba autem edicti hæc sunt: Quod eo authore (inquit[h]) † qui tutor non fuerit[i]. ¶ Verbis edicti multa desunt[k]. Quid enim, si fuerit tutor, is tamen fuit, qui authoritatem accommodare non potuit, putà furiosus[l], vel ad aliam regionem datus? Sed Pomponius libro xxx. scripsit, interdum quamuis à non tutore gestum est, non pertinere ad hanc partem edicti. Quid enim, si duo tutores, alter falsus, alter verus authoritatem accommodauerit? nonne valebit[m] quod gestum est? ¶ Item hoc edictum licet singulariter[n] scriptum sit: si tamen plures interuenerint, qui tutores nõ erant locum habere debere, Pomponius libro trigesimo scribit. ¶ Idẽ Pomponius scribit, etiã si

† Als, deest Verbum inquit.

f ¶ Aequitas.} quod est. inf. proxi. §. & § fi. & l. nouissimè.
g ¶ Ambigua.} i. dubia imo certa & indubitata. s. ne cõtrahẽtes &c.
h ¶ Inqui.} scilicet prætor.
i ¶ Non fuerit.} gestum erit subaudi, dabo in integrum restitutionem: quæ uerba detrũcatè posita sunt, ut j. ea. l. in fi. item postea adijciuntur in edicto prætoris & illa verba quæ dant aliud remedium q habes inf. e. l. nouissime. in princi. Et nota q tria remedia ex hoc edicto sunt prodita. Vnum contra ipsum dolosum tutorem, ut j. e. l. nouissime. in prin. Aliud contra eum, qui dolo fecit ut nõ tutor authoreret: ut j. e. l. huius actionis. & ista duo sunt per actionem in factũ: ut d. l. nouissime. & l. huius §. j. Et tertium de restitutione in integrũ danda contrahenti cum pupillo falso tutore authore contra ipsum pupillum ut non noceat ei quod egit cũ pupillo falso tutore authore vel ipso tutore falso. & de hac restitutione dicitur j. ea. l. §. fin. & l. seeuẽ. vsque ad l. nouissime. & in l. nouissime. §. Pomponius & l. si falso. §. Pomponius. Sed ei cuius se tutorem esse dicebat, subuenit prætor p hoc edictum: ut infrà eodem l. falsus. in prin. & l. fi. quod potest dici quartum remedium.
k ¶ Desunt.} vt apparet per sequentia.
l ¶ Furiosus.} unde perinde est habendum, ac si tutor non sit. sic s. quod cuiusque vniuer. nomi. l. j. §. & quidem. & insti. de legi. agn. tu. §. quod autem. & s. qui satis. a. cogan. l. quotiens. & j. de mun. & hono. l. ut gradatim. §. j. Sed in furioso primum & quartum remedium cessant, & alia locum habent: & sic hic intellige.
m ¶ Nonne ualebit.} certè sic: & ita utile per inutile nõ uitiatur: ut j. de uerborum ob. l. j. §. penul. & l. quę extrinsecus. & d. stipu. a. lerno. l. si sibi aut. j. respon. Argu. contra. s. de arbit. l. Pædius. §. in seruũ. Accursius.
n ¶ Singulariter.} id est uerbo singulari. nã sic dicunt uerba quæ eo

† De hoc dic ut in c. super quæstionũ §. si uerò. extra de of. dele. ubi de hoc adde quod notaui in apostil. ad l. si & si [illegible] utile p inutile [illegible] stipul. suo.

autho-

authore &c. ut s. §. j. si tamen &c. sic ibi, quod ea &c. & s. de negotijs gestis. l. iij. §. negotium. & inf. vi bo. ra. l. j. § vel cuius. ibi, sed & si unus &c. Accursius.

a ¶ Pro tutore.] i. putans vel fingens se tutorem, cum non sit: ut s. tit. j. l. j. in prin. & § j. Sed in eo, qui putat, cessat primum remediũ & quartum, cum exigunt dolũ ut d. l. nouissimè. in princi. & l. falsus. in prin. Accur.

b ¶ His.] pro tutore gerentibus. & facit s. de mino. l. ait prætor. §. permittitur. Accur.

c ¶ Ait prætor.] hoc adde. j. §. s. eo.

d ¶ In integrum restitutionem.] expone ut i princ. no.

e ¶ Decepit.] sic s. de act. empt. l. j. in fi. & de ædil. edi. l. si tamen. §. in ædilitiis. & l. j. §. si intelligatur. & s. ad velle. l. ij. §. verba.

f SI id inquit.] prætor. ut s. l. proxima. in fi.

g ¶ Actor.] i. qui agit modo: qui. s. contraxit uel aliquid egit cum falso tutore, vel eo authore.

h ¶ Labeo.] scilicet adiecit.

i ¶ Non crediderit.] quoniam idem est ac si nõ fuisset ei dictum, sic ei subuenitur: nam non fuit creditum: sic s. de eo per quẽ fac. erit. l. j. §. j. & de mino. l. tutori. in pri. Arg. contra C. de rei vend. l. si fundus. & ea, quæ ibi no. & hic dici possent.

k PLanè.] Auxilio huius edicti. s. actione in factum, vel restitutione in integrũ per hoc edictum: ut no. in prin. s. eo. l. j.

† Aliàs, auctor.

† Hæc uerba ponunt in c. ecclesia uestra. in glo. ij. in medio ibi, & scienti ptor. ext. a de elect.

† lib. 12. ad edictum.

† Defensi huius l. uario ũd per Detum. i. l. nõ solum. §. morte. nu. 117. de no. o. e. ũ.

lib. 12. ad edictum.

† Simile habetur in c. quã magnũ. in gl. ij. 24. q. iii. & i c. illud. de cle. excommu. mini.

† lib. 12. ad edictum.

† al. Vlpia. lib. 12. ad edictum.

pro tutore [a] negocia gerẽs, authoritatem accommodauerit, nihilo minus hoc edictum locũ habere: nisi fortè prętor decreuit ratum se habiturum id, quod his [b] authoribus gestum est: tunc enim valebit per prætoris tuitionem, non ipso iure.

¶ *Volenti & consentienti non fit fraus neq; iniuria. Hoc dicit.*

¶ Ait prętor [c], Si id actor † ignorauit, dabo in integrum restitutionem [d]. Scienti † nõ subuenit, meritò: quoniam se ipse decepit [e].

¶ *In hac l. & quatuor sequentibus ponuntur personæ, quibus non nocet, licet sciant se cum falso tutore contrahere: & restituuntur in integrum.*

¶ Paulus. † LEX II.

SI id † (inq̃t [f]) actor [g] ignorauit. Labeo [h], Et si dictũ sit ei, & ex bona fide non crediderit [i].

¶ Vlpianus. † LEX III.

PLanè si is sit qui auxilio [k] nõ indiget, sciẽtia ei nõ nocet [l]: vt putà si pupillus cum pupillo [m] egit. Nam cùm nihil actum sit [n], scientia non nocet.

¶ Paulus. † LEX IIII.

MInorib. xxv. annis [o] succurritur [p], etiam si sciuerint.

¶ Idem. † LEX V.

INterdũ tamen etsi scientia noceat [q]: tamen restitutio [r] faciẽda erit [s], si à prætore cõpulsus [t] est ad iudicium accipiendum.

v PVpilli.] qui sciens cum tutore falso alicuius pupilli cõtraxit; ut s. eo. l. plane. Accursius.

x ¶ Computanda non est.] in hoc edicto, vt ei minus succurratur per hoc edictum. Accursius.

y ¶ Tutoris.] scilicet scientia.

¶ Paulus. † LEX VI.

PVpilli [u] scientia computanda non est [x], tutoris [y] eius † computanda est [z] vtiq; si pupillo [a] cautum sit: melius [b] dicitur rem suam restitui pupillo [c] debere quàm incertum [d] cautionis euentum expectari. quod & Iulianus, si aliàs [e] circunuentus sit pupillus, respondit.

¶ Vlpianus. † LEX VII.

NOuissimè [f] prætor ait: In eum, qui cùm tutor non esset dolo malo † author factus esse dicetur, iudicium [g] dabo, vt quanti ea res erit, in tantam pecuniam condemnetur. Non semper tutor conuenitur, nec sufficit si sciẽs author fuit: verũ ita demũ, si dolo malo author fuit. Quid si compulsus, aut metuens ne compelleretur, authoritatem accomodauerit, nõne debebit eẽ excusatus [h]? ¶ Quod ait [i] prætor, Quanti ea res erit, magis puto non pœnam, sed veritatem [k] his verbis cõtineri. ¶ Põponius † lib. xxx. scripsit rectè etiam sumptuũ [l] in hoc iudicio rõne haberi quos facturus est actor restitutorio [m] agendo. ¶ Si

z ¶ Computãda est.] scilicet i hoc edicto, ut ei minus succurratur. H. sic s. de interro. act. l. ij. §. fin.

a ¶ Si pupillo.] cõtra suum uerum tutorem per stipulationem rem pup. sal. fo. & idoneus est, & eius fideiussor.

b ¶ Melius.] dixerat scientiam tutoris nocere pupillo: nunc corrigit: & sic non nocet.

c ¶ Pupillo.] contrahenti cum falso tutore alterius: & dic restitui per hoc edictum.

d ¶ Quam incertum cautionis.] i. quam agere ex cautione rẽ pup. sal. fo. i qua est dubius euentus: ut s. de procu. l. quod debetur & facit s. tit. j. l. iij.

e ¶ Si aliàs.] nam regulariter constat habere minorem electionẽ si velit agere cõtra t. u. vel cura. vel petere restitui contra aduersarium, ut C. si tu. vel cura. l. etiam. & l. fi. & ita ergo fit hic.

NOuissimè.] CASVS. Huc usq; dixit qualiter succurratur contrahenti cum falso tutore pupilli aduersus ipsum pupillũ: nunc qualiter succurratur aduersus ipsum tutorem dolo malo authoritatem accomodantem. Et dicit quod datur cõtra eum actio in factum ex hoc edicto quãti ea res erit. & bene dixit dolo malo: nã aliàs non tenetur. & quod dixit, quanti ea res erit &c. exponit id est, verum rei pretium.

† lib. 12. ad edictum.

† Apud Du. sic legit & interpungitur. cõputãda ẽ. Vtiq; & si pupillo cautum sit, melius dr rem suã restitui pupillo, q̃ incertũ cautionis euẽtum eũ spectare.

lib. 12. ad edictum.

Tutor.

† lib. 30. rectè scribit, &c. Du.

l ¶ Non nocet.] si non utitur iure huius edicti: neque debet ei nocere exceptio inuenta contra edictũ sic C. de præscrip. long. tempo. l. prima.

m ¶ Cum pupillo.] falso tutore authore: uel cum ipso pupillo qui dicebat alterius tutorem, cum non esset, uel esse non posset.

n ¶ Actum sit.] scilicet, ipso iure, non est opus actione in factum. vel restitutione in integrum ex hoc edicto, nec ergo sciẽtia huic edicto nocius nocebit huic: vt modo no. & hoc, quod ubi quis ipso iure est tutus, non egeat auxilio extraordinario, patet, s. de mi. l. in causę. & faciunt. eo. l. pupilli.

o MInoribus.] xxv. annis. adultis tamen; ut differat à præcedenti l.

p ¶ Succurritur.] per hoc edictum: quia obligantur ipso iure: ut C. de tempo. in integ. restit. pe. l. si curatorem. & secũdum hoc ipso iure scientia non nocet sicut in pupillo quod non uidetur uerũ. Dic ergo quod succurritur per edictum de minoribus ad habenda remedia huius edicti, quæ non habet propter scientiam: ut supra l. prima, in fi. licet quo ad unum de remediis, scilicet secundum quod datur in integrum restitutio, videatur restitui ut restituatur. quod aliàs reprobamus. ut s. de mi. l. interdum.

q INterdum.] Nocet. scilicet aliàs: vt suprà l. j. in fine. hic tamen nõ nocet.

r ¶ Restitutio.] ex hoc edicto cõtra sententiam pro pupillo latã. & sic dicit de tertio remedio. Sed nonne ipso iure sententia est nulla: ut s. de iudi. l. ij. § j. ergo non est opus restit. R ñ. ibi erat iudex non suus: hic suus. & facit s. de autho. tuto. l. j. in fi. & j. eod. l. nouissimè. §. j.

ADDITIO. Dic quòd imò videtur ualere pro probatione tutoris ad hoc ut restitui non possit. & uidetur obstare l. prima §. idem Pomponius. s. eod. tit. Sed aliud est in compellendo litigantem, quo casu iudicium in præiudicium pupilli non ualet: & ideo litiganti & reo restitutio conceditur. & aliud est legitimare personam tutoris: & valet in præiudicium pupilli, & restitutio denegatur secundum Bartol. hic.

s ¶ Erit.] actor qui agebat rei uendicatione.

t ¶ Compulsus.] quis sciens falsum esse tutorem eum, qui secum uolebat agere nomine alicuius pupilli. H.

¶ Pomponius.] Nunc reuertitur ad auxilium restitutionis quod datur contrahenti cum falso tutore pupilli cõtra pupillũ. Et dicit quod istis qui petunt restitutionem contra pupillum, debent tradi impẽsę per falsum tutorem, qui dolo malo authoritatem accommodauit. & ita tangit hic § d. primo auxilio, & de secundo huius edicti.

¶ S. plures.] Ponamus quod plures dolo malo fuerunt authores pupillo mecum cõtrahenti, cum non essent tutores, certè cõtra eos oẽs habeo actionem in factũ ad interesse. & si recupero ab vno interesse, cęteri liberant. non autem ideo quod incipiam contra vnum agere, liberantur alij. unde si vnum conueni, & nihil ab eo consecutus fui, totũ consequar ab alijs. & si partem fui consecutus à conuento, reliquum consequar ab alijs. & hoc dicit cum l. seq. Viuianus.

f ¶ Nouissimè.] Huc usque dixit qualiter succurratur contrahenti cum falso tutore pupilli contra ipsum pupillum. s. per in integrũ restitutionem: ut ei non noceat quod egit: tunc qualiter ei succurratur contra ipsum falsum tutorem cum quo contraxit. Accursius.

g ¶ Iudicium.] id est, actionem in factum ex hoc edicto.

h ¶ Excusatus.] R ñ. certè sic & ita no. q coactio magistratus eum excusat: ut s. si quis cau. l. ij. in fi. & etiam uerus tutor nõ dẽt cogi authorare: ut s. de author. præstã. l. si tutor. & non ualet quod ageretur: ut s. de authoritate præst. l. j. in fi.

i ¶ Quod ait.] s. in prin. l.

k ¶ Veritatem.] id est, veram rei æstimationem, ut j. de verb. sig. l. inter hæc. & s. qui satisda. cog. l. ij. §. si & s. si quis ius di, nõ ob. l. j. §. fi. Sed & sumptus continentur hac actione his verbis: ut j. proxi. §. & licet dicat non pœna, uerum est respectu actoris: respectu tamen tutoris conuenti bene est pœna: quia soluit quod ei non adest & sic non obstat d. l. j. si quis ius di. & facit inf. eo. l. falsus. §. j. Accursius.

l ¶ Sumptuum.] ut s. proxi. § dixi.

m ¶ Restitutorio.] ex edicto posito s. eodem l. j. in fine. scilicet contra pupillum cum quo contraxit falso tutore authore. Sed nonne habuit primo iudicio totum interesse? ad quid ergo postea restituitur? R ñ. hic nihil aliud petit, nisi ut nõ noceat sibi quod fecit eũ eo. Vl dic

quod noluit à tutore prius petere, nisi quod non poterat petere à pupillo per in integrum restitutionem. Accur.

a ¶ Perceptione.] sic s. de dolo. l. in plures. & s. de iis qui deiec. uel effu. l. perceptione. Accur.

b ET ideo.] Seruatum sit ab uno falso tutore.

c ¶ Denegandã.] hanc actionem ex hoc edicto. sic supra quod metus. cau. l. si cum exceptione. § fina. & l. sequen. Accursius.

HVius actionis.] CASVS Non solum datur contrahenti cum falso tutore in integ. restitu petita, actio contra pupil. ut dictum est à principio. l. prima. usque ad l. nouissime. & non solum datur actio in factum contra falsum tutorem: ut dicta. l. nouissime. sed etiam exemplo cuiuslibet dictarum actionum datur contrahenti cum falso tutore actio in factum contra illum qui dolo malo curauit ut alius tutor quam uerus, id est tutor falsus det authoritatem pupillo contrahenti.

¶ Has actiones.] Actio in factum quæ datur contra falsum tutorẽ, de qua dictum est s. e. l. nouissimè. & alia actio in factũ, de qua dictum est in pri. huius legis cõpetunt hæredibus contrahentis cũ falso tutore: sed non dantur in hæredes falsi tutoris, uel i hæredes illius qui curauit ut falsus tutor adhiberetur: nec dantur post annum cõtra falsum tutorem uiuentem, uel contra illum qui dolo curauit ut falsus tutor adhiberetur: & est ratio: quia sunt & ueniunt ex delicto & dolo. & quia sunt ex delicto, euenit etiam illud, quia noxaliter dantur contrahenti cum falso tutore contra dominum uel patrem falsi tutoris: & contra dominum uel patrem illius qui dolo curauit ut falsus tutor adesset. Viuia.

† lib. 12. ad edictum.

† Actionẽ, nõe i apud Dua.

† lib. 12. ad edictum.

† Du authoraretur inscius.

† Hęredes.

† lib. 4. ad edict. Prouincia.

† Du. si falso tutore actum sit. al. si cũ falso.

plures sint qui authores fuerunt: perceptione [a] ab vno facta, & cæteri liberantur, non electione.

¶ Paulus. † LEX VIII.

ET ideo si nihil, aut non totũ seruatũ sit, [b] in reliquos non denegandam [c] in id, quod deest † actionem, Sabinus scribit.

¶ *Non solum falsus tutor tenetur hoc edicto, sed & qui dolo fecit, q falsus tutor se interponeret, & datur hæredibus: sed non contra hæredes: nec in ipsum falsum tutorem post annum: & in dominos datur noxalis actio pro delicto seruorum. hoc dicit usque ad finem legis.*

¶ Vlpianus. † LEX IX.

HVius actionis [d] exẽplo Põponius lib. xxx. scribit dandam actionem [e] aduersus eũ, qui dolum malũ adhibuit, vt alius † author daretur inscius. ¶ Has in factũ actiones [f] hæredibus quidẽ cõpetere, cęterisq; successoribus, in eos [g] uero † non reddi, Labeo scribit: nec in ipsum [h] post annum: quoniã & factum [i] puniũt, & in dolum [k] concipiunt: & aduersus eas personas, [l] quæ alieno iuri subiectæ sunt, [m] noxales [n] erunt.

Caius. † LEX X.

† SI falso [o] tutore authore actum sit, & iterea dies actiõis [p] exierit, aut res [q] vsucapta [r] sit, omnia incommoda perinde sustinere debet [s] ac si illo [t] tempore viro tutore authore egisset.

Vlpianus. † LEX XI.

FAlsus tutor, q in cõtrahẽdo author minori xij. vel xiiij. annis fuerit, tenebitur in factum actione [u] propter dolum malum, cuiuscunque conditionis fuerit, [x] vel sui iuris, vel alieni. [y] ¶ † Qui eũ dolo malo authoritatẽ accommodauerit, tenebit [z] hoc edicto. Sed si quis [a] filiafamil. author [b] factus sit ad contrahendum, [c] tenetur. Idemque iuris est si ancillæ quis tutore authore [d] crediderit. Nam omnib' istis modis propter tutorẽ decipitur is, qui cõtraxit: quia aliter cum impubere contracturus nõ fuisset, quàm si tutoris authoritas intercessisset.

¶ *Non punitur pater hoc edicto citra ætatem puellam nuptui tradens: q si dolo id pater faciat, & puella intra xij. annũ moriatur, & pater dotem repetat, gener poterit eum repellere doli mali exceptione his casibus, quibus si fuisset matrimoniũ constitutum, erat dotem totam u. l pa. tim eius lucraturus. h. d.*

¶ Iulianus li. xxj. Digestorũ tractat, an ẽt ĩ patrẽ debeat dari hęc actio, q filiã minorẽ xij. annis nuptũ dedit. Et magis probat patri ignoscendũ esse, † q filiã suã maturius in familiã spõsi pducere voluerit. Affectu enim ppensiore, [e]

d ¶ Huius actionis.] in factum ex hoc edicto contra falsum tutorem quæ datur ex uerbis & ex sententia: ut supra eodem. l. nouissime. in principio.

e ¶ Actionem.] utilem in factum ex sententia huius edicti: ergo utilis: ut supra si quadru. pau. l. j. §. penul.

f ¶ Has actiones.] scilicet quæ dantur contra falsum tutorem: ut s. eo. l. nouissime. in princ. & alia quæ eius exemplo competit in eum, qui dolum malum adhibuit &c. ut s. eo. in princ. huius legis.

g ¶ In eos.] scilicet hæredes.

h ¶ Nec in ipsum.] falsum tutorem, uel eum, qui dolum malum adhibuit &c.

i ¶ Et factum.] i. delictum: facto enim obligatio oritur ex delicto: ut insti. de obli. ex delic. in prin. nam ex delicto uideretur uenire.

K ¶ Et in dolum.] id est propter dolum. ut supra eo. l. nouissime. & in prin. huius legis.

l ¶ Personas.] Puta seruos, qui gerentes se ut tutores authoritatem præstiterunt pupillo mecum contrahenti.

m ¶ Subiectæ sunt.] iure seruitutis, non filiationis: ut instit. de noxal. § fina.

n ¶ Noxales.] igitur ex delicto sunt: alioquin si ex contractu, de peculio daretur: ut s. de iis qui deie. uel effu. l. j. §. cum seruus. sed cum sit rei persecutoria, non pœnalis: ut s. eo. l. nouissime. §. quod ait. ergo ultra annum & in hæredem datur: ut j. de act. & oblig. l. in honorariis. & C. ex delic. defun. l. j. Sed dic quod hic nihil peruenit ad conuentum. unde quo ad eum pœnalis est: aliàs esset secus ut in dictis legibus. Vel dic quod est speciale in his honorariis. Item facit supra, de alie. iud. mu. l. item si res §. fin & ll. seq. Accur.

SI falso tutore.] CASVS. Cum haberet Titius actionem temporalem personalem uel rei uendicationem ad recuperandam rem suam contra Seium, pupil. egit contra eum falso tutore interueniente, & litem fuit contestatus: quæ contestatio nihil ualuit propter falsum tutorem. nunc autem antequam ueniretur ad sententiam, dies dictæ actionis temporalis exiuit: uel pupillus usucepit rem prædictam Titij. quæritur quid iuris sit? & certe Titius potest petere in integ. rest. & ea petita & habita restituetur ei tempus actionis amissę. & ponetur in eodem statu ac si pup. non usucepisset rem suam, perinde ac si uero tutore authore cum pupillo litigasset. Viuia.

o ¶ Si falso.] sub, cum, id est dicere, si actum sit cum falso tutore nomine pupilli: uel cum ipso pupillo falso tutore præstante authoritatem.

p ¶ Dies actionis.] personalis qua conueniebatur falsus tutor nomine pupilli.

q ¶ Aut res.] actoris qui agebat rei vendicatione.

r ¶ Vsucapta sit.] à pupillo. nam sit contest. sic facta uel iudicium sic acceptum nullum est: sicut & si coram non competenti iudice egisset: [a] ut C. ne de sta. def. l. penul. & ad hoc est satis expressum. C. de tut. & cura. qui satis non de. l. j. & i. fra de rebus eo. l. qui neque.

s ¶ Debet.] pupillus: non ergo proficit ei usucapio. & sic est argumen. contra supra de alie. iudi. l. item si res. in princip. in ipso autem tutore falso non potest poni.

t ¶ Illo.] alias est alio: & ita est in libro domini mei.

FAlsus tutor.] CASVS. Principium huius legis cum ultima lege huius titul. dant auxilium minori contra falsum tutorem qui ei fuit author in contrahendo, & dant ei actionem in factum ad recuperandum à falso tuto. totum illud in quo deterioratus est minor.

lib. 35. ad edictum.

† Dua. qui dolo &c.

a Forte secus si respõdisset: quia per responsionẽ & litis cõtestationem securã uidetur acquieuisse. unde Bart. in l. j. de iudic. & Spec. ut de litiscõtest. §. pe. uers. Item dicit.

† In hunc locũ Plato Dialog. 6. d legib. Arist. li. 7. Politic. ca. 16.

¶ Qui dolo.] Dictum est in l. nouissime. quod ille qui contraxit cum pupillo falso tutore authore, habet actionem in factum contra eum falsum tutorem. modo dicit hic quod idem si præstet falsus tutor authoritatem filiofami. uel filiæ qui non dicuntur pupilli. & idem si seruo uel ancillæ. Iulianus.] Quid si pater Titiæ minoris xii. ann. eam mihi maritauit, & sic non ualuit matrimonium, & forte propter hoc ego sum in aliquo deterioratus? nunquid tenetur mihi dictus paterfamil. & certe non: quia non videtur dolo facere maritando filiam ante tempus: imo maxima affectione quam habet erga filiam. Quid si puella prædicta mihi per patrem maritata intra xii. ann. decedat xii. ann. & dos sit penes me qui debebam esse maritus, & fecerim ego pactum de lucranda dote uel parte si matrimonium solueretur morte mulieris: quod matrimonium non erat adhuc: pater autem prædictus qui dolo in hoc uersatus fuit, condicit eam à me? certe potero eum doli exceptione summouere in totum si feceram pactum de tota dote lucranda: uel potero eum summouere in parte si feceram pactum de parte lucrandi. Viuianus.

v ¶ In factum actione.] contrahenti secum, uel cum pupillo se authore: ut s. eo. l. nouissime. in princi. non autem legas quod minori cui præbuit authoritatem, tenetur. sed. n. d. j. eod. l. fin. sed certe in eo loqui potest, per l. illam. Accursius.

x ¶ Fuerit.] falsus tutor.

y ¶ Vel alieni.] ut filiusfami. Item si est seruus, habet locum noxalis ut s. eo. l. huius. §. fin.

z ¶ Tenebitur.] contrahenti secum: & ideo hunc casum repetit, ut addat sequentes.

a ¶ Sed & si quis.] afferens se tutorem: & illam suam pupillam, cum esset alterius filia.

b ¶ Author.] alias tutor.

c ¶ Ad contrahendum.] cum aliquo.

d ¶ Tutore authore.] scilicet falso qui se tutorem, & illam liberam & pupillam suam afferebat.

e ¶ Propensiore.] præsumitur enim causa affectionis fecisse magis

Universidad de Deusto Biblioteca

quam dolo fecit, de ritu nupt. l. non solum § denuo. & ff. de adop. l. nec ei. § eo. um. & in aut. ut sine prohibi. in prin. colla. v.

a ¶ Pertinet.} Puta pater, ut dixit qui d tauit. Item si extraneus, dotans eam sibi reddi stipulatus sit.

b ¶ Doli.} non pacti: quia ubi non tenet matrimonium, nec pactum: ut C. de condi. ob cau. l. j. Sed pacto non apposito non daretur exceptio. Accursius.

c ¶ Condicentem.} Per condictionem ob caussam, uel sine caussa: non actione de dote: quia dos nulla, cum matrimoniũ nullum: ut dicta l. C. de condi. ob cau. l. j. & supra de condi. ob cau. l. final. & C. de dona. ante nupt. l. fin. Accur.

d ¶ Lucraturus.} puta per pactum quod fecerat de ea lucranda si praecederet in matrimonio. Sed nunquid actio ex hoc edicto dabitur aliquo casu? Respond. sic, si soluta non esset, & esset promissa sub praedicto pacto. Item exceptione doli & actione ex hoc edicto potest haberi ratio fructuum qui essent uiri si matrimonium esset: nunc non sunt: ut supra de iu. do. l. dotis fructus. in principio.

ADDITIO. Dic secundum Bald. hic quod hoc non est uerum in actione ex hoc edicto: de qua proxim. not. supra. Ratio est, ut fructus esse mariti etiam si matrimonium tenuisset, exigitur quod dos sit tradita: ut l. de diuisione. supra soluto matrimo. & not. in dicta. l. dotis fructus. ff. de iure do. quod in quaestione huius gloss. locum habere non potest, cũ praesupponatur in ea dotem traditam non fuisse, secundum Iac. de ra. Sed ad hoc potest facile responderi si ponas patrem fuisse interpellatum, & sic in mora, secundum eundem Bald.

† lib. j. Responso.

† Alias, mãdatoribus.

† lib. 17. ad Sabin.

magis quàm dolo id uideri fecisse. Quòd si intra xij. annũ haec decesserit, cum haberet dotem, putat Iulian⁹, si dolo malo versatus sit, is ad quẽ dos pertinet, [a] posse maritũ doli [b] mali exceptione cõdicentem [c] submouere in casibus quibus, dotem vel in totũ vel in partem, si constaret matrimoniũ, fuerat lucraturus. [d]

¶ Verba huius edicti debent accipi cum effectu, non tantum si quis iactauit se esse tutorem. h. d.

¶ Idem. † LEX XII.

EX eo quod interrogatus [e] tutorem se esse respõdisset, nulla cũ actione teneri. Si tamẽ cum tutor non esset, responso [f] suo in aliquam captionem adolescentem induxisset, vtilem [g] actionem aduersus eum dandam. [h]

De fideiussoribus & nominatoribus † & haeredibus tutorum & curatorum.

TITVLVS VII.

¶ Pomponius. † LEX I.

QVamuis haeres tutoris tutor non est, [i] tamẽ ea, quę per defunctũ inchoata sũt, [k] per heredem, si legitimae [l] aetatis, & masculus [m] sit, explicari [n] debent: in quibus [o] dolus eius admitti potest. ¶ Quod [p] penes tutorẽ fuit, haeres quoq; eius reddere debet. ¶ Quod apud pupillum is [q] reliquerit, si haeres capit, [r] non quidem crimine [s] caret, sed extra tutelã est, & vtili actione [t] hoc reddere compellitur.

¶ Vlpianus. † LEX II.

POstulare [u] tutorem videtur & qui per aliũ postulat: item nominare, [x] & qui per alium hoc idẽ facit.

¶ Idem. † LEX III.

ETiam fideiussorem, & haeredes fideiussoris ad rationem eandem vsurarum [y] reuocandos esse constat, ad quam tutor reuocatur.

¶ Heres tutoris tenetur de suo proprio dolo & administratiõe in tribus casibus, qui sunt plani in tex. si post mortem, & reddit rationẽ ibi: nam cum &c. de negligẽtia uero propria non tenetur haeres tutoris. h. d.

¶ Idem. † LEX IIII.

CVm ostendimus haeredem [z] quoque tutelę iudicio posse cõueniri, [a] vidẽdum est, an etiam proprius eius dolus vel propria administratio [b] veniat in iudiciũ. Et extat Seruij sentẽtia, existimantis si post mortem tutoris haeres eius negotia pupilli gerere pseuerauerit, [c] aut in arcã tutoris pupilli pecuniã inueñerit, & cõsumpse-

Alij habent. § haeres. sed tu habeas. § quod apud &c.

q ¶ Is.} scilicet tutor.

r ¶ Capit.} i. accepit uel aufert pupillo.

s ¶ Crimine.} scilicet, dolo.

t ¶ Vtili actione.} s. tutelae si haeres tutoris est: ut ỹ. eod. l. cum ostendimus. uel utili negot. gest. si est haeres curatoris: ut C. de neg gest. l. curatoris. Et sic not. q non loquitur in inchoatis per defunctum. facit ad praedicta. supra. de adminis. tuto. l. penult. & de tut. l. antepenul. & infra. eod. l. fina § j. & supra, de nego. gest. l. nam & seruius. c. si uiuo. & l. qui aliena. § tutoris.

POstulare.} CASVS Rub. loquitur de nominatoribus tutorum: qui nominatores & postulatores tutorum tenentur tanquam fideiussores: ut infra. titu. j. l. j. §. sed si ordo. Ista ergo lex dicit quod non solum iste dicitur postulator uel nominator tutoris, qui per se postulat uel nominat: sed etiam ille, qui postulat uel nominat per alium. Viuianus.

v ¶ Postulare.} coram iudice qui dare debet: ut infra de dam. infec. l. 3. §. postulare.

x ¶ Nominare.} inter absentes: ut quando magistratus mittit nomina quorũdam praesidi quasi sint idonei: ut supra de tu. & cur. da. ab his. l. diuus. nam & hi tenentur insolidum: ut C. de magistr. conue. l. prima. & l. 2. & qui postulat tenetur, nisi sit foemina: ut C. de administr. tuto. l. fi. § personis. & C. si mater indem. pro. l. prima. & infra. eod. l. cum ostendimus. § fin. Et not. q qui per alium &c. ut ỹ. de admi. tu. l. ita autem. § gessisse.

† lib. 35. ad Sabin.

† lib. 35. ad edictum.

† lib. 36. ad edictum.

e ¶ EX eo quod interrogatus.} forte, in iudicio confitendo coram iudice se tutorem.

f ¶ Responso.} facto in iudicio accepto nomine pupilli uel alias in cõtractu aliquo inito nomine pupilli.

g ¶ Vtilem.} ex hoc edicto, siue eius mente.

h ¶ Dandam.} pupillo uel adulto facto. & est hoc quartũ remedium. Alij dicunt hic loqui de actione protutelae. sed certe de ea dixit ff. tit. j. & in hoc differt hic titu. ab illo: ut not. ff. in rubrica.

¶ DE FIDEIVSSORIBVS ET NOMINATORIBVS ET HAEREDIBVS TVTORVM ET CVRAT.

QVamuis.} CASVS Haeres tutoris non est tutor: & nihilominus quidem tenetur facere ac si esset tutor. primum est quod facere tenetur: scilicet explicare ea, quae per tutorem defunctum inchoata sunt. & hoc si hic haeres est masculus, & perfectae aetatis: in quibus per tutorem inchoatis potest dictus haeres sine dubio dolum committere: & de eo debet teneri. Secundum est: quia tenetur reddere pup. illud quod tutor reliquit adud pupillum, & apud se heredem, puta pecu. quam reliquit tutor in arca pup quae arca erat in domo tutoris. Tertium: quia tenetur reddere pup. illud quod ei aufert uel accepit. Viuianus.

i ¶ Tutor non est.} ut & ff. de his qui not. infa. l. furti. §. penul. & argu. ff. pro soc. l. haeres socii. Accur.

k ¶ Inchoata sunt.} sic ff. de tute. & rat. distr. l. si tutor post.

l ¶ Legitimae.} nam minor non est legitimus administrator: ut C. de legi. tu. l. fina.

m ¶ Et masculus.} non foemina: ut ff. de legi. tu. l. penul. Accur.

n ¶ Explicari.} in iudicio secus. ut supra de iudi. l. tam ex cõtractibus. § sponte.

o ¶ In quibus.} explicandis.

p ¶ Quod.} alias decti de eo. & est. §. quod penes. alias est. §. de eo. &c.

Etiam.} CASVS. Tutor dedit pupillo fideiussores rem pup. sal. fo. postea cum praetor uellet alimenta constituere pup. praecepit tutori ut diceret ei praetori quantam pec. pup. habet. tutor cum haberet xx. dixit de x. tantum. certe de x. quae tacuit, praestare debet usuram centesimam: ut supra, de admi. tut. tutor qui repertorium. §. idem solet. Certe ad eandem rationem usurarum debent teneri fideiussores & haeredes dicti tutoris.

y ¶ Vsurarum.} Ad quem modum uocetur tutor, habes ff. de admini. tut. l. tutor qui repertorium.

CVm ostendimus.} CASVS. Diximus. ff. l. j. q haeres tutoris tenetur tutelae iudicio. modo uideamus latius, & quaeramus utrum haeres tutoris teneatur de suo proprio dolo uel administratione? Et certe Seruius iurisconsultus dixit q haeres tutoris tenetur suo nomine tutelae iudicio utili in tribus casibus, qui sunt plani in litera usque illuc, nam cum permittatur &c. & ibi reddit rationem. de negligentia tamen non tenetur. & si de pup. pec. fecit facta sua, haeres praestare debet usuras quantas iudex suo arbitrio iudicauerit uel dixerit. ¶ Fideiussores.} Cum iudex quaereret à tutoribus fideiussores rem pup. sal. fo. dixerunt tutores. ecce Titius & Seius amici nostri & uicini qui intrant pro nobis. & sic iudex fecit scribi in quaterno notarii sui quod Titius & Seius extiterunt fideiussores pro tutoribus. ipsi tamen Titius & Seius hoc audientes nihil dixerunt. certe tenentur ac si promisissent. & sicut fideiussores tenentur & illi qui affirmauerunt idoneos esse tutores. & scias quod fideiussores tutorum à pupil. conuenti, ita bene poterunt reputare pu. sicut possent tutores, qualiter autem possent tutores, habuisti supra de contra. tut. iu. l. j. §. fin & l. seq. & hoc dicit cum l. sequen. Viuianus.

z ¶ Haeredem.} alias. f. in nostris est, sed & Pompo. dixit. scilicet ff. eo. l. j. §. quod penes.

a ¶ Conueniri.} ex facto defuncti.

b ¶ Propria administratio.} non connexa cum eo quod defunctus inchoauit. Accursius.

c ¶ Perseuerauerit.} alia noua inchoando.

Proprio

a ¶ Proprio dolo.} uel lata culpa. quod dic ut C. de in litem iuran. l. 2. & l. alio. Accursius.

b ¶ Negligentia.} id est leuis culpa. sed lata sic: ut C. de neg. gest. l. curatoris. ubi ex persona defuncti tenet similiter de dolo & lata culpa defuncti, non leui: nisi in casibus tribus: ut C. de haere. tu. l. prima at ipse defunctus tenetur de dolo, lata culpa, & leui: ut C. arbitr. tute. l. quicquid. Item & illud constat, quòd etiã leuis culpa seu negligẽtia ei imputatur: si non explicet inchoata per defunctum: ut ff. eo. l. 1.

c ¶ Praestare debet.} Sed contra ff. pro soc. l. socium qui. in prin. & §. i. Sed expone ut ibi. & facit ỹ. ti. i. l. non similiter. Accur.

d ¶ Oportet.} qui seruabit legem. ff. de usu. l. i. in prin.

e ¶ Iure legitimo.} id est, solenni stipulatione. Et sic no. fingi stipulationem ubi non est: ut supra de adop. l. his uerbis. & C. de rei uxo. ac. l. prima in prin. & infra de dam. infect. l. si finita. Item nota patientiam & praesentiam praeiudicare. sic suprà de iudic. l. quidam. & de exerc. l. i. § magistrũ & supra man. l. si remunerandi. §. si passus. & ỹ. ad munic. l. 2. §. i. & ff. nau. cau. stab. l. fin. & ff. loca. l. cum in plures. §. locator.

f ¶ Affirmauerint.} sic suprà de pigno. l. fideiussor. §. pater. & de insti. l. cuicunque. §. sed & cum fullo.

SI cum fideiussoribus.}

g ¶ Reputationes.} ut supra de compen. l. 4. & C. de exce. l. defensiones. Quas autem habeat tutor, habet. ff. de contrario iudi. l. i. § fin. & l. 2. & 3. per totum.

† Adde singular. q ẽt datus tutor a testatore, hac lege sederet tõnẽ nihilomin⁹ tã ipse quã fides eius cogerentur Sal. in l. cũ necessitate cõ. qd clamat Ias. in act. i. ul. col. C. de transactio.

† ad intell. huius §. uid. dd. oẽs in l. 2. de uerbo. ob. in prin. maxime Crott. nu. 35. & Corras. nu. 14.

Pręsentia & patiẽtia p̃iudicant.

† libro. 38. ad edict.

† lib. 2. Respon.

rit, uel eam pecuniã quã tutor stipulatus fuerit, exegerit, tutelae iudicio eũ teneri suo noĩe. ¶ Nam cũ permittatur aduersus heredem ex proprio dolo [a] iurari in litem, apparet eum iudicio tutelae teneri † ex dolo proprio. Negligẽtia [b] planè propria haeredi non imputabitur. ¶ Vsuras quoq; eius pecuniae quam pupillarẽ agitauit, praestare debet [c] his tutoris. ¶ Quantas autem & cuius temporis vsuras praestare debeat, ex bono & aequo constitui à iudice oportet. [d]

¶ Si fideiussores pmittunt se nominari à tutorib. & in actis nomina sua scribi nihil q̃ dicentes, tenenẽ ac si stipulatio intercessisset: & hi ẽt qui affirmant fideiussores ẽẽ idoneos. Item fideiussores à pupillo conuenti habent easdem reputationes q̃ pupillum, quas habent tutores. h. d. cũ l. seq.

¶ Fideiussores † à tutorib. nominati, si praesentes fuerunt, & non contradixerunt, & nomina sua referri in acta publica passi sunt, aequum est perinde teneri, atq; si iure legitimo [e] stipulatio interposita fuisset. Eadem cã uidetur affirmatorũ, qui scilicet cum idoneos esse tutores affirmauerint, [f] fideiussorum uicem sustinent.

¶ Paulus. † LEX V.

SI cùm fideiussoribus tutoris, ex stipulatione rem saluam fore, agetur, easdem reputationes [g] habebunt quas tutor.

¶ Papinianus. † LEX VI.

PVpillus cõtra tutores eorùmque fideiussores [h] iudicẽ accepit. iudice defuncto, prius quã ad eum iretur, contra solos fideiussores alter iudex datus est. Officio cognoscentis conueniet, si tutores soluendo sint, & administratio non dispar, [i] sed communis fuerit, portionum uirilium admittere rationem ex persona tutorum.

¶ Idem lib. 3. respõn. LEX VII.

SI fideiussores [k] qui rem saluã fore pupillo cauerant, ut tutorem adolescens antè conueniret, petierunt, atque ideo stipulanti promiserunt se reddituros quod ab eo seruari non potuisset, placuit, inter eos qui soluendo essent, actionem residui diuidi, [l] onus [l] fideiussorum susceptum [m] videretur. Nam & si mandato plurium pecunia credatur, aequè [n] diuiditur actio. † Si enim quod est datum, pro alio soluatur, cur species actionis [o] aequitatem diuisionis excludat?

¶ Licet haeres tutoris teneatur de dolo et culpa eius qui iure datus fuit tutor: non tamen eius qui non iure datus fuit. h. d.

¶ Paulus. † LEX VIII

HAeres eius, qui non iure tutor uel curator datus administrationi se non immiscuit, dolum & culpam praestare non debet. [p] ¶ Paulus respondit tale iudicium in haeredem tutoris transferri oportere, quale defunctus susceperit. [q] Hoc [r] eo pertinet, ut non excusetur haeres si dicat se in

PVpillus.} CASVS. Cum pupillus habuisset tutores tres, & quilibet tutorum dedisset ei unum fideiussorẽ rem pup. sal. fo. & finita esset tutela, & quilibet tutorum soluendo eẽt & quilibet eorum administrans, sed communiter cum alijs, & crederet pupil. quondam tut. malè administrasse, impetrauit à principe literas contra eos & contra fideiussores ad quendam principem, aliàs iudicem. iure enim isto põt conueniri simul reus & fideiussor: & etiã prius fideiussor si uult ille, q habet eos obligatos. postea idem iudex mortuus est ante quàm coram eo irent partes. postea sicut superiora euenerunt de facto, ita & istud aliud euenit, scilicet quòd pupillus impetrauit alium iudicem contra solos fideiussores. Cęrte sicut tutores praedicti haberent beneficium ut uiriliter condemnentur: ut ff. de tute. & rat. dist. §. nunc tractemus. ita ex persona tutorum habẽt beneficiũ fideiussores eorum. Viu.

h ¶ Fideiussores.} dic à singulis tutoribus singulos fideiussores datos. uel dic ab uniuersis uniuersos. vnde sicut tutores, ita & ipsi habẽt beneficium epistolae. secus si ab uno tutore darentur plures fideiussores: ut infrà rem pupil. sal. fo. l. fina. nisi adultus factus sibi praeiudicet de nouo stipulando: ut infra l. proxim. uel aliter eam exponas. Accursius.

i ¶ Non dispar.} i. non diuisa à testatore, uel à iudice: quia tunc ipso iure fideiussor unius non tenetur pro altero: ut ff. de admini. tu. l. si minoris. Et facit ad legem istam. ỹ. de fideiuss. l. inter eos. & l. fideiussores in prin. & l. inter fideiussores.

SI fideiussores.} CASVS. Tutor Titij pupilli dedit tres fideiussores, pone rẽ pup. sal. fo. finita tu. cũ pu. posset an pubenire fideiussorẽ q̃ tutorẽ, ut dixi ff. l. i. fideiussores ab eo ipetrauerũt, ut prius tutorẽ cõueniret: & pter hoc promiserunt pup. quodam se reddituros ei illud quod non posset habere à tutore. adultus egit q tutorem: & cũ deberet recipere uiginti, non potuit exigere nisi decem. nunc petit residua decem à fideiussoribus ex secunda stipula. ipsi cum sint soluendo, uolunt beneficium diuisionis. quaeritur nunquid habeant illud beneficium? Et dicitur quòd sic: & est ratio, quia licet ipsi alias non possunt habere hoc beneficium: ut infra, rem pup. sal. fo. fina. tamen hic debent habere; q illud onus fideiussorum quod sustinent alias, scilicet ne inter eos diuidatur actio, ut dixi: uidetur per adultum remissum per caut. secundam, id est uidetur velle adultus stipulando ab eis illud quod à tutore seruari non posset, ut ipsi habeant beneficium diuisionis, sicut habent alij fideiussores qui non promittũt rem pupilli saluam fore, sed aliquid aliud: de quibus habes insti. tu. titu. de fideiussori. Et ad dictam rationem est alia ratio. ego video quòd si plures mandẽt pecuniam credi Titio per Seium, & Seius cõueniantur mandatores, diuiditur actio inter eos. cur ergo in nostro casu non debet: quia ita bene soluunt pro alio fideiussores tutoris, sicut faciunt mandatores. Viuianus.

k ¶ Si fideiussores.} Fideiussores qui cauerant rem pupilli saluam fore perierunt, ut adultus primo conueniat tutores, quàm eos qui habebant electionem: ut C. de fideiussoribus tutorum. l. prima.

l ¶ Onus.} quod erat ne diuideretur actio: ut ỹ. rem pupilli saluam fore. l. fi.

m ¶ Susceptum.} ab adulto per cautionem secundam: ut ỹ. de pretor. stipulatio. l. pe. Et dic q adulto facto fuit facta promissio. & sic sibi praeiudicauit. alias non haberet locum beneficium epistolae: ut infrà rem pupilli saluam fore. l. finali. Alij distinguunt in fideiussoribus vnius tutoris: aut simpliciter intercesserunt: & tunc cessat epistola: ut dicta lege fina. an etiam à principio promiserunt quod ab alio seruari nõ poterit, uel rem pupilli saluam fore, quod idem est, ut C. eodem. l. fin. & tunc in illo residuo locum habet epistola: ut hic dicit. sed haec litera non bene patitur hunc intellectum.

n ¶ Aeque diuiditur.} ut C. de consti. pecu. l. fi.

o ¶ Actionis.} ubi ergo eadem aequitas; & eadem ratio, & idẽ ius vel ff. ad leg. Aquil. l. illud & C. de lib. prae. l. j. Item facit ff. proxi. cum similibus.

† Dua. Si. n. qd datũ p alio, soluit &c.

Casum ponit.

† lib. 9. Respon.

HAeres.} CASVS. Licet haeres tutoris teneatur de dolo & culpa tutoris iure dati, qui tutor nondum administrauit, tamẽ si nõ fuit iure datus, non tenetur haeres. Paulus respondit.} Si lis est contestata contra tutorem etiam de dolo, uel lata culpa, uel negligẽtia, de omni eo tenetur haeres. Sed si lis non erat contestata contra tutorem, nunquid tenetur haeres de dolo defuncti? Certe sic, puta quia dolosè fecit tutor ut tutelaria instrumenta perirent. Nam si tenetur haeres ex dolo defuncti in omnibus contractibus, bene est q teneatur cum tutelae agitur. sed propter ignorantiam haeredum subuenitur eis, ut non iretur contra eos in litem, quamuis contra tutorem in litem iuraretur si uiuerent. & hoc dicit usque ad finem tituli. Viuianus.

p ¶ Non debet.} quia nec is cui successit si uiueret: ut C. de testa. tut. l. prima.

q ¶ Susceperit.} erat ergo lis contestata cum defuncto.

r ¶ Hoc.} quod dixit Paulus.

Universidad de Deusto Biblioteca

a ¶ Non inuenisse.} dolo vel culpa defuncti: cum lis sit cõtestata: vt C. de hæ[?]tute. l. i. & dic instrumentum tutelæ, inuentarium, & cætera i. instrumenta pupilli: ut C. de in lit. iur. l. alio.
b ¶ Nam cum.} argumentatur à simili, uel à minori. q. d. si lite etiã non contestata tenetur de dolo defuncti hæres ut hic, & j. de actio. & obl. l. ex deposito. & l. ex contractibus. & de re. iur. l. hoc iure. §. fin. ergo lite cõtestata multo magis tenetur de dolo etiam & culpa & omni eo in quo etiam defunctus: ut in prin. l.
c ¶ Constitutionib'.} iste constitutiones loquuntur in alio casu: s. lit. non contesta. & sic non contradicunt Paulo: nec corrigunt eum: licet H. contra. & sic non tenetur de leui culpa defuncti: sed nec ipse fuit in lata culpa, de qua sola tenetur: ut C. de nego. gest. l. curatoris. quia ignorat ubi sunt illa instrumenta: ut & j. de re iud. l. qui in alterius.
d ¶ Hoc.} quod dicunt constitutiones. & sunt istæ constitutiones C. de nego. gest. l. curatoris. & de in lit. iuran. l. alio. & similes. & adde quo dnot. suprà eodem lege cum ostendimus.
e ¶ Perpetuantur.} facit. institu. de perpet. & tempo. actio. §. penultimo. & C. ex deli. defunct. l. prima. Accursius.

† In P.F. si est, & corũ hæredibus.
† lib. 36. ad edictum.
† Halo. nec in magistratus. & nõ recte August. li. i. emend. lap. 5.

strumenta tutelaria non inuenisse: [a] Nam cum [b] ex omnibus bonæ fidei iudicijs propter dolũ defuncti hæres teneatur: idem puto obseruandum & in tutelæ actiõe. Sed constitutionibus [c] subuentũ est ignorantiæ hæredum. Hoc [d] tamen tunc obseruandum est, cúm post mortem tutoris hæres conueniatur: non si lite contestata tutor decesserit. Nam litis contestatione & pęnales actiões trãsmittunt ab utraq; pte, & tpales ppetuãt. [e]

De magistratibus conueniendis, † & eorum hæredibus.

TITVLVS VIII.

¶ Ordo decurionum, fideiussores & nominatores magistratuum non tenentur actione subsidiaria, sed bene ipsi magistratus: tamen si ordo suscepit in se periculũ, tenebitur hac actione, s. hi tantum, qui præsentes fuerunt. Bar.

¶ Vlpianus. † LEX I.

IN ordinem subsidiaria actio non dabitur, † sed in magistratus, nec in fideiussores [f] eorum. Hi enim rem publicam saluam fore promittunt, non pupilli. Proinde nec nominatores magistratuum ex hac causa tenebuntur, sed soli magistratus. Sed si ordo [g] receperit in se periculum, dici debet, teneri eos, [h] qui præsentes fuerunt. Parui enim refert, nominauerint [i] vel fideiusserint, an in se periculum receperint. Vtilis ergo in eos actio competit. Sed si à magistratibus municipalibus tutor datus sit, non videtur per ordinem [k] electus. ¶ Nequæ prætor, neque quis alius cui tutoris dandi ius est, [l] hac actione tenebitur.

¶ Magistratus non dantes tutores, sed tã tum renunciantes eorum facultates non tenentur actione subsidiaria: nisi hoc facerent liniti gratia, aut pecunia prouinciæ talibus magistratibus præcepisset ut exigerent satisdationem à tutoribus. h. d.

¶ Si præses prouinciæ renunciare magistratus tantùm de facultatibus [m] tutorum voluit, vt ipse [n] daret, uideamus, an, & quatenus teneantur. Et extat diui Marci re-

¶ DE MAGISTRATIBVS CONVENIENDIS, ET EORVM HAEREDIBVS.

s ¶ Rumpetur.§ per hoc in quo præteritus filius. & hoc dicunt quidam uerum cum in primo erãt instituti uenientes ab intestato [14]: ut C. de testa. l. hac consultissima. §. si quis. ij. respon. sed alius est ibi casus. Item & deficit ibi secundum ratione omissæ solennitatis: hic ratione præteritionis. regulariter ergo teneas ut perfectum nõ tollatur per non perfectum: ut d. §. si quis. in prin. Sed uidetur huic l. contra. inst. quib. mo. test. infir. §. posteriore. at ibi sm ab initio tenuit, hic nullum fuit. Item côtra j. ti. j. l. posthumus. Sed aliud est in posthumo quàm in filio iam nato, & est ratio quam dixi s. e. iij. §. fin. & C. e. l. ij. Item facit j. titu. j. l. filio. & j. de vulga. substi. l. si quis. §. si.

SI à primo hærede.§ CASVS. Titius faciens testa. ita dixit primũm instituo mihi hæredem: & filium meũ exhæredo. & secũdũ instituo mihi hęredẽ: & si primus & secundus mihi hęredes nõ erũt, substituo eis tertium, quod ita filium exhæredauit inter gradum institutorum: & à gradu substituti eum præterit: & ita ipso iure non ualet gradus substituti. postea deliberantibus institutis utrum uellent adire uel repudiare, dictus testatoris filius decessit. & posteà deliberatione plenè habita per dictos institutos repudiauerũt hæreditatem. nunquid substitutus potest habere hæreditatem? & videtur quod sic: quamuis suus gradus non ualuerit ab initio propter præteritionem filij ab eo factã: tamen filius decessit antequàm instituti repudiarẽt. unde mortuo obstaculo substitutis & institutis posteà hæreditatẽ repudiantibus uidetur substitutus habere debere: sed quod est uerũ: quia substitutio quæ ab initio fuit inutilis, non potest conualescere. Quod autem dixi in filio iam nato, & intra primum gradum exhęredato, & à secũdo gradu pręterito: idem erit in posthumo filio eũdem accidetit, & qui posthumus natus fuerit viuo patre, à quo exhęredatus est à primo gradu, & qui posthumus mortuus est uiuo suo dicto patre, & deliberantibus institutis, nam institutis prædictis repudiantibus hæredi non habebit substitutus, cùm suus gradus ipso iure non ualuerit propter pręteritionem posthumi ab eo factam, nato scilicet posteà posthumo. & est ratio quare sit idem in hoc casu: quod est in primo casu huius legis quoniam cum natus sit posteà posthumus filius, est loco eius filij qui sui superstes est tempore testamenti, de quo superstite dictum est in princi l. Viuianus.

t ¶ Si à primo.§ dic, instituo Titiũ. [15] filiũ exhæredo. instituo Seiũ. si insti-

2 Imò stat propriè secundũ Ias.

3 Placet Bar. P. Alexan. & Ias.

3 Displicet prædi. doc.

4 Sequunt prædi. doc.

5 Et bene Bart. Paul. Ale. & Ias.

6 Placet Raynu. & Bart. licet contra teneant Pet. Bal. Pau. & Alex.

7 Displicet Alex. & Ia. qui tunc exponetur. i. mihi nasciturũ licet placeat Areti.

8 Imò est l. pen. Ias.

9 Vterque intellectus est restrictiuus ad tex. licet sit uerus in se, secundũ Alex. & Ia.

10 Placet Ia. licet dispicere uideatur Bal. & Pau.

11 Placet B. P. Alex. & Ias.

12 Placere vr Bart. Bald. & Paul. contra Ia.

13 Displicet: quia destruit text. secundum Ia.

† Planè si in eo', Du.

† Lib. 1. ad Sabin.

Hanc. l interpraetatus est Cuman. & nouo intell. donauit, ut apud eum. nu. 47. tu autẽ et alium intell. uid. apud Petr. Stell. in l. si duob §. si prius, de bon. poss. contr. tab. nu. 33.

† Lib. 1. ad Sabin.

14 Diuinat secundum scribẽ. hic.

15 Sequuntur hãc gl Bart. Paul. Alex. & Ia

Universidad de Deusto Biblioteca

si instituti hæredes non essent, substituo Sempronium. & sic exhæredatio est intra gradū: vt s.eo.l.iij.§.fi.& quod dicit si a primo, dic, id est institutis primo gradu, nec ob.s.eo.l.iij.§.filius. vel dic primo hęrede, id est primo gradu, in genere loquens, sed alij dicunt expressim ab vno gradu posse exhæredari. vt no.s.eo.l.iij.§.filius. pro quibus est hęc lex. & dicūt primum & secundum esse propria nomina. Accur.

Placet Bar. & Pa. displicet Alex. & Ias.

Vterque intellectus placet Bar. Pau. Alex. & Ias.

Non est Iuliani, apud Dua.

a A secundo.} scilicet gradu, subaudi &c.

b Prior.} id est instituti in primo gradu.

c Non erit secundus,] id est, instituti in secundo etiam non acipientibus primis institutis. Accur.

al. uiuo primo à quo &c. Fl. tamē lectio nostrę conuenit.

d Idē acciderit vt natus.} falsum dicit: quia non fuit dictū scilicet q̄ filius viuo vel non viuo patre moriatur. vnde dic idem, scilicet vt sit exhæredatus tātùm a gradu primo, & non a secundo. & quod subiicit vt, pone pro &: & sic non expositiuè. & quod dicit viuo patre, determinet natus non verbum moriatur: quia mortuo patre, & dum hæredes instituti deliberant, hic moritur. secus autem si patre viuo: quia testamentum valet iure prætorio: vt j.t.e.j.l. posthumus. Item post mortem huius hęredes repudiāt, & non admittuntur substituti: vt hic dicit, & j.eo. l. si posthumus. ij. respon.

Vt dictio modalis. no. in rubr. C. de his q̄ sub modo Bart. in l.j. 8. col. in fi. de cond. & demon. & quomodo ponatur uide ad longū in spec. in tit. de alle. & disputa. §. ulti.

lib. i. ad Sabin.

do autem substituto non exhęredauero, & dum pendet an prior aditurus sit, filius decesserit, secundùm Iuliani sententiam, qua vtimur, non erit secūdus heres, qua si ab initio inutiliter institutus, cùm ab eo filius exhæredatus nō sit. Quòd si posthumo filio id acciderit, vt natus uiuo patre à quo exhæredatus sit, moriatur, eadem dicenda erunt de substituto: quoniam cùm natus est filius, loco eius est, qui superstes est.

Qui potest habere posthumum naturaliter, licet cum difficultate, sine expectatione tristis euētus, uel sine turpitudine potest posthumum instituere. secus si instituat posthumum quem habere non potest sine turpitudine, uel expectatione tristis euentus. Alex.

Paulus. LEX IX.

SI quis posthumos, quos per ętatem aut ualetudinē habere fortè non potest, heredes instituerit, superius testamentum rumpitur: quòd natura magis in homine generandi, & cōsuetudo spectāda est, quàm temporale uitium, aut ualetudo propter quam abducatur homo à generandi facultate. Sed si ex ea quæ alij nupta sit, posthumum quis hęredem instituerit, ipso iure non ualet, quòd turpis sit institutio.

Qui tempore mortis testatoris non tenebat primum locum in suitate, licet post mortem tenere incipiat, non rumpit testamentum ut suus, licet sit præteritus, nisi fingatur tenuisse primum locum in uita testantis: potest tamē ut suus ab intestato succedere, si reperiat se tenere primum locum tempore, quo aperitur uia causæ intestati: quamquam post mortem testatoris hoc contingat. Alexan.

Si filium exhęredauero, nepotemque ex eo præteriero, & aliū hæredem instituero, & superuixerit filius post mortem meam, licet ante aditam hæreditatem decesserit, non tamen nepotem rupturum testamentum Iulianus & Pomponius, & Marcellus scribunt. Diuersum est, si in hostium potestate sit filius, & decesserit in eo statu. Rumpit enim

e Cùm natus est.} nō prius, fauore testamenti. aliàs autem habetur pro iam nato: ut s. de sta.ho.l. qui in vtero. Item quod dicit s. proxi. quasi ab initio &c. est sic j. de reg. iu. l. omnia. & l. quæ ab initio. & C. de leg. & const. l. non dubium. & j. de vulg. substi. l. si quis. in fi. & j. tit. ij. l. pe. § fi. & C. eo. l. j. & ij.

SI quis posthumos.} CASVS. Titius fecit testa. & instituit sibi certos heredes: postea fecit secundū test. cùm ualde esset senex, vel in magna infirmitate positus, ita q̄ non erat uerisimile, q̄ amodò de facili filios generaret. & in hoc secundo test. dixit, posthumos meos instituo mihi hæredes. nunquid rumpit primū testa. per secundū, & vt q̄ nō: q̄a in secundo sunt instituti tales, de quibus nō est uerisimile q̄ nascantur. sed certè bene rumpitur & est ratio, q̄a spectare debemus possibilitatē naturæ quantum ad generandū: & etiā cōsuetudinē generādi, & nō vitiū quod habet testator propter tēpus, id est, propter senectutem: & non infirmitatem similiter, propter quæ duo abducatur homo à generandi facultate. nam multi sunt, & fuerūt de quibus non sperabant uicini eorum, q̄ amplius haberent filios propter senectutem vel infirmitatem, & tamen habuerunt Deo fauente. si autem in secundo testamen. instituisset sibi hæredem posthumū suum qui nasceretur ex uxo. Sempronij stante matrimonio cum Sempronio: talis institutio est turpis, & non ualet: & ideo non rūpitur primum testamentum.

Si filium.} Titius habens filiū, & ex eo nepotē, & vtrunq; in potestate sua: fecit testamentū, & instituit sibi hæredē quendam extraneū: & filium exhæredauit: nepotē præteriit. posteà decessit Titius. deliberante autem posthumo instituto vtrū adiret uel non, decessit filius. posteà institutus hæreditatem adiuit. nunquid nepos p̄dictus præteritus rūpet testm̄, & auferet hęreditatē instituto ipso iure? Et videtur q̄ sic, q̄ mortuo Titio auo & antequàm adiret institutus, filius decessit. vnde nepos remansit immediatè ad auum mortuum, & inuenit se ab eo præteritum, & sic uidetur testamentū ipso iure non valere: sed certè non rumperet: quia tunc demū rumpit aui testamētū, cū uiuo auo morit filius, & nepos remanet immediatè ad auū viuum, & inuenit posteà se ab eo prætéritū. Sed quid retento eodē casu, si filius capiatur ab hostibus uiuo auo, & uiuo vel non viuo dicto auo apud hostes decedat filius: nunquid nepos præteritus ab auo, ut dictū est, rumpet ipso iure testamentū aui? Et dicitur q̄ sic. fingitur enim filius mortuus prima hora captiuitatis. & sic ab hora captiuitatis filii vsque ad mortem aui, fingitur nepos fuisse immediatè ad auū. vnde nō est mirū, si inueniēs posteà se prēteritum rūpit testamentum. Sed pone retēto eodē casu, q̄ Titius auus decessit relicto filio exhęredato in ciuitate, & relicto nepote præterito. filius autem cùm posset agere contra institutum qui adiuit hæreditatē, & querelam inofficiosi testamēti contra eum intētare, repudiauit illā querelā, & decessit nunquid nepos rūpit testamentū? & certè non valet ipso iure propter præteritionē de se factā, neq; p querelā inofficiosi testa. & ita non est ruptū testa. in hoc casu, sicut est ruptum in superiori casu, cū fuit filius captus ab hostib⁹, & ibi mortuus, sed retēto eodem casu, quid si auus moriat, & posteà fili⁹, & posteà institutus ab auo repudiet hæreditatē? certè erit nepos legitimus hęres aui, q̄a verba l. xij. tabu. quæ sunt insti. de hęre. ab inte. in princi. & in quibus continetur, si aliq̄s intestatus mortuus sit, veniant hęredes ab intesta. &c. non tantū referuntur ad tempus mortis testatoris, sed etiam ad tempus quo hæres institutus à testatore repudiauit hæreditatem: & sic siue decedat filius Titius non facto à se testamento, siue facto, sed posteà restituto, semper uidetur ab intestato decedere. Quamuis autē dictum sit in versic. diuersumque est &c. q̄ per quasi posthumum. i. per nepotem iam natū, qui inuenitur immediatus ad auū. rūpitur testa. i quo ipse est pręteritus. tamē per verū posthumū in secundo testa. institutū nō rūpitur, quandoque primū testa. veluti quando testator instituit sibi hæredem in secundo testa. illum posthumum qui nascetur ex illa muliere quam ducere vxo. sit nefas, puta quia sit monacha, vel consanguinea testatoris. bene autem rūpetur primum testa. si in secūdo instituatur ille posthumus, qui nascetur ex sorore adoptiua testatoris: q̄a potest euenire q̄ testator eam habebit vxorem, puta si adoptio dissoluatur. Viuianus.

f Non potest.} facile. si tamen eos habebit, habebunt hęreditatē. vel intelligo instituisse nepotes suos, qui nō instituti rumperēt testamētū: uel posthumos, id est filios quos adoptauit: q̄a & hi loco posthumorū sunt: ut j. tit. j. l. posthumorū. & instit. quibus mod. test. infir. in prin. & secūdum hos duos intellectus verbū quos, facit simplicem relationē. sic C. de iniur. l. dominū. Sed arg. contra ad tertium j. de conditio. & demonstratio. l. fideicōmissum. & de le. ii. si ita quis. §. fina. sed hoc ne rumpatur testamentū. Itē, quid si nullus hic nascitur? Respon. primū rumpitur per legem istam: quāuis secundum non habeat heredem: ut j. titu. j. l. cùm in secundo. sed quidā dicunt non rumpi testamētum primum, nisi nato posthumo: quod est contra hanc legem ibi, quod natura &c. & quia hic dicit rumpitur. Item quid secundum primum casum si nullos omnino habere poterit? Respon. nec primum rumpitur, nec secundum ualet: ut s. eodem. l. sed est quæsitum. §. j & ij.

Placet Bar. P. Alexā. & Ias.

Placet eisdē cōtra, licet sic vera in lex ipsa.

Sequunē prædicti.

Placet Bar. Paul. Alc. & Ia.

Et bene secundum prædict.

g Superius.} fecerat ergo duo testamenta. in secundo hæredes instituit posthumos, de quibus hic dicit. certè primùm testamentum rumpitur per secundum: ut hic, quia natura &c.

h Quod.} id est, quia.

i Natura.} id est, possibilitas naturæ.

k Consuetudo.} generalis, quæ est altera natura.

Consuetudo est altera natura.

l Facultate.} id est, facilitate. Accursius.

m Posthumum.} vt suum & est sic. j. eod. l. penulti. sed contra in vlti. respon. Solu. ibi iure ciuili erat matrimonium prohibitum: hic naturali. Item contra infrà eod. l. filius. §. penul. Solutio. vt ibi. Item contra infra eo. l. posthumum. Sed ibi uidua: hic alij nupta. Vel pone in posthumo alieno: sed tunc hodie corrigitur: ut insti. de bono. possessio. in principio.

n Testamentum.} quia nec l. xii. tab. cùm alius mortis tempore pręcedebat: vt inst. de. hęr. ab intest. §. ita demū. nec ex l. Vell. secus si filius esset mortuus auo uiuo: vt j. tit. j. l. posthumorum. § j. & insti. de exhęre. lib. § posthumorum. & C. eo. l. ij. Item hoc verum est, vt p̄teritus: sed per quęrelam ex persona patris agere potest hodie: ut C. de inofficio. testa. sancimus. in fine. & l. si quis filium. Item nec cōtra tabu. habet hic nepos: vt j. de contra tabu. l. illud. § i.

Placet Bar. Bal. Saly. Alex. & Ia. licet in hoc aliter dicat Pau.

o Decesserit.} in captiuitate post aditam hęreditatem ab instituto uel ante. Accursius.

His casibus.

a His casibus.} id est hoc casu: vel idest talibus casibus. sic s. de rei vend. l. in rem. §. in omnibus. Accursius.

b Testamentum.} quia hic filius, qui viuente patre est captus, etiam si post mortem sui patris moriatur, fingitur tamen ex l. cor. decessisse ea hora, qua captus est. vt insti. qui. non est permis. face. testa. §. fi. unde ex l. Velleia rumpit nepos testamentum. & facit j. eo. l. penul.

Sic legit Acc. lib. prętermisso .i. in dictione repedare. Verū in P. F. alio modo legitur, nempe sic, quod moriente auo filij ius pependerit. non abscisum, ut superiore casu fuerit.

c Quod si moriente.} vel habeas si, vel sub. & dic moriente: id est mortuo: vt C. de epis. & cle. l. nulli. §. fin. autem persona. ibi, oritur, id est ortus est. & supra de nego. gest. l. iij §. hæc verba. & est illud ideo, quia eo uiuo nulla esset repudiatio: vt C. de inoffic. testa. l. si quando. §. illud. Item dic quòd repudiauit post aditam hæreditatem: quia antè nulla esset repudiatio: utpote noc nata querela: ut s. de inoffic. testam. l. Papinianus. § si conditionem. Accursius.

d Repedauerit.} aliàs repudiauit. aliàs repēderit, id est repudiauerit, scilicet querelam.

lib. i. ad Sabin.

e Non abscissum.} scilicet erit testamentum. & non est dicendum ut rumpatur testamentum. aliàs exponitur abscisè, id est indistinctè: ut j. de iure immu. l. semper. § ij Accursius.

f Superiore casu.} cùm decessit in captiuitate filius. & est similitudo per contrarium. uel referas ad primum: & est certa similitudo.

Placet Ia.

his casibus a nepos testamentū b Quòd si moriēte c auo filius repedauerit: d non abscissum e est, ut superiore casu f fuit. g Sed & si hæres institutus h omiserit i hæreditatem, erit legitimus k hæres: quoniam hæc uerba, l Si intestatus moritur: ad id tempus referuntur, quo testamentum destituitur, m non quo moritur. Sed si ex ea, n quá nefas sit ducere, posthumum hæredem instituero, non putat rumpi testamentum o Pomponius. Sed si per adoptionem sororem factam habeam, potero posthumum ex ea hæredem instituere: quia adoptione soluta possum eā posteà ducere p uxorem. q

Qui prouidet sibi in uno casu, nō uidetur in alio casu omisso sibi puidere: & prouisio simplex ad oēs casus refertur. Alc.

Pomponius. LEX X.

COmmodisimè is, qui non dum natus est, ita hæres instituit, Siue uiuo me, siue me mortuo natus sit, hæres esto: aut etiā purè, r neutrius temporis habita mentione. Si alteruter s casus omissus fuerit, t eo casu, qui omissus u sit, natus rumpit testamentum: x quia ne sub conditione quidé scriptus hæres intelligitur, qui in hūc casum nascitur, qui nō est testamento comprehensus.

Filius in potestate patris succedens ex testamento vel ab intestato, non dicitur nouum dominiū acquirere, sed illud qd habebat in uita patris, continuare, & acquirere dicitur solùm nouam administrationem, quam non ipse, sed pater in uita habebat, licet possit exhæredari. Alexand.

Paulus. LEX XI.

IN suis hæredibus euidentius y apparet continuationem z dominij eò rem a perducere, vt nulla uideatur hęreditas fuisse: b quasi olim hi domini essent, qui etiā uiuo patre quodammodo c domini existimabantur. Vnde d etiam filiusfa. e appellatur, sicut paterfamiliàs: sola nota hac adiecta, per quam distinguitur genitor ab eo, qui genitus sit. Itaq; post mortem patris non hæreditatē percipere uidentur, sed magis liberam bonorum administrationem cō sequi. Hac ex caussa licet illi f non sint hæredes instituti, g domini h tamen sunt: nec obstat quod liceat eos exhæredare, quos &

Quia hic filius nec sub conditione &c. Dua.

Appræhēsus, Du.

lib. 2. ad Sabin.

Du. consequuntur.

Huc spectat illud Pau. ad Roma. cap. 8. si filij ergo hæredes.

Du. quod &c.

g Fuit.} aliàs fuerit, ut sit præteritum coniunctiui pro præterito indicatiui : id est fuit. Item nec habet hic querelam, utpote à patre repudiatam: ut C. de transac. l. cum mota.

h Institutus.} in testamento in quo fuit filius exhęredatus, nepos præteritus: ut in princip. huius §.

i Omiserit.} id est repudiauerit, eo scilicet casu quo adire potuit: ut s. proxi. & in princi. huius §. in medio autem cùm adire nō possit, utpote testamento rupto, nec repudiare potest : ut j. de acqui. hære. l. is potest. Quid aūt si adiuit primò? Et hoc tertio casu habet nepos querelā ex persona patris: nisi pater eam repudiauit: ut prędixi.

Approbatur per Bar. & Bal.

K Legitimus hæres.} scilicet nepos, & suus: ut & insti. de hæred. ab intest. §. cùm autem quæritur. Azo.

l Hæc uerba.} scilicet legis xij. tab. ut instit. de hære. ab intest. in princip.

m Destituitur.} repudiatione. si ergo hic nepos succedit ab intestato ut suus: non rumpit testamentum ut suus . hoc ideo, quia filius pręcedebat tempore mortis. nam ut quis rumpat, oportet quòd tempore mortis nullus eum præcedat . Sed ad hoc ut sit suus ab intestato, oportet quòd fuerit in potestate testatoris tempore mortis: hic autem non quæritur: nisi cum certum fuerit nullum ex testamento hæredē esse: & hoc ideo, quia donec est locus successioni ex testamento, non patet locus ab intestato: ut j. de acqui. hære. l. quandiu, & facit ad hunc §. j. ti. i. l. si quis filio. in prin. & post. de hęred quali. & diffe. §. sui. & de leg. agna. suc. §. proximus. & j. unde lib. l. scripto hærede. & de suis & legi. l. j. §. sciendum.

Approbatur p Bart. Bal. P. Alc. & Ias.

Verè uel fictè. Bart. Alex. & Ia.

Placet Alex. & Ia. in rub. s. e.

n Sed si ex ea.} rumpitur testamentum per quasi posthumum præteritum: ut s. proxi. ibi, diuersum est &c. sed quandoque non rumpitur etiam per uerum posthumum: ut hic.

Approbatur p Bar. P. Alex. & Iason.

o Testamentum.} scilicet primū, cùm hoc sit nullū: ut hic, & s. e. l. j. §. j. & l si filius. Sed contrà infrà eo. l si filius. §. penulti. Sol. ut ibi.

p Ducere.} puta monacham uel scenicam, uel arenariā. Hug. sed male: vt C. de nup. l. imperialis. & j. proxi. §. idem in consanguineam pone.

Et bene P. Alex. & Ia.

q Vxorem.} ut suprà, de ri nup. l. per adoptionem. & insti. de nup. §. sed si qua. & infrà, de uerbo. obliga. l. si stipuletur. nec inciuile est casum emancipationis expectare: licet sit inciuile expectare casum diuortij ut suprà ea. l. §. i. quæ est contra. & alium casum &c. ut infrà, de uerbo. obliga. l. inter stipulantem. §. sacram. Item hic est prohibitio de iure ciuili: ibi de iure naturali: sicut & s. proxi. m. ubi dicit nefas: quod ad ius naturale refertur: ut supra, de iusti. & iur. l. i. §. fi. & l. ut uim. & j. de adulter. l. si adulterium cum. § j. Item facit infrà, eo. l. filius. §. penulti. quia ibi non est licitum expectare eam fieri nubilem uel liberam.

Approbatur usq; ad fi. per. Ale. & Ia.

COmmodisimè.} CASVS. Si aliquis faciens testamētum timeat ne per posthumum suū rumpatur testamen. potest cōmodè posthumum ita instituere, posthumus meus sit mihi hæres, siue nascatur me viuo, siue me mortuo. sed & neutrius prædictorum temporum habita mentione potest eum instituere. vnde natus posteà posthumus nō rumpet testa. cùm non inueniat se præteritum, imò institutū. Quid si ita posthumum instituit testator, instituo mihi hæredē posthumum si me viuo nascetur, & posteà posthu. nascat mortuo testatore? certè rumpit test. quia inuenit se præteritum: & quātum ad casum, qui est omissus in institutione nedum purè, sed etiam sub condi. non uidetur institutus. Viuianus.

r Purè.} hoc est neutrius.

s Alteruter.} id est unus.

t Fuerit.} quia dixi, si me uiuo nascere tur: aliud si me mortuo omisi: si nascatur me mortuo, rumpit testamentum: & econuerso.

u Qui omissus.} aliàs qui: aliàs quo.

x Rumpit testamentum.} si in hunc casum quo est omissus 9 . Sed contra. C. eo. l. fin. Solu. hoc corrigitur 10 . Vel ibi sunt duo casus alij ab istis: ut ibi patet, quibus interpretatur 11 l. illa ita ualere, si nascatur in uita, sicut & post mortem. nisi contrarium appareat: ut & aliàs j. de hære. insti. l. ij in prin. & j. eod. l. si ita j. respond. C. de inof. test. l. iij. de morte ergo posuit 12 , qui credebat ibi eum nasciturū post mortem: ut j. ad Treb. l. mulier. Item argu. contra. s. de condi. ob cau. l. si extraneus 13 . Sed dic ut non s. solut. mat. l. si cùm dotem, in princ. & facit j. de uen. in pos. mit. l. j. §. sed & si quis uētrem. & j. de uulg substi. l. si pater filium impuberem. in princ. & j. e. l. posthuma. Sed arg. contra j. e. l. filio 14 in fi. & insti. pro so. §. illud. ADDITIO. Dic q̄ ibi casus omissus continetur sub expresso ex consequentia necessaria: hic secus, secundum Bar. Pau. Alexan. & Iaso.

IN suis.} CASVS. Mortuo patre non uidetur hæreditas ad filios eius deuenire, sed res quodammodo ipsius filij: nam etiam uiuo patre uidentur domini esse filij bonorum paternorum: unde mortuo patre uidetur filius consequi liberam bonorum suorum administrationem. unde & si pater non instituat eos, tamē domini sunt bonorum patris. nec ob. prædictis quòd pater potest eos exhæredare si uult nam & occidere eos poterat Viuianus.

y Euidentius.} id est euidenter.

z Continuationem.} quia continuò sine intermisione sunt domini. ad quod j. si quis omiss. cau. testa. l. j. §. qui sunt in potestate. & insti. de hære. quali. & diffe. §. sui. & de hære. ab intest. posthumi & j. de suis & legi. l. suis, & j. de bo. dam. l. fi. in prin.

a Eò rem.} aliàs eos. & tunc subaudi nos. aliàs eorum. & melius.

b Hæreditas fuisse.} scilicet eis delata: ut j. de suis & legi. hære. l. j. §. sciendum. Hug.

c Quodammodo.} etiam & possessionem. habere 15 ut j. pro hære. l. ij. §. filium. & cōsistit in nudo intellectu & puro, uel eo quod inde sustentatur: sicut & uxor dicitur dña. & possidere dotē suā eodē respectu: ut C. qui po. in pig. ha. l. fi. in princ. & de iure dot. l. in rebus.

d Vnde.} quia filius est dominus.

e Filiusfa.} i. eiusdem substātiæ est: ut j. de uer. sig. l. pronunciatio. § j. in prin. & j. de iis qui sunt sui uel alie. iur. l. nam ciuium. §. fin.

f Illi.} scilicet filius uel pater.

g Instituti.} non tamen exhæredati.

h Domini tamen sunt.} uenientes ab intestato.

9 Placet Bar. P. Ale. & Ia.

10 Displicet predic.

11 Placet Fulg. & Ia. aliter tamē tenet Bart. Pau. & Ale.

12 Placet Bar. Pau. & Alex. displicet tamen Ful. & Ias.

13 Imo nō est contra: sed concordat cū ista secundum Ale. & Ia.

14 Ibi per adiectionē nouæ qualitatis nō mutatur substātia certę psonæ sub nomine p̄prio institutæ. P. Alex & Ia.

15 Displicet Bar. placet tamen Alex. & Ia. intelligendo de impropria possessione.

Licebat.

Universidad de Deusto Biblioteca

a ¶ Licebat.} olim: vt C. de pa. pote. l. fi. Sed hodie non sic: sicut & in seruo olim & hodie, insti. de iis, qui sunt sui vel alie. iur. §. fi. aliàs est, non licebat. & facit j. ad l. Pompe. de parrici. l. diuus. & C. de cura. furiosi. l. fi. §. j.

Quod dicitur. } CASVS Siue filius nascatur alicui post testa. sicut solet nasci, siue ex secto matris ventre: & siue sit integrú animal, siue non, semper rumpit testa. dum tamen nascatur in potestate dicti testatoris, & spiritum habeat. aliàs non rumperet. Viuianus.

† Non licebat.

† lib. 9. ad Sabin.

† ad hāc. l. uid Huber. Zuchard. in l. posthumo. nu. 11. C. de bon. poss. contra tab.

† Du. & hoc tamen rumpit.

† lib. 29. Digestor.

† De sensu huius l. uid. Fort. Garc. in l. Gallus. §. & quid si tantum. nu. 132. cum seq. j. eo.

occidere † licebat. a

¶ *Etiam qui de uentre sectus est, dicit testamentú nullum ratione prateritionis, dú modo fuerit animal: id est cum anima rationali natú: licet cú diminutione corporis. Alexan.*

¶ Vlpianus. † LEX XII.

QVod † dicitur, b filiú natum rumpere testamentum, natum accipe, etsi exsecto c ventre editus sit. Nam & hic rumpit testamentum scilicet si nascatur d in potestate. Quid tamen, si non integrum animal editum sit, cum spiritu tamen? an adhuc testamentum rumpat? † Et hoc etiam rumpit. e

¶ *Prouisio facta in casibus separatis, porrigit ad eosdé casus simul cóiunctos. Bar.*

b ¶ Quod dicitur. } scilicet in l. commodissimè & in aliis multis legibus.

c ¶ Exsecto. } sic s. de inoffic. testa. l. posthumus & j. de uerbo. signifi. l. ea etiam & j. unde cog. l. j. §. si qua. & s. de publicia. l. si ergo. §. ij. Hug.

d ¶ Nascatur. } id est posset nasci. sic j. de statu. l. Labeo.

e ¶ Rumpit. } nisi declinet ad móstrum uel prodigium: ut s. de statu ho. l. non sunt. & C. eo. l. ii. & iii. & j. de uerbo. signific. l. ostentum. & l. quæret. Hug.

¶ Iulianus. † LEX XIII.

SI ita scriptú † sit, Si mihi filius natus fuerit, ex besse f hęres esto: ex reliqua parte vxor mea hęres esto. si uerò filia mihi nata fuerit, ex triēte hæres esto: ex reliqua parte vxor mea hęres esto: & filius & filia nati g essent: dicédum est, assem. distribuendum h esse in septem partes: vt ex his filius quatuor, vxor duas, filia vnam partem habeat. Ita enim secundùm volútatem testantis filius altero i tanto amplius habebit quàm vxor: ité vxor altero táto amplius habebit quàm filia licet enim subtili iuris regulę conueniebat rumptú fieri K testamentú: attamen cùm & vtroque l nato testator voluerit vxorem aliquid habere, ideo ad huius modi sentétiam humanitate m suggerente decursum est. quod † & Iuuentio Celso apertissimè placuit.

SI ita scriptum. } CASVS Titius faciens testamentum ita dixit si filius mihi natus fuerit: sit mihi hæres in octo unciis, & in quatuor unciis uxor mea. si uerò filia mihi nata fuerit, sit mihi hæres ex quatuor unciis, & in octo unciis sit mihi hęres uxor mea: posteà nati fuerút ei simul filius & filia. modo quæritur qualiter diuidi debeat dicta hæreditas. & dicitur quod septem partes de ea debent fieri: & de his septem partibus debet habere filius quatuor partes, & vxor duas, & filia vnam. & sic secundum volútatem testatoris filius habebit plus quàm filia altero nato: & uxor habebit plus quàm filia altero nato. cum enim vno vel altero nato voluerit testator uxor suam aliquid habere, ut dictum est, bonum est q; propter humanitaté ita diuidatur tota hęreditas, ut dictum est, & non rumpatur testa. licet de iure subtili ruptum uideretur: quia nati sunt duo, & testator non instituit nisi unum.

¶ Regula. } Seruum meum institui mihi hęredem cú libertate: posteà uolebam ei adimere hæreditatem solam sine libertate: uel solam libertatem sine hęreditate, certè non possum, imò habebit seruus & hæreditatem & libertatem non obstante dicta ademptione.

¶ Testamentum. } Ita dixi in testamento meo: Titius post mortem filij mei Seij hęres mihi esto: filius meus prædictus exhęres esto. certè non ualet institutio Titij, nec exhæredatio filij: quia filius uidetur exhæredatus post mortem suam filij. si non ualet exhæredatio, sequitur q; dictus meus filius habeat contra tabu. bo. poss. in bonis libertorum meorum, qui eú pterierunt in testamentis eorum cúm decederent: quamuis alias si ritè esset exhęredatus a me patre, non haberet contra tabu. in bonis libertorum meorum. Viuianus.

f ¶ Ex besse. } id est unciis octo.

g ¶ Nati essent. } simul.

h ¶ Distribuendum. } scilicet ut de tota hæreditate fierent septem partes.

i ¶ Altero. } subaudi tertio.

K ¶ Fieri. } quasi hic casus esset omissus: ut supra eodem. l. commodissimè.

l ¶ Vtroque. } disiunctim, id est hoc uel illud sic C. de bo. quæ libe. l. fi. §. hoc proculdubio. Accursius.

m ¶ Humanitate. } præsumitur enim sibi uoluisse prospicere & in casu omisso, & sic diuisisse hæreditaté. sic s. de códi. ob. cau. l. si extraneus. Sed arg. cótra. s. eo. l. cómodissimè. & j. de uētre in pos. mit. l. j.

§. sed & si incertum. & facit j. de leg. j. l. qui filiabus. §. j. & l. si quis te. §. apud. & j. de hæredi. insti. l. clemens. & l. si ita §. j. & C. de fideicó. l. l. cúm inter. §. j. sed si nullus nascatur, vxor totum habebit: vt j. de leg. j. l. si duobus. §. fi. & j. eo. l. si filius. §. fi.

n ¶ Regula est iuris. } idem hodie si hęres tantùm: ut C. de necess. ser. l. quidam. Accursius.

¶ *Qú sunt duo, quorum unú sine alio esse non pôt, unum non potest sine alio toll: sed sublatú uirtute remanentis perdurat. Bar.*

¶ Regula n est † iuris ciuilis, qua constitutum est hæreditatem o adimi seruo non posse, propter quá liber & hæres esse iussus sit. Sed quá uis p dominus ademerit eodem q testamento libertatem, nihilominus & libertatem r & hęreditaté habebit. s

¶ *Nó ualet exhæredatio, quęp aditionem hęreditatis cófirmari nó pôt ī uita filij. Alc.*

¶ Testamētum quod hoc modo scribitur, Titius post morté t filij mei hęres esto, filius exheres esto: nullius momēti est: q; filius post mortem suam exhæredatus v est. Quare & cótratabulas paternorú libertorú huiusmodi filius bonorú possessioné accipere poterit.

¶ *Posthumus nascendo rumpit secundum gradú à quo est præteritus: licet nascatur tēpore quo hæreditas non versabatur in secundo gradu, sed in primo: nec reconualescit: licet posthumus decesserit testatore mortuo: & propter præteritionem secúdi gradus rúpit & tertium gradú à quo fuit exhæredatus: & sic testamentú ruptú pro parte, rumpetur per consequentiam in totúme qs decedat pro parte testatus, & p parte ītestat?. h. d. usq; ad §. q. uulgò. Alc.*

¶ Aphricanus. † LEX XIIII.

SI posthumus a primo gra-

o ¶ Hæreditatem. } solam sine libertate.

p ¶ Sed quamuis. } nunc econtra. Accursius.

† Al. Imperatore.

q ¶ Eodem testamēto. } quo ademit hæreditatem secundú quosdá. imò eo. modo quo dedit hęreditaté & libertatem: & ideo vnú sine altero adimi non potest: vt hic & dicta. l. quidá. nec in alia voluntate: vt j. de hære. insti. l. sed & si in códitione. §. fi. sed vtrûque simul bene potest: vt arg. j. de leg. ij. l. si idē. & no. s. tit. j. l. hæredes. §. si quid.

† Facit ad hanc §. gl. in c. præter eá. sup uer. causa ī me. ibi, item est argu. extrà de off. deleg.

r ¶ Libertatem. } sine hęreditate.

s ¶ Habebit } nisi testator fuerit miles: vt j. de mili. testa. l. si certum §. si eadé. Item secundú Py. nisi euidens testantis voluntas appareat in contrarium & facit q; & neutrum sine altero. sup. si vsusfr. pet. l. j. §. j. & de vsu & habi. l. per seruum. §. j. & j. de adi. lega. l. iij. §. si loci. & suprà de procu. l. in causæ. in prin.

t ¶ Morte. } s. tantùm. Accur.

v ¶ Exhęredatus. } nec enim tenet exhæredatio nisi adita hæreditate: ut j. de cótratabu. l. filium. §. sed cum exhæredatio. & ita interim est præteritus: vnde non valet: vt hic & j. de hęred. insti. l. suus. §. si uel petit contra tab. nam iure prætorio ualet: ut C. de libe. præte. l. fin. circa prin. Sed contra huic. l. j. de con di. insti. l. fi. in fi. Sed hic cùm solus Titius sit institutus, non ualet exhæredatio, cú alter nullus adire possit. Sed ibi & alius erat institutus purè, qui statim adire poterat. & ita tenet testamentum. Item est rectè exhæredatus: & ita tenet testamentum. Item est contra, infrà de heredibus instituē. hæreditas. ubi remota die ualet institutio. Sed ibi certa, hic incerta, quæ moueri non debet: ut infrà eo. tit. l. in tempus. §. primo. & l. qui filio.

† lib. 4. Quæstion.

SI posthumus. } CASVS. Vxorem habebam prægnantem: feci testamentum, & institui mihi hæredem Titium, & Seium filium meum mihi nasciturum ex dicta uxore intra eorú gradum exhæredaui, hoc modo, Titium mihi hæredé instituo: posthumú meú exhæredo: Seium mihi hæredem instituo, & posteà feci secúdú gradum hoc modo: si Titius & Seius mihi prædicti hæredes non erunt, substituo eis Caium & Semproniú. & in hoc secúdo gradu substitutorum nihil dixi de posthumo prædicto: & ita cum à secúdo gradu, præterij: & sic dictum posthumum exhæredaui à primo gradu, & à secundo pterii: & sic decessi deliberantibus hæredibus primis Titio & Seio de adeunda hæreditate mea, uel non natus fuit posthumus. posteà dicti primi hęredes repudiauerunt hæreditatem meá. quæritur, utrum dicta hæreditas deueniat ad posthumum, an uerò ad secundos hæredes, id est, substitutos prædictos, à quibus fuit posthumus pręteritus? & uidetur quòd debeat pertinere ad substitutos: quia posthumus natus fuit eo tempore, quo ad institutos pertinere poterat hæreditas. & ita non habuit posthumus in hæreditate aliquod ius tempore natiuitatis suæ: unde omittentibus institutis uidetur quòd substituti habere debeant, & non posthumus, sed certè habebit imò hæreditatem posthumus, & substituti nó: quia substitutorum gradus ita est nullus per pręteritionem posthumi ab eo factam, quòd nunquam hæreditatem habere potest. Sed retento eodé casu, pone quòd dictus posthumus natus fuit deliberantibus primis hære-

mis hęredibus, & decessit: & post eius mortem scilicet posthumi primi hæredes omiserunt hęreditatem: núquid substituti potuerút adire hæreditatem? Et dicitur q; non: imò ad legitimos hæredes pertinet hęreditas. Sed pone q; posthumus fuit exhæredatus intra primú gradum: vt dictum est, & fuit à secundo præteritus, vt dictú est & à tertio gradu fuit exhæredatus sicut à primo: & viuentibus primis hæredibus & deliberantibus nascatur posthumus, & decedat: & posteà primi hęredes omittant hæreditaté, de primis hæredibus non est dubium q; hæreditatem non habebunt. Item nec secundi propter pteritionem posthumi ab eorú gradu factam, vt dictum est. Sed queritur, verú instituti ī tertio gradu à quo tertio gradu fuit exhæredatus posthumus, vt dictum est, debeant habere dictam hæreditatem meam, an legitimi mei hæredes? & videtur quòd pertineat ad institutos in tertio gradu: quia ab eorum gradu non fuit posthumus præteritus, imò exhæredatus. vnde videtur valere ille gradus, taliter quòd hæreditatem habeat. Sed certè imò ptinet ad legitimos, & nó adscriptos ī tertio gradu. Tertius eni gradus pēdet à secundo. unde si secundus non ualet, ut dictum est, ergo nec tertius. & idē est in alio casu: institui mihi hęredem Titium: & posteà posthumú meum exhæredaui, & posteà institui mihi Seium. & ita intra primum gradum institutorum exhæredaui posthumum, & posteà feci secundum gradum hoc modo: si Titius prædictus mihi hæres non erit, substituo ei Caium: & si Seius prædictus hæres mihi non erit, substituo ei Sempronium: & ita cuilibet de institutis dedi suum substitutum: & ab isto gradu substitutorum posthumum meum præterii. deliberantibus Titio & Seio primis hęredibus de adeunda uel non adeunda hæreditate mea, natus fuit posthumus: & decessit: posteà unus de dictis primis institutis, pone Titius, omisit suam partem hæreditatis. quæritur, quis debeat partem habere Titij: utrum legitimi mei hæredes, an uerò substitutus Titij, scilicet Caius prædictus? & dicitur q; legitimi hæredes debent habere, & non substitutus Titij. de cohærede autem Titij, scilicet Seio, non est dubium q; non debet habere partem Titij, quamuis hoc in hac litera nó dicatur: quia Titius habuit Caium substitutum: ut dictum est: qui substitutus quamuis ipse habere non possit partem Titij propter præteritionem posthumi substitutis factam, ut dictum est: tamen excludit cohæredem Titij. de necessitate igitur debent habere partem Titij legitimi mei hæredes, cum posthumus excludatur, quia mortuus est: & cú cohęres Titij excludatur per substitutum Titij: & cum substitutus Titij excludatur per præteritionem ab eo factam de posthumo, ut dictum est: & quia aliquis pro parte testatus, pro parte intestatus esse non potest: quod esset, si legitimi unam partem haberent ab intestato, & institutus unus & aliam ex testamento: ideo uenit totum ad legitimos.

¶ Quod uulgò. } Hic §. dicit quòd quædam regula quæ est in uulgari, non est semper vera: imò fallit quandoque. & casum ubi fallit, ponit primò in genere, posteà in specie. Regula est talis. Ille gradus à quo filius est præteritus a patre, non ualet ipso iure. & potes ponere exemplum: ut suprà eodem l. iij. §. fi. Casus autem ubi fallit, est iste in genere. Filium meum institui in primo gradu institutorú. certè nó teneor eum exhæredare à substitutis: imò si a gradu substitutorú eú prætereo, ualet nihilominus gradus substitutorú. Istú ergo casum ubi fallit dicta regula: ita ponas in specie. Institui mihi hęredem filium meum Caiú & Titium album, & dicto meo filio substitui Titium nigrum: & Titio albo primo instituto substitui Mæuium, & in isto secundo gradu, scilicet substitutorum, nihil dixi de dicto meo filio: & ita eum à gradu substitutorum prętcrij. posteà Titius albus cú filio institutus omisit suam partem hæreditatis. nunquid Mæuius ei substitutus poterit eius partem adire? & certè sic: licet meus filius fuerit præteritus à gradu dicti Mæuij Titio albo substituti.

¶ Si quis ita scripserit. } Institui mihi hęredem Titium, & filium meum Caium hoc modo exhæredaui: Caius exhæres esto: quem Caium scio ex me natum non esse. & posteà decessi. venit modò Caius filius meus, & dicit testamentum meum nullum: & sic vult habere hæreditatem meam ab intestato: quia probauit se natum ex me. quæritur, nunquid possit hoc dicere? Et responde, quòd sic, quia non exhęredaui eum tanquam filium scilicet meum: quia exhęredaui eum scilicet tanquam filium alienum: & quia ego adieci in exhęredatione ideo me exhæredare eum, quia non putabam eum esse meum filium: & quia probauit filius, ut dictum est, me errasse in causa exhæredationis. & idem esset si ita exhæredassem dictum Caium filium meum, Caius filius Sempronij & vxor mea exhæres mihi esto. nam & hic non ualet exhæredatio, si probet Caius se natum ex me. & sic habetur pro præterito: unde testamentum meum non ualet: & sic habebit Caius filius meus hæreditatem meam ab intestato. Viuianus.

du exhæredatus, a à secundo præteritus sit, quamuis eo tempore nascatur, quo ad hæredes primo gradu scriptos pertineat b hæreditas, secundùm tamen gradum vitiari c placet ad hoc, vt prætermittentibus institutis ipse d hæres existat, Imò & si defuncto eo e posthumo, hæredes instituti omiserint hęreditatem, non posse substitutos adire. Itaque & si a primo gradu exhæredatus, à secúdo præteritus, a tertio f exhæredatus sit, & viuentibus primis & deliberátibus decedat, quæri solet omitté tibus primis aditionem, vtrú ad eos, qui tertio gradu scripti sunt, an potiùs ad legitimos hæredes pertineat hæreditas? quo & ipso casu rectiùs existimari putauit ad legitimos g eam pertinere. h Nam & cum duobus hæredibus institutis, & in singulorum i locum facta substitutione, à primis exhæredatus posthumus, à secundis præteritus fuerit, si alter ex institutis omiserit: quamuis posthumus excludatur, non tamen magis substitutum admitti. k

¶ *Quando filius est institutus insolidum, uel pro parte in primo gradu, potest præteriri a sequenti gradu, qui per hoc non rumpetur: & exhæredatio facta de filio tanquam de extraneo per errorem, probata filiatione reddit nulla. hoc dicit usque ad l. si filius hæres. Alexand.*

¶ Quòd vulgò dicitur, eum gradum à quo filius præteritus sit, non ualere, non usquequaque uerum esse ait. nam si primo gradu hæres institutus sit filius, non debere l eum à substitutis exhæredari. m Ideoque si filio & Titio hæredib. institutis, † Tertio n Męuius substitutus sit, omittente Titio hæreditatem, Mæuium eam adire posse, quamuis filius ex secundo gradu exhæredatus non sit. ¶ Si quis ita scripserit: ille, quem scio ex me natum non esse, exhæres esto. hanc exhæredationem ita nullius momenti esse ait, si probetur o ex eo natus. non

† Sic in P. F. Halo. autem nó rectè scripsit Titius & Mæuius. Aug. lib. 4. emend. c. 7.

a ¶ Exhæredatus. } sed hodie non potest exhæredari: ut C. de inofficio. testament. l. si quis in suo. ergo pro præterito habetur: & sic rumpit ut præteritus.

b ¶ Pertineat. } id est pertinere possit. sic suprà eodem. l. quod dicitur. Hugo.

c ¶ Vitiari } uidebatur quòd non: quia illi gradui nondum erat locus, nondum enim repudiauerant instituti.

d ¶ Ipse. } scilicet posthumus.

e ¶ Eo. } scilicet posthumo. & dic post mortem patris: ut suprà eodem l. si à primò. H.

f ¶ Tertio } nam ad scriptos secundo gradu constat quòd non: ut suprà dictum est.

g ¶ Legitimos. } scilicet testatoris.

h ¶ Pertinere. } quia rupto † secundo gradu rumpitur & quod dependet ex eo. posthumus ergo gradum rumpendo facit sibi locum, nec sequentem ualere permittit prædicta ratione, quæ pendet ex eodem. ut j. titul. j. l. nam & si. §. finali. secus in nato a præcedente præterito, & à sequente exhęredato: ut no. suprà eodem. l. iij. §. fin. Sed econtra quando a præcedente exhæredatur, à sequente præteritur non est differentia inter natum & posthumum: ut suprà eod. l. si à primo. Accursius.

† Rupto uno de gradibus rūpitur quòd ex eo depēdet: sic sublato principali tollitur & accessorium in reg. iur. ubi principalis in fin. de regu. & ad longum in Spec. tit. de instrumen. edi. §. nunc autem uidendum. uer. item si concessio.

i ¶ In singulorum. } puta primus primo, secundus secundo. Item si uterque utrique, multò magis: ut j. titu. j. l. penul.

K ¶ Admitti. } quatuor sunt: Institutus qui non admisit. Item substituti. Item posthumus. Item legitimi testatoris. ecce ergo substituti repelluntur: † quia ab eis præteritus: ut hic. Item cohæres ab eadem parte excluditur, quia habuit substitutum: quinimò & suam perdit, utpote toto rupto testamento: † ut infrà titul. j. l. penulti. ne idem testatus & intestatus decedat: ut infrà de regulis iuris. l. ius nostrum. Item legitimi admittuntur: ut hic. nam dicit, suprà nam cum &c. posthumus autem si est præteritus, cum legitimis admittitur: & quod hic dicit eum excludi, uerum est utroque instituto adeunte ab intestato, uel uerius non admittitur ut substitutus, sed ut legitimus sic.

† Et bene Bar. P. A. lex & Ias.

† Placet pręcai. scri.

l ¶ Non debere. } ex necessitate. Accursius.

m ¶ Exhęredari. } sed substitutus filius debet à primo gradu exhæredari: ut j. de uulga. subst. l. ex facto. §. Lucius.

n ¶ Titio Mæuius. } alias Titio Mæuio, & est plana. aliàs Titius & Mæuius. & dic singulos singulis substitutos, & intellige de alio Titio in substitutione quàm in institutione. & facit j. de hęredi. insti. l. suus. §. fina. & l. iam dubitari.

o ¶ Probetur. } per se filium uel per alium: quia non erat in possessione filiationis: ut C. de proba. l. non nudis. & l. nó epistolis. & quia uerbum patris est contra eum: ut suprà. de probationib. l. fina. & infra. de libe. agnoscend. l. j. §. Iulianus. Sed si econtra hæres probat nó filium, tenet exhæredatio: utpote inepta in extraneo: ut infrà, de uerbo. obliga. l. quidam cúm filium. Ad quid ergo expectatur, cú in

Universidad de Deusto Biblioteca

utroque euentu est nulla: ut arg. ff. ad Vell. l. aliquando. §. fi. & de con di. inde. l. Iulianus. & infra, de acqui. hæred. l. cùm hæres. §. j. Respon. quia interim tenet, ut magis ualeat testamentum, quàm eius præteritione dicatur nullum: ut sup. eodem. l. 3. in prin. quæ est contra. Solu. ut ibi. hæc tamen exhæredatio non nocet. arg. infra, de carb. edi. l. j. §. idem ait, cum qui damnatus nec institutio ita huic nocet alias te nec si probaueris te filium: ut infra. de condi. & demonstra. le. Lucius.

† Du. cùm elogio pater eum filium ppossuisset & adiecisset pp eam cùm exhæredare: probaturq; patrem &c.

enim uideri quasi a filium exhæredatum esse, † cũ elogium b pater num filium c exhæredare proposuisset, & adiecisset eum propter eam causam d exhæredare: quia e probatur patrem circa causam ex hæredationis errasse.

† lib. j. ad Sabin.

Vlpianus. † LEX XV.

IDem est & si ita dixerit, Ille illius filius exhæres esto. patrem f adulterum per errorem assignans.

† libro. 4. Quæstion.

Aphricanus. † LEX XVI.

SI filius hæres institutus g sit, omisso posthumo, h filiòque substitutus nepos ex eo sit, si interim i moriatur filius, posthumo non nato, k nepotem tã patri quã auo l suum hæredẽ futurũ. Quod si nemo filio substitutus sit, & solus ipse institutus sit: tunc quia eo tempore, quo is moritur, certum esse incipit neminem ex eo testamento hæredem fore: ipse filius m intestato patri hæres existet: sicut euenire solet, cum sub ea conditione quæ in ipsius potestate erit, filius hęres institutus prius quàm ei pareret, moriatur.

Exhęredatio põt fieri per uerba pteriti imperfecti uel futuri. Alexan.

Error testatoris nõ nocet.

a Quasi filium.] sed quasi extraneum.
b Elogium.] id est, sermo uel uerbum testamenti.
c Filium.] id est hunc qui est filius: non ut filium, sed ut extraneum. H.
d Eam causam.] quia non putabat filiũ. Azo.
e Quia.] si probetur ex eo natus, nõ nocet exhæredatio: quia &c. Et sic no. errorem testatoris non nocere. sic infra de cõdi. & demon. le. demonstratio. & C. de testa. l. neque. & de hære. insti. l. si pater. Sed arg. contra in stit. qui ma. non pot. §. semel & infra, de uul. leg. l. si alij. Item est argu. contra. s. de inoffi. testa. l. si instituta. §. j. sed dic ut j. eod. l. 3. in prin. ADDITIO. Imo dic ut in l. contraria per gloss. & bene. Bar. Alex. & Iason.
f IDem est.] Adulterum. aliàs alterutrum, aliàs adulterum.

SI filius hæres.] CASVS. Habebam filium Titiũ, & ex eo nepotẽ Caiũ: & habebã uxorẽ pgnantẽ institui mihi hæredẽ dictum meum filiũ, & pęterij posthumũ, & dictũ Caiũ filiũ filij mei substitui eidẽ filio meo. unde si nasceretur posthumus, rũperet testamẽtũ meũ inueniens se pręteritũ: & posteà decessi: & posteà anteq̃ aliqd non contingeret, certum factum est q posthumus non nasceretur: & ita non rumpet testamentũ meum & posteà dictus meus filius decessit antequam adiret hęreditatẽ meã certè dictus Caius filius filij mei erit mihi auo suo hæres ex testamento propter substitutionẽ: & erit hæres patri suo. i. filio meo in alijs bonis filij mei, quæ puenerunt ad eum aliũde quã à me. Sed si quid dictũ filium filij mei nõ substitui eidem meo: sed filium meum solummodo institui, & posthumũ pręterij: & posteà certum factum est q posthumus nõ nascetur: & posteà est mortuus filius meus anteq̃ adiret hæreditatem meã & sic tempore mortis filij mei: certum est q nemo erit mihi hæres ex testamẽto: tunc certè dictus filius filij mei erit solus & solummõ hæres patris sui ab intestato, id est filij mei: & ita euenit in isto alio casu. Institui filium meum prædictum hęredẽ sub conditione si daret Titio x. & de filio filij mei nihil dixi. filius meus antequã daret x. Titio, decessit & ita non potest esse aliquis mihi hæres ex testamento. certè dictus filius filij mei hæres erit filij mei, scilicet patris sui ab intestato. Viuia.
g Si filius hæres institutus.] dic purè. Alij dicunt sub conditiõe potestatiua, quæ ultimo uitæ momento potuit impleri: ut si dederit decem: & in fine loquatur de ea, quę uerè nõ potuit impleri ultimo momento: ut si ascenderit capitolium. & sic discrepat finis à principio alij dicunt econtra.
h Posthumo.] filio.
i Si interim.] id est ante aditam hęreditatem, uel uiuente testatore. alij id est, pendente conditione.
K Non nato.] non natus non rumpit: ut hic, & j. ti. j. l. 3. §. ex his. sed natus rumpit: & quidem totum gradum à quo est pręteritus, & sequentes: ut j. tit. j. l. penul.
l Auo.] ex testamento: quia substitutus patri, ab intestato, uel etiam ex testamento si pater fuit testatus de castrensi in uita sui pr̃is uel etiam posteà de quocunq; & sic uerbum suũ diuersimodè accipitur. sic §. ff. offi. proconsul. l. j. Alij dicunt quod est hęres patris, & per eũ auo: quia hæres hæredis est &c. ut C. de hęre. instit. l. fi. qđ nõ placet: q a filius non fuit hęres.
m Ipse filius.] id est q; nepos & sic erit hæres utriusq; pris sui &

qui ab intestato secundum nostram positionem & suus. Sed nõne pa ter præcedebat? Respon. non constabat anum decessisse intestatũ. ut insti. de hære. ab intest. §. cùm autem. idem si filius non fuit pure institutus, sed sub cõdõne, quæ ultimo uitæ spiritu potuit impleri: & hoc subiicit. Alij dicunt filius scilicet primi decedentis: & hoc cùm fuit institutus sub conditione illa, si in capitolium ascenderit. Azo.

† libro. 10. Institutiõ.

Florentinus. † LEX XVII.

FIlij etiam hoc modo exhæredantur. Filius exhæres sit. Filius exhæres erit. o

Exhæredatio aliqñ fit nõ ad incommodũ sed ad commodũ filij. Alexan.

† libro. 37. ad edictũ.

Vlpianus. † LEX XVIII.

MVlti non notæ p causa filios exhęredãt, nec ut eis q obsint, sed ut eis cõsulant, ut puta impuberib', eisq́ue fideicommissam hereditatem dant.

Odia restringi, fauores cõuenit ampliari. Bar.

† lib. j. ad Vitelium.

Paulus. † LEX XIX.

f ¶ Non mutat.} Ro. habet non mutat. sed Py. deest non dic ergo secundum Ro. φ si arrogo extraneum quem substitueram filio meo impuberi, erit necessarius impuberi. nō ergo mutat ius necessarij hæredis, id est, non facit quo minus sit necessarius qui tpe mortis testatoris erat in potestate, qui retro tempore institutionis non erat. & sic primò regulam ponit: posteà eam exemplificat: sed ineptè ponit de dilatione aperturæ tabularum in uita defuncti, cum demum post mortem fieri debeat: sed pro hoc. infrà eodem. l. si seruum meum. & l. quoties. §. seruus. & s. de liberis & posthumis. l. filio. §. finali. & secundum hoc non est contra. suprà de liber. & posthum. l. si sub conditione. quia ibi post mortem testatoris. Si deest non, similiter dic, quòd ponitur regula quam exemplificat: ut si filium puberem & impuberem institui, & puberem impuberi substitui: & pubes me mortuo dederit se in arrogationem: dico eum fore vel posse esse necessariū hæredem impuberi, si tempore mortis impuberis sui iuris inueniatur: aliàs erit uoluntarius: ut d. l. si sub conditione. & suprà de iniust. testamen. l. antepenult. Vel secundum hunc casum dic, quòd post mortem impuberis dedit se in arrogationē: & sic ponit propriè eum necessarium fore: & pro hac positione est. infrà, titu. j. sed si plures. §. quos possum. & secūdum hoc mutatio fit etiam post mortem. posset etiam secundum Ioan. hæc litera legi in uita, ut mutet quando filium emancipaui post testamentum, uel seruum manumisi, quos instituerام: ut j. sicut solemus, &c. sed in hoc alio casu econtrario quando scilicet de extraneo fit necessarius: ut quia arrogaui institutū extraneum: secundum hoc non dilatio facit principaliter mutari, sed ipse status commutatus dilatione facit mutari ius necessarij hæredis. Itē potest poni secundum utramque literam, quòd filius impubes prædictus dedit se in arrogationem post mortem patris. nam erit patri necessarius hęres: & non erit prout erit sui iuris: uel non est sui iuris tempore mortis fratris impuberis: ut patet ex prædictis. Vel dic φ olim erant sui hæredes ante apertas tabul. & transmittebant: sed extranei non, nisi post apertas tabulas: & sic iste arrogatus est suus: & potest dici cum non, & sine non.

g ¶ Dederit.} patri impuberis.

h Vus quoque hæres.} CASVS. Hic casus porrigitur usque ad leg. sequent. §. solemus. & iungas hoc principium cum. §. j. in le. sequent. Et si dicas quòd non solùm extranei possunt institui hæredes sub conditione casuali & mista & potestatiua: quamuis non exhæredentur in eorum conditionum defectum, sed etiam illi qui possunt esse sui hæredes quamuis non nunc sint sicut nepotes sunt: & deinceps cæteri liberi quos præcedit pater eorum vel auus, uel alij superiores quamuis possunt redigi ad suorum conditionem dicti instituti per mortem dictorū qui eos pręcedunt ad testantē. posteà recurrit ad secundum responsum huius legis. & dicit ibi φ filius testatoris nōn potest sub omni conditione institui, nisi in eius defectu exhæredetur. sed sub potestatiua sic. Pone ergo φ filius sit institutus sub conditione potestatiua. nunquid ita demum habebit effectum dicta institutio filij, scilicet ut faciat filius patrem non decedere intestatum, si pareat conditioni, an non si non pareat? & distingue, aut habet cohæredem dictus filius aut non. si habuit cohęredem, & non pareat dictę cōditioni potestatiuæ, summotus est filius prędictus à faciendo patrem decedere intestatum, quantum ad partem cohęredis sui: & ideo dictus filius cohęres potest adire pro parte sua hæreditatem antequam certum sit, vtrum dictus filius pareat dictę conditioni vel non, quamuis expectare deberet dictus cohæres, si uerum esset, quòd filius non parendo conditioni faceret in totum patrem decedere intestatum. si autem nō habuit filius cohęredem, bene facit patrem intestatum decedere, si non pareat dictæ conditioni potestatiuę. Sed quę est potestatiua conditio? Respōdet iurisconsultus, non potest hoc definiri: quia magis est in facto quàm in iure. unde committitur iudici videndum quę sit potestatiua conditio. quędam enim uidentur potestatiuę, quę quandoque non sunt, puta instituo mihi hęredem filium meum si Alexandriam peruenerit vsque ad quindecim dies, nam si conditio hyemis est talis, quòd non potest adimplere, non est potestatiua. potest etiam esse potestatiua dicta conditio si dictus filius erat prope Alexandriam per unum miliarium puta. Item & hęc conditio potest esse non potestatiua, imo valde difficilis: puta instituo mihi filium meum hæredem, si decem Titio dederit usque ad quindecim dies, puta si Titius est ultra mare forte: & filius institutus Bononiæ. Sed pone quod dictus filius sub potestatiua conditione institutus non habuit cohęredem de quo dictum est: sed habuit substitutum. certe vitto filio non erit hęres substitutus, scilicet cum talis sit dicta conditio potestatiua vt vltimo momento uitę filij possit adimpleri, puta si decem Titio dederit, hęres esto, sed post mortem filij, & non adimpleta dicta conditione ab eo, bene erit hęres substitutus: nec in hoc casu est necesse, φ pater exhęredet filium à substituto, si non adimpleat filius dictam conditionem potestatiuam. imò & si facta sit exhęredatio, nullius momenti est, & non habet effectum, quia uidetur facta post mortem filij: quam exhęredationem non ualere ostendimus supra, de liber. & posthum. l. Gallus. §. in omnibus. Si autem diceres necessariam esse exhęredationem à substituto, uel à sequentibus gradibus: iam eueniret inconueniens: quia per consequens esset necessaria exhęredatio filij à cohęrede suo. est ergo uerum generaliter quòd filius institutus sub potestatiua conditione non est exheredatus in eius defectum. Sed pone φ filius fuit institutus sub potestatiua conditione, & non habuit substitutum, nec cohęredem: & pendente dicta conditione, incipit decedere dictus filius. nunquid erit antequā moriatur hęres patri suo ab intestato? & distinguitur inter conditiones potestatiuas: quia aut fuit talis quę vltimo momento vitę filij nō potuit adimpleri per filium: puta si Alexadriā perueneris tu filius, hęres esto. aut potuit. primo casu intestatus patri hęres est dictus filius: secundo non. Viuianus.

¶ Suus quoque hæres.} id est qui potest esse suus: ut nepos, pronepos & deinceps: ut j. eo. l. 2. §. 1. sed est l. 3. prout est ibi lex apud Iulianum. Accur.

h ¶ Conditione.} quia non sub casuali nisi in eius defectum exhęredetur: vt C. de institutioni. & substitutio. l. si pater.

i ¶ In potestate ipsius.} ut si dederis illi vnum nummum, uel aliqd leue: vt j. eo. l. j. §. puto. Accur.

k ¶ Constat.} est enim pro pura habenda: ut j. si quis omis. cau. test. l. 1. §. qui sub conditione. debet ergo cōditio esse posibilis † & honesta: vt j. de conditio. institu. l. filius. & l. finali. & infra de conditio. & demon. l. Lucius. Ioan. sed hodie omne grauamen reijcitur quantum est in debito bonorum subsidio: vt C. de inoffi. testamento lege, quoniam. Sed quid si sub mista fuerit institutus filius? H. distinguit: aut impedit casu, aut sponte sua non vult parere, si casu, ab intestato est hęres. si sponte, repellitur. Ioan. contra, dicit enim ab initio nullā esse institutionem argumen. suprà de ar. l. litigatores. §. idem Iul. & l. item si unus. §. Item si in duos. & adde quod nota. C. de institu. & substi. l. si pater.

nè & Iuliano & Tertylliano hoc videtur.[a]

¶ *Licet ius institutionis non mutetur: tamen qualitas acquisitionis mutari pōt. B.*

¶ Qui fideicommissam libertatē sub conditione accipit, potest ab hærede[b] purè cum libertate hæres institui:[c] & non expectata cōditione, libertatem & hæreditatem consequitur. eritq; interim necessarius hæres: & existente conditione, voluntarius hæres efficietur: non ut desinat[d] hæres esse, sed vt ius in eo mutetur successiōis.[e]

¶ Aperturæ tabularū dilatio, necessarij hæredis ius non mutat,[f] vt solemus in substituto impuberi dicere. Nam est relatum, si se arrogandum dederit[g] † substitutus, impuberi defuncto filio necessarium eum fore.

In P. F. substitutus impuberi defuncti filius: necessarium. &c.

¶ *Suus hæres potest sub omni conditione institui, filius uerò sub potestatiuæ tātùm, cui si non paruerit, ab hæreditate excludi tur: & cohæres statim potest adire, nō expectato quòd impleat conditionem. Bart.*

¶ Idem. † LEX IIII.

† libr. 4. ad Sabin.

Vus quoque hæres, sub omni conditione[h] hæres potest institui: sed excipiendus est filius: quia non sub omni conditione institui potest. Et quidem sub ea cōditione, quæ est in potestate ipsius,[i] potest. de hoc enim inter omnes constat.[k] Sed vtrum ita demum institutio effectū habeat,

† Quid si p parte possibilis, & pro parte impossibilis? dic ualere pro ea parte p qua est possibilis. Alex. in l. impossibilis. j. de ver. obl. & Bart. in l. i. in fi. de condi. insti.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Huiuſmodi.} conditione poteſtatiua.
b ¶ Si.} aliàs ét ſi. & abundat etiã. ſic C. de manu. teſta. l. ſi. §. j. Vel dic quòd innuat, idem in contrario caſu. ſic ſ. de uerb. obl. l. quicunque. §. ſi quis, uel adiunge ad dictionem filium.
c ¶ Submotum.} i. ſubmouendum: vt ſ. ſi quis omiſ. cau. teſt. l. j. §. qui ſub cõditione. & ſ. de ſecun. tab. l. ſi ſub conditione. § ſed & ſi is etiam. colligit ſ. de condi. inſti. l. 2. & ſ. de leg. præ. l. item à ſubſtituto. Sed quid ſi fuit iuſſus, ſed non potuit? uidetur admitti, quaſi nec ſit poteſtatiua ſm Io. ſed contra uidetur inſpici generalitas: ut ſ. prox. §.
d ¶ Ideo.} quia filius poteſt inſtitui ſub poteſtatiua, & ualet teſtamentum, & ideo, &c.
e ¶ Inſtitutus.} ſub cõditione poteſtatiua.
f ¶ Eum.} cohæredẽ.
g ¶ Pareat filius.} imò ſtatim adire debet: & ſi poſteà filius non pareat conditioni, & ſic deceſſerit, non facit patrem inteſtatum: accreſcit eius portio cohæredi. H. at ſubſtitutus expectat: ut ſ. eo. §. ſed & ſi filio.
h ¶ Faceret.} i. facere poſſet: ut quia ſub miſta eſſet inſtitutus. nã duas habet tunc vias filius: uel quòd nõ pareat conditioni, & dicat nullum teſtamentum, uel quòd uelit parere, & tunc eo parente. i. adimplente cõditionem, admittitur cohæres. arg. ſ. de iniuſt. teſtam. l. filio. ſic & aliàs inſtituti expectant præteritos: ut ſ. de contra tab. l. illud. §. fin. Vel dic faceret. i. ſi dicere-

ſi paruerit conditioni? an & ſi nõ paruerit, & deceſſerit? Iulianus putat filium ſub huiuſmodi[a] conditione inſtitutum. ſi[b] conditioni non paruerit, ſubmotum[c] eſſe: & ideo[d] ſi cohæredem habeat, ita inſtitutus,[e] non debere eum[f] expectare donec cõditioni pareat[g] filius: cùm & ſi patrem inteſtatũ faceret,[h] non parendo conditioni, proculdubio expectare deberet. Quæ ſententia[i] probabilis mihi uidetur: ut ſi ſub ea conditione inſtitutus eſt, quæ in arbitrio eius ſit, patrem inteſtatum non faciat.

¶ Conditio dicitur poteſtatiua, uel non, ſecundum id quod frequenter accidit. Bart.

¶ Puto rectè generaliter definiri:[k] Vtrum in poteſtate fuerit cõditio, an non fuerit,† facti poteſtas eſt. Poteſt enim & hæc, Si Alexandriam peruenerit: non eſſe in arbitrio, propter hyemis conditionem. Poteſt & eſſe, ſi ei qui à primo miliario Alexandriæ agit, ſit† interpoſita: Poteſt & hæc, Si decem Titio dederit, eſſe† indifficilis,[l] ſi Titius peregrinetur longinquo itinere. propter quæ ad generalem definitionem[m] recurrendum eſt.†

† Sic in P. Fl. aſs, facti potius eſſe.

† Dua. impoſita.

† aſs, in difficili, ut apud Dua.

† Adde ſingulariter Bart. in l. j. §. j. ſ. de tut. quòd ubi definitio & etymologia ſimul cõcurrũt, magis ſtatur definitiõi. Idẽ Pa. de Caſ. in l. pe. ſ. de iuſt. & iur.

¶ Sub condõne ptãtiua, quæ põt impleri ultimo uitæ ſpiritu uiuo filio, non admittitur ſubſtitutio: niſi in ea dies fuerit adiectus: ſecus, ſi ultimo uitæ ſpiritu impleri non poteſt hoc dicit cum principio legis ſequen. Bar.

mus fieri patrẽ inteſtatũ, ſi filius pareat conditioni poteſtatiuę: dẽt cohæres expectare: ut mõ dixi de miſta. qđ tñ dicere nõ debemus: ut ſtatim ſubiicit. Vel dic faceret qſi non hẽt cohr̃dem uel ſubſtitutũ: & dic expectare debet filius uſq; ad finem vitę ſuæ: uel poſt mortem.
i ¶ Quæ ſententia.} ſ. ut ualeat teſtamentum filio inſtituto ſub poteſtatiua: & ſic non poſsit filius dicere nullum teſtamentũ, ut ſubiicit: cùm habeatur pro pura ut dixi: & hoc ſi habeat cohæredem, uel ſubſtitutum: aliàs facit nullum non parendo, & patrem inteſtatum, uel ultimo uitæ ſpiritu uiuens, qñ non poterat impleri in fine vitæ: uel poſt mortem filij quando poteſt impleri in fine uitæ: ut ſ. e. l. apud Iulianum. & ſ. de condi. inſti. l. ſi.
k ¶ Definiri.} i. pro regula tradi hoc qđ ſequiť, facti poteſtas eſt utrum, &c. id eſt. an facilè de facto poſsit adimpleri: ſed & iuris eſt: ut ſ. de condi. inſtit. l. filius.
l ¶ Indifficilis.} i. ualdè difficilis. ſic ſ. de libe. & poſthu. l. Gallus. § ille caſus. & facit ſ. ſi quis cau. l. 2. §. quod diximus.
m ¶ Ad generalem definitionem.} ſ. prædictã, facti poteſtatis, &c. v: conſideretur an poſsit de facili adimpleri, uel non: & ſic ad arbitrium iudicis refertur. ſic ſ. de impen. l. pe. §. ſi. & de uſu. l. mora. & de legi: & ſenatuſconſul. l. non poſſunt. Vel generalem definitionẽ conſidera quod generalius & frequentius fit. nam & hoc, ſi exierit de ſcholis, eſt poteſtatiua: licet accidere poſsit: ſed frequentius contingit quòd poſsit.
n ¶ In eius poteſtate.} & quæ poteſt impleri ultimo momento vitæ, & ſic non erit ſubſtitutus hęres uiuente filio: ſed nec exhæredari põt in hoc caſu: quia poſt mortem ſuam inuenitur exhæredatus: ſecus ſi ſit alia conditio poteſtatiua, quæ non poteſt impleri ultimo vitæ momento, tunc enim ẽt uiuente filio põt ſubſtitutus hæres eſſe, ſcilicet ex quo certum ſit conditionem impleri non poſſe per filium: ut ſ. de condi. inſti. l. ſi. & hæc eſt ratio in primo caſu, ut q̃diu uiuit filius: non ſit locus ſubſtitutioni: quia q̃diu locus eſt inſtitutioni, non eſt locus ſubſtitutioni.
o ¶ Hæredem ſubſtitutum.} cum ultimo uitæ ſpiritu poſsit impleri conditio. Azo.

p ¶ Exiturum.} quia tunc primũ ſit uerum defeciſſe conditionẽ. Azo.
q ¶ Subſtituto filij.} aſs filio, alias filij. & eſt ſenſus quòd ualet ſecundus gradus, licet ab eo non ſit filius exhæredatus: ut ſ. de libe. & poſthu. l. ſi poſthumus. § quòd uulgo.

¶ Sed & ſi filio ſub conditione, quæ in eius poteſtate[n] eſt, hæredi inſtituto nepos ſit ſubſtitutus, ſiue extraneus, puto uiuo filio non exiturum hæredem ſubſtitutũ:[o] poſt mortem vero exiturum:[p] nec neceſſariam† ſubſtituto filij[q] exhæredationem: cum & ſi fuerit facta, fruſtra ſit,[r] poſt mortem enim filij facta eſt, quam inutilem eſſe aliàs oſtendimus.[s] Opinamur igitur filium, ſi ſit inſtitutus ſub ea conditione, & ſit in eius poteſtate, non indigere exhæredatione à ſequentibus gradibus: alioquin[t] & à cohærede indigebit.

¶ Idem. LEX V.

† APud Iulianum lib. 17. Marcellus notat,[u] ſi eiuſmodi ſit conditio ſub qua filius hæres inſtitutus eſt, ut ultimo vitæ[x] eius tempore certum ſit eam exiſtere non poſſe, & pendente ea decedat, inteſtato patri hæres erit,[y] veluti, Si Alexandriam[z] peruenerit, hæres eſto. Quòd ſi etiam nouiſsimo tempore impleri poteſt ueluti, Si decem Titio dederit, hęres eſto, contrà puto.[a]

r ¶ Fruſtra ſit.} ſcilicet facta.
s ¶ Oſtendimus.} ut & ſuprà de libe. & poſthum. l. ſi ita. §. fina. & l. Gallus. §. in omnibus. & huius ratio eſt ideo, quia non poteſt locum habere exhæredatio dõ nec conditio inſtitutionis impleri poteſt, at impleri poteſt quandiu viuit filius & ſic uiuente filio non habet locũ exhæredatio: poſteà fruſtra fieret, ut hic, & in dictis legibus, & ſ. de op. lib. l. ſi libertos ſub. §. æſtimo.
t ¶ Alioquin.} i. ſi diceres in ſuperiori caſu filium exhæredari debere, cum rectè ſit inſtitutus ſcilicet ſub conditione poteſtatiua: ſimiliter diceres & in hoc alio caſu à cohærede debere exhæredari, ubi rectè fuit inſtitutus ſub conditione poteſtatiua ut ſupra eodem l. prima §. primo, quod eſt falſũ. nam ubi rectè eſt inſtitutus, exhæredari non debet: ut ſ. de liber. & poſthu. l. ſi poſthumus. §. quod uulgo. æquipollet enim ei qui eſt ſ. eo. iam dubitari.
v ¶ APud.} Marcellus no. aliàs lex, aliàs §. icipit. & dic no. addendo.
x ¶ Vltimo uitæ.} infra de cond. & demõ. l. hæc conditio. contra. ſed ibi ſub. etiam & facit C. de contrah. ſtipu. l. fin.

† à ſubſtituto, Dua.

† In P. F. caput iſtud ſic inſcrĩpũlegitur Apud Iulia. libr. 19. Dige. Marcel. not. De indeicipit. Si eius modo. &c.

y ¶ Hæres erit.} & tranſmittit ad ſuos hæredes: & hoc niſi habeat ſubſtitutum: ut ſ. l. proxi. & ſ. de condi. inſt. l. ſi. ibi, nam ſuperior quidem ſpecies &c. vel ad cohæredem: ut ſ. ea. l. §. i.
z ¶ Alexandriam.} cum ſit prope. aliàs non eſſet poteſtatiua: ut ſ. e. l. ſuus. § puto.
a ¶ Contra puto.} non enim erit filius hæres ab inteſtato nec tranſmittit: ſed alij ſequentis gradus admittuntur: cum nec hic ſit ſubſtitutus, uel cohæres: ut ſ. de condi. inſti. l. ſi. § altera.
SEd ſi conditioni.} CASVS. Filius fuit iſtitut⁹ ſub poteſtatiua conditione, & fuit ei datus ſubſtitutus: & in dicta conditione fuit appoſita dies hoc mõ, inſtituo mihi filium meum hęredem ſi in capitolium intra 30. dies aſcenderit. certe ſi non pareat conditioni dictus filius intra 30. dies, repellitur, & ſubſtitutus admittitur.
¶ Solemus.} Inſtitui mihi hæredem Titium: ipſe Titius añ mortem meã fuit in inſulã deportatus, & poſtea fuit reſtitutus, & poſtea ego deceſsi. certè bñ habebit hæreditatem meam: quia illud quod euenit ei medio tpe. i. inter inſtitutionem eius & mortẽ meã: nihil ei nocet.
¶ Seruus alienus.} Inſtitui mihi hæredem Stichũ ſeruum Titij ſub conditione ſi nauis ex Aſia uenerit: & poſtea deceſsi: Titius prædictus dñs dicti Stichi tradidit eundem Stichum forte ex dona. ſeruo cuidam quem in mea hæreditate reliqui: & ita acquiſitus eſt. Stichus hæreditati meæ, & mihi ſi uiuerem: & ita deuenit dictus Stichus ad eum caſum à quo incipere non potuiſſet. nam ſi meus fuiſſet tempore dicti mei teſtamenti in quo eum Stichum hæredem inſtitui, ut dictum eſt, non poſſem eum inſtituiſſe neque pure neque ſub conditione, cum ei non dediſſem libertatem cum inſtitutione, ſecundum iſta iura. poſteà dictus Stichus peruenit ad quendam extraneum: qui ex tranens bona fide & iuſto titulo poſſedit eum per triẽnium: & ſic eũ vſucepit, & ſic exiuit de dicto caſu à quo incipere non poteſt: & ſic non uſ peruenisse ad eum caſum: & ideo inſtitutio de eo per me facta (ut dictum eſt) non uitiatur.
¶ Si ſeruum communem.} Ego & Titius habebamus ſeruũ cõmunem, & dictum ſeruum mihi hr̃dem inſtitui cum libertate: & antequàm

quàm moreretur emi partem ſuam à Titio quam habebat in dicto ſeruo certè quamuis antequam eum redimerem, non deberet eſſe meus hæres neceſſarius, erit tamen nunc. Sed pone quòd filium meũ impuberem mihi hæredem inſtitui, & ei ſubſtitui pupillariter dictũ ſeruum mihi communem cum dicto Titio: & poſtea partem Titij redemit dictus impubes, certè non erit hoc caſu neceſſarius hæres impuberis dictus ſeruus. Sed retento primo caſu, nunquid poſſum dicto ſeruo adimere libertatem in codicillis quos poſtea feci? & dicitur quòd ſic ante eum redemi à dicto Titio meo ſocio: & ſic fuit factus hæres meus neceſſarius aut non redemi: & ſic non fuit mihi hæres neceſſarius. Primo caſu dicta ademptio libertatis non valet. ſecundo ſic. & eſt ratio quare in primo non ualet ademptio, quia cum eo caſu à ſemetipſo libertatem receperit ſeruus prædictus iam à ſemetipſo uideretur ei adimi libertas, quod eſſet abſurdum: quia ſicuti legari ſibi à ſemetipſo non poteſt dictus ſeruus, ita nec à ſe hærede inſolidum, & in totum adimi poteſt ei libertas. Viuianus.
a ¶ Sed & ſi conditioni.} & facit ſ. l. proxi. in fine.
b ¶ Sub omni.} inſtituitur ergo hic nepos ne premortuo filio uiuo auo præteritus nepos rumpat per legem Velleiam ut ſuprà de iniu. teſtamen. l. poſthumorum. tunc enim ſub omni conditione inſtitui poteſt, ut hic, & ſ. eo. l. ſuus. & ſ. de ſuis & le. hære. l. 1. §. ſciendum. quid autem ſi filius non eſt? Reſpon. tunc eſt idem quod in filiis ſecundum Io. & Azo. ut tantum ſub poteſtatiua cõditione poſsit inſtitui: & hoc ſubijcit, ſi redigantur &c. id eſt redigi poſſunt, q. d. prædicto caſu ubi filius præcedit ſub qualibet, licet poſſit redigi ad conditionem filij, ſi filius non eſſet: quia tunc ut filius debet inſtitui ſub poteſtatiua tantum. Alij contra & dicunt redigantur. ſ. quo ad alia, nõ quo ad hoc: & pro ptimo quòd liberi primi gradus pluſculum habebant, eſt C. ad Treb. l. iubemus. §. fin.

† lib. 4. ad Sabin.

¶ Vlpianus.†

LEX VI.

SEd & ſi conditioni[a] dies ſit adiectus, ut puta, Si capitolium intra triginta dies aſcenderit, tantundem poteſt dici: ut ſi non paruerit conditioni, ſubſtitutus poſsit admitti filio repulſo. quod conſequens eſt ſententię Iuliani, & noſtræ.

¶ Liberi ſequentis gradus poſt filium poſſunt ſub omni conditione inſtitui. Bar.

¶ Nepotes autem, & deinceps cęteri liberi, qui ex lege Velleia inſtituti non rumpunt teſtamentum, ſub omni[b] conditione inſtitui poſſunt, & ſi redigantur ad filij conditionem.

¶ Incapacitas medij temporis, inſtitutionem non uitiat. Bar.

¶ Solemus dicere média tempora[c] non nocere: ut putà, ciuis Romanus ſcriptus hæres, uiuo teſtatore factus eſt peregrinus,[d] mox ad ciuitatem Romanam peruenit,[e] media tempora non nocent. ¶ Seruus alienus ſub conditione,[f] hæres ſcriptus traditus eſt† ſeruo hæreditario, mox uſucaptus[g] ab extraneo. Non eſt uitiata[h] inſtitutio.

¶ Si ſeruus cum libertate inſtitutus redimatur inuita teſtatoris, efficitur neceſſarius; ſecus, ſi poſt mortem. Bar.

¶ Si ſeruum communem cum libertate[i] dominus hæredem ſcripſerit, & eum redemerit, neceſſarius efficietur. Sed ſi ſubſtitutus ſit impuberi, & partem[k] redemerit impubes, neceſſarius non efficietur,[l] ut Iulianus ſcribit.

¶ Si ſeruus ſolus cum libertate inſtituatur, libertatem recipit à ſeipſo: ideo à ſeipſo adimi non poteſt. Bar.

¶ Sed ſi ſit cum libertate[m] inſtitutus, an ei libertatis datio codicillis adimi poſsit, apud Iulianũ quæritur. Et putat in eum caſum quo neceſſarius fieret,[n] ademptionem non ualere:[o] ne à ſemetipſo ei libertas adimatur. Seruus enim hæres inſtitutus, à ſemetipſo[p] libertatem accipit. Quæ ſententia habet rationem. Nam ſicut legari ſibi libertas non poteſt, ita nec à ſe adimi.

¶ Iulianus.†

LEX VII.

† Du. ſeruus hæreditario.

† lib. 30 Digeſtor.

c ¶ Media tempora.} Tria ſunt tempora: tempus teſtamenti, mortis, & aditionis. licet enim in medio eorum extraneus hæres fiat non capax, ſi tamen his temporibus ſit capax, ſatis eſt: ut hic, & ſ. e. l. ſi alienum. §. i. & inſtit. de hæred. quali. & diſ. §. in extraneis. & facit ſ. de ſecun. tab. l. j. §. ſed & ſi quis. & ſ. eo. l. quoties. §. ſeruus cum liber. & l. ſeruum meum. & ſ. l. proxi.
d ¶ Peregrinus.} id eſt deportatus. & ſic non capax: ut C. de hære. inſtit. l. prima.
e ¶ Peruenit.} per reſtitutionem in integ. uel per indulgentiã principis: ut C. de ſen. paſ. l. i. & l. cum indulgentia.
f ¶ Sub conditione.} ut ſi dederit illi decem, uel ſimili. aliud forte ſi ſub ea cum liber erit: quia alienus ſeruus ſub ea inſtitui poteſt: ſed prius non: ut ſ. de condi. inſti. l. ſeruus alienus ita. ſi ergo eſſet inſtitutus, forte uitiaretur inſtitutio, ſi traditus eſſet ſeruo hæreditario uel ipſi teſtatori, qui perueniſſet in eum caſum à quo ſic inſtitui non poſſet. Item bene dicit ſub conditione: quia ſi pure, forte uitiata eſſet inſtitutio, cum traditus eſſet ſeruo hæreditario, uel ipſi teſtatori, quia perueniſſet in eum caſum &c. & quia ſic pure ſine adiectione libertatis ſeruum proprium inſtituere non poteſt hoc iure: ut inſ. de hæredib. inſtit. in princ. Sed hodie contra: ut ibidem dicitur. Vel dic ſecundum Ioan. ſi hæreditarius mandaſſet, eſſet uitiata, cum non eſſet cui quæreret ſi tunc conditio exiſteret. nam ipſam ſibiipſi quæri per ſeruum illum abſurdum eſt: ſed tunc alienatus quærit nouo domino. & facit ſ. §. proximo.
g ¶ Mox uſucaptus.] i. ſtatim vſucaptus pendente conditione: ut quia aliquo modo bona fide uel iuſto titulo peruenit ad illum extraneum poſſeſsio hæc.
h ¶ Non eſt uitiata.} & ſic exiſtente conditione iuſſu illius domini adire poterit hæreditatem, & ſibi quærere. H.
i ¶ Cum libertate.} dicas quòd alienum non poſſum inſtituere cũ libertate, etiam ſi poſteà fiat teſtatoris, ſed ſine ſic: ut ſ. e. l. ſi alienum. & ſuprà proxi. §. at proprium cum libertate, & non aliter olim: hodie contra: ut ſ. no. proxi. §. ſi autem communem. aut cum libertate, & non valet ut ſit neceſſarius, niſi poſtea partẽ ſocij redimat: ut hic, & infra proxi. reſpon. Sed ſocio accreſcebat: ut inſtitu. de dona. §. fin. hodie contra. nam erit liber & neceſſarius hæres dato prætio partis ſocio: ut C. de communi ſer. ma. l. 1. §. 1. ibi licet ipſe communis ſeruus &c. ſed ſimpliciter tenet: ut ſuprà eodem. l. ſeruus. in princ. & etiã hodie accreſcit hæreditas ſocio: ut dicta l. prima de cõmuni ſer. ma. & infrà ad l. fal. l. Plautius. & C. eodem. l. tertia & ſuprà pro ſoc. l. verum. §. ſeruo communi & facit infra l. proxi. & l. duo. & infra titu. i. l. ſi ſeruus communis.
K ¶ Partem.} quæ erat aliena & ſic habet totum.
l ¶ Non efficietur.} ſed uoluntarius: ut infra, titu. i. l. ſi ſeruus cõmunis. ij. reſpon. & eſt ratio: quia quos poſſum mihi hæredes facere neceſſarios, & filio meo &c. ut infrà, titu. i. l. ſed ſi plures. §. primo. at ſeruum communem non poſſum facere neceſſarium, niſi redimam: ergo nec filio meo, licet ipſe redimat.
m ¶ Cum libertate.} intelligas ubi totus ſuus erat ſeruus. nam ſi communis, non poſſet iſtitui cum libertate. Azo. ut ſ. ne. proximo. § ſed Ioannes dicit etiam in communi ſecus.
n ¶ Fieret.} quod erit, ſi non fuerit alienatus uel manumiſſus: ut inſtit. de hære. inſtit. §. ſeruus autem. uel ſecundum Ioan. quod erit ſi redimatur.
o ¶ Non valere.} nam nec in teſtamento eodem conceditur: niſi adimatur utraque: ut ſ. de liber. & poſthu. l. ſi ita. §. regula. & facit inſt. de codicil. §. nec codicill. s. in ſi.
p ¶ A ſemetipſo.} i. ne libertas quam à ſe habet, ei adimatur: ſeruus enim &c. Et nota quòd libertas ſerui inſtituti cum libertate, non poteſt alij legari: nec ab ipſo inſtituto adimi. & eſt ratio: quia habet eã à ſeipſo, id eſt non habet ut hæres, quia ſic eſſet res hæreditaria, ſed ut ſingulare commodum quod de hærede in alium conſueuit dare: ſed hic ipſe ſibi, ut hic, & ſ. de acquir. hære. l. ex parte. quia ergo non habet eam ut hæres, non poteſt ei adimi ut hæredi. nam &c. ſicut à ſimili non poteſt ſibi legari libertas: uel ipſemet ſibi, cum ipſe ſit hæres: ita nec adimi. ſic infrà de adimen. leg. l. legata inutiliter. §. fin. ſed videtur quòd poſsit legari ſibi ipſemet: ut C. de communi ſer. ma. l. ſi. contra Solu. ibi erat alius hæres inſtitutus, unde libertas videtur per ipſum legari ſibi: at hic ipſe ſolus eſt hæres inſtitutus unde ſe ſibi dare non poteſt. & ſic ſolu. ſ. de legat. 1. l. ſenatus. §. fin contra. nam ibi non erat inſtitutus, quinimo nec ſua res poteſt ſibi à ſe legari: ut infr. de leg. 1. & quidem. & l. legatum. §. hæredi. eſt & alia ratio quare non poteſt libertas adimi: quia quæ ſimul ſunt data, ſcilicet hæreditas & libertas, non poſſunt ſeparatim adimi: propter quam rationem etiam hæreditas ſine libertate adimi non poteſt. ut ſ. de libe. & poſthu. l. ſi ita. §. regula. Sed in noſtro caſu ceſſat prædicta ſpecialis ratio. Item & alia, quia ſi libertas poſſet adimi, ergo & hæreditas quod non debet eſſe. ut inſtit. de codi. §. fina. Not. ergo quòd protinus eſt liber & hæres, ut inſt. de hæred. qua. & diffe. in prin. & ſ. ſi cer pe. l. eius qui. & eſt ratio quòd à ſemetipſo, quia ſic oportet hæreditatem adire quam à ſemetipſo non acciperet: at hic notabiliter tantum d libertate dixit. Item cum habeat libertatem à ſeipſo, ut hic, ergo cur non poteſt ei à ſeipſo legari? Reſpon. ibi ſunt oppoſita hæres & legatarius: vnde in eodem eſſe non poſſunt. hic hæreditas & libertas non ſunt oppoſita, imo quaſi connexa: & hæc eſt ratio: quia libertas non eſt res hæreditaria ut dixi. vel ſpeciale eſt in libertate.

Libertas res hæreditaria ñ eſt.

Si ſer-

Universidad de Deusto Biblioteca

SI seruus communis. CASVS. Ego & Titius habemus Stichũ seruum communem: ego instituo eum hæredem sub conditione si nauis ex Asia venerit. & me adhuc existente viuo Titius prædictus fecit testa. & dedit dicto seruo libertatem sub condi. Si Seius consul factus fuerit, postea ego decessi, & dictus Titius similiter: & posteá venit nauis ex Asia: & ita extitit conditio instituitionis. sed conditio prædicta libertatis pendet adhuc. Certè potest dictus seruus adire hæreditatem meam iussu hæredis dicti Titij. Sed & si dictus Titius dictum Stichum eum alienauit pendente condi. libertatis quam ei dederat, siue alienauit eum hæres dicti Titij eo Titio mortuo iussu noui domini adhibit hæreditatem meam dictus Stichus. Viuia.

a ¶ Si seruus communis.] Tria sunt. nam hæreditas sub conditione. Item libertas eodé testó sub alia conditione relicta fuit. Item postea liber factus uiuo testatore. Is erit ergo hæres domino voluntarius, si existat cõditio hæreditatis: licet pendeat conditio in testamento datæ libertatis. ad hoc suprà eodem. l. seruus. §. qui fideicõmissariam.

SI seruus communis, a sub cõditione b hæres institutus, viuo testatore libertatem cõsecutus sit, etiam pendente conditione testamentariæ libertatis adire c hæreditatem potest. Itẽ siue testator eum alienauerit, siue hæres d post mortem testatoris, iussu domini e hæreditatem adibit.

¶ Si hæreditatis delatæ à duobus dominis dies simul cedit, seruus utrique necessarius hæres erit. Bar.

¶ Idem. † LEX VIII.

† libr. 2. ad Vrseium Ferocem.

DVo socij quẽdam seruũ cõmunẽ testamẽto facto hæredem & liberum esse iusserant. ruina simul f oppreßi perierãt. Plerique responderunt hoc casu duobus Orcinum hæredẽ existere, & id est verius. Sed & si sub eadem conditione seruum communem vterque soci⁹ liberum hæredẽmque esse iußit, eàq; extitit, g idem iuris erit.

¶ Error in corpore, uitiat institutionẽ & legatum.

¶ Vlpianus. † LEX IX.

† libr. 5. ad Sabin.

QVoties volẽs alium hæredem scribere, alium h scripserit, ĩ corpore hominis errãs, veluti, frater i meus, patronus meus, placet neq; eũ hæredẽ eẽ qui scriptus est, quoniam volũtate deficitur: neque eum quem voluit, quoniam scriptus nõ ẽ. k Et si in re quis l errauerit, vtputà dum vult lancem relinquere, vestẽ leget, neutrũ debebit. hoc, m

† Conco., cũ hoc prin ci. l. c. cũ su p abbatia. ĩ fi. cũ gl. fi. post princ. extra de offi. deleg.

b ¶ Sub conditione.] Si aũt purè, tota hæreditas uidetur acquirenda socio: ut ǀ. ad le. fal. Plautius. Hug.
c ¶ Adire põt.] cùm iam extitit conditio hæreditatis.
d ¶ Hæres.] id est, qui esset hæres si hic seruus conditione defecerit. Vel dic cohæres, qui eum seruum non existente conditione libertatis nec aliàs eo libero alienauit: & tunc extitit conditio hæreditatis. Sed secundum hoc non uidetur quòd posset dare prætium partis: ut ǀ titu. j. l. si seruus communis. Sed nunquid hæc alienatio per hæredẽ facta seruo adimet libertatem sicut hæreditatem? Respõ. non, ut ǀ. e. l. pater filio.
e ¶ Domini.] noui: ut ǀ. eo. l. quoties. §. seruus.

DVo socij.] CASVS. Ego & Titius dictum nostrum seruum cõmunem instituimus hæredem nobis: & dedimus quilibet nostrũ ei libertatem in testamento. posteá simul ambo perimus. certe erit nobis ambobus hæres necessarius dictus seruus: quamuis si non perissemus simul non esset ambobus necessarius sed primo decedenti si eum redemit ante mortem suam: ut ŝ. eod. l. sed si in conditione. §. si seruum. Vel si non redemit, sed communis remansit, non erit necessarius hæres ei, sed socio acquiretur hæreditas, ut dictũ est in primo casu. Sed & si nos qui simul perimus, ut dictum est, instituimus cum libertate hæredem dictum nostrum seruum quilibet sub eadem conditione, & existat conditio, erit similiter utrique nostrum necessarius hæres. Viu.
f ¶ Simul.] nam si alter prius perijsset, remaneret seruus alterius. cuius solius posset esse ammodo necessarius.
g ¶ Extitit.] Idem & si diuersis, dum tamen eodem tempore existat secundum Io. si ergo diuersis temporib. secus: ut no. ŝ. in l. sed & si conditioni. §. si seruum.

QVoties.] CASVS Cum uellem scribere hæredem fratrem meum, ita scripsi. Patronum meum instituo hæredem, uel cum vellem instituere patronum, scripsi fratrem meum. certe neuter habebit: quia in corpore illius quem volebam instituere, erraui. & idem ẽ si in legando erraui in nomine appellatiuo. nam debebitur neutrum: vt puta dum uolebam lancem legare, legaui uestem.
¶ Sed si non.] Pone, ego non erraui in corpore, sed in parte: puta cũ dictassem ex sex uncijs hrdem scribi Titium, notarius scripsit ex quatuor uncijs, uel egomet scripsi eum in quatuor. certe erit hrs Titius in sex vncijs. sed cõ si uolebam Titium scribi hrdem in quatuor vncijs, & notarius scripsit eum in sex hrdem, uel ipse ego: certe erit Titius hæres tantum in quatuor uncijs. & idem ĩ legato. nam si pro c. scripta sint cc. non debebuntur legatario nisi c.
¶ Tãtundẽ.] Ego uolui Titium esse mihi hæredem sub conditione & non aliter: & notarius vel ipse ego non scripsi conditionem in institutione. non erit hæres Titius. sed cõ si uolui Titium hæredem pure instituere, & notarius scripsit institutionem conditionalem, erit Titius hæres pure. Sed & si uolebam instituere hæredem in parte dimidia Titium siue quendã qui uocaƒ primus: & scriptus est prim⁹ & secundus: solus primus habebit. ¶ Si quis nomen.] Ego volens instituere Titiũ qui erat rubeus, & habebat minus unum oculum, ita dixi: instituo mihi hæredem Titium rubeum habentem minus vnum oculum. certe erit hæres dictus Titius: quamuis nõ nominauerim eũ in institutione. si autem non demonstrarent eum certum, non ualeret institutio. quando que tamen videretur quibusdam incertus, est tamẽ certus, & hæredi. obtinet, puta si ita dicam, uter ex fratribus meis. scilicet Titio & Mæuio, Seiam vxorẽ duxerit, ex dodrante hæres esto: vter non duxerit, ex quadrante hæres esto. nam quamuis sit incertũ ex qua parte qualibet eorum sit hæres, tamen rectè et certo mõ factaẽ institutio. & est similis dicta institutio isti alij institutioni: uter ex fratribus meis, i. Titio & Mæuio vxorem Seiam duxerit, hæres esto: uter non duxerit hrs ne esto: q institutio conditionalis est.
¶ Hæredes.] Hæredes dicuntur succedere testatori in iure: quia hæreditas ẽ ius: & si plures sunt ab aliquo instituti, omnes æqualiter sunt hęredes, nisi testator diuiserit inter eos hæreditatẽ: siue ius hæreditarium.
¶ Si duo sint.] institui mihi hæredem Titiũ in quatuor vncijs fũdi mei Corneliani: & Seium in octo uncijs dicti fundi, certe detracta fundi mẽtione tantam partem habebit quilibet eorum in tota hæreditate mea, quantam ei dedit in dicto fundo: nisi mea cõtraria uoluntas appareat.
¶ Si quis ita.] Titius ita scripsit in testõ suo, Stichus seruus meus liber esto: & postea q̃ liber erit, hæres esto. certe simul competit ei libertas & hæreditas: & ita erit hæres necessarius Titij.
¶ Si quis primum.] Titius instituit sibi hæredem primũ in quatuor vncijs hæreditatis suæ, & secundum in alijs quatuor uncijs: & ita postea dixit dictus Titius: Si dictus Secundus mihi hæres non erit, tertium facio mihi hęredem in octo uncijs. postea Titio mortuo secũs repudiauit suas quatuor vncias. certe hic tertius hẽbit octo vncias in hrditate Titij, i. habebit quatuor vncias q̃ non erant alicui datæ iure institutionis. alias autem quatuor vncias quæ erant datæ d. secundo, qui repudiauit, habebit dictus Titius iure substitutionis.
¶ Seruus.] Stichum seruum meu institui mihi hęredem cum libertate: & postea eum alienauit in Titium. certe iussu Titij adhibit hrditatem meam. si autem añ mortem meam eum à Titio redemi, ualet p̃dicta institutio: & erit mihi necessarius hæres.
¶ Si seruus qui ex die.] Stichum seruum meum institui mihi hrdem pure, & uolui q esset liber à paschate in antea: postea alienaui eum in Titium, uel manumisi. certe ualet institutio quam de eo feci, & existet hrs Stichus mihi. & intelligas, q eo casu quando fuit manumissus à me, adibit suo arbitrio: quando autem fuit a me alienatus in Titium, adibit iussu Titij. Sed pone q post institutionem quam de dicto Sticho feci pure, & dationẽ libertatis post pascha, alienaui vsumfructum dicti Stichi in Titium. certe & institutio prædicta valet: & hoc casu differtur dicta institutio in id tempus quo extinguetur dictus vsusfructus: & non sufficit venire die postquam dedi ei libertatem, nisi & definat Titius vsumfructum in eo habere. inuito enim fructuario habere non potest libertatem. Sed pone quod dicto Sticho dedi libertatem post pascha: institui autem eum hæredem pure, ut dictum est in primo casu: non autem alienaui eum postea uel manumisi. certe ueniente paschate erit hęres & liber. Item quid si dedi ei libertatem post pascha, & hęreditatem sub conditione si nauis ex Asia venerit, & non alienaui eum postea uel manumisi, & postea veniat pascha, & postea conditio? certe liber & hęres erit, & h. d. Viuianus.
h ¶ Alium.] recogitans de alio certo, & occurrerit mihi alius quem puto esse illum: nõ ergo Iacob hęres fuit de iure Isaac: & neq; Esau: quia de altero errauit in corpore, de alio noluit.
i ¶ Frater.] aut credo hunc Seium esse Titium fratrẽ meum: cum non uideam: & non ualet. ut hic, aut credo hunc Seium esse fratrem: & obtinet. C. eodem. l. si pater. aut non credo, sed fratrem nomino: ut infra eodem l. nemo. §. qui frater. aut in nomine tantum ꝓprio erro: ut C. de testa. l. si quis in nomine. & infrà, de rebus dubijs. l. qui habebat Falcum. & facit infra de iure delib. l. fina. & C. de testa. l. neque professio.
k ¶ Non est.] nec nuncupatus. & facit ǀ. de supel. lega. l. Labeo. §. idem Tubero. de rebus dubijs l. in ambiguo. & pro empt. l. 2. §. cum Stichum.
l ¶ In re quis.] aliàs est ĩ rebus quis, i. appellatiuis nominibus: aliàs est in reliquis, id est, nominibus rerum appellatiuis: & facit infra de leg. i. l. 4.
m ¶ Hoc.] s. verum est.

In par-

a ¶ In parte.] s. quota rerum. Azo.
b ¶ Ex semisse.] imo uidetur ex quadrante: ut ǀ. de leg. i. qui quartã. §. respon. solu. ut ibi.
c ¶ Nuncupatum.] facit ŝ. eo. l. j. §. si autem. & ǀ. de cond. & demõ. l. cum autem.
d ¶ Testamentarius.] id est scribens testamẽtum.
e ¶ Semissem.] scilicet scripsit.
f ¶ In semisse.] Maiori summæ minor inest. sic ŝ. de arb. l. diem. §. si plures. & de pecu. l. hinc quæritur. & ǀ. de verbo. obli. l. prima. §. si stipulanti. & de re iudica. l. si quis cum reo. Itẽ facit C. de test. l. errore. & suprà de sta. ho. l. imperator.
g ¶ Pro C.] quæ relinquere uolebat.
h ¶ Per notam.] i. signum repræsentans, nẽpe cc.
i ¶ Adiectum.] i. superfluum.
k ¶ Putat.] imo uidetur pure institutus: ut C. de instit. & substi. l. pen. & ǀ. de lega. 2. & l. cum pater. §. si. contra. Sol. est pro non instituto. s. sic ut d'stinauit: sed pure. Sed huic solu. ob ŝ. eo. §. sed si non in corpore. ubi uoluntas præualet scripturæ. Sed ibi dictauit: hic tñ in corde destinauit: vel dic morte præuentus non adidit: non instituitur⁹ sine conditione. at secus in contrario secundum Ro. Vĩ hæc ẽ opi. Mar. quæ non tenet, ut in simili casu. ŝ. eo. l. 2.
l ¶ Hæredem futurum.] Putat Marcellus. Ioan.
m ¶ Videri.] s. putat repete. Io.
n ¶ Si testamentarius.] id est scribens testamentum: ut est tabeilio: ut ŝ. ead. l. §. sed si maiorem.
o ¶ Detraxerit.] omnino. Azo.
p ¶ Non futurum.] scilicet pure. H. sed prout testator uoluit. s. sub cõditione: ut ŝ. ea. l. §. sed si maiorem.
q ¶ Primum.] scilicet solum.
r ¶ Scripserit.] ex dicta dimidia, & dic destinasset, licet non sit scriptum: ut ŝ. §. sed si nõ in corpore.
s ¶ Distat.] sic suprà si certum petatur. l. certũ & ǀ. de manu. test. l. nominatim. & ŝ. de lib. & posthu. l. i.
t ¶ Contumeliæ.] quia tunc non ualeret: vt Titium qui occidit Seiam, instituo: ut ǀ. de leg. i. l. turpia. ĩ prin. Sed contra ǀ. eodem. l. his uerbis. §. i. Solue. ibi stetit in genere maledictionis: ut suprà de lib. & posth. l. tertia in principio. hic in specie dixit. sic & aliã in commendatione dicimus: vt supra, de dolo. l. quod venditor: Alij ut Ro. faciunt differentiam inter contumeliam, ut hic: & maledictionem, ut in contrario. Accursius.
v ¶ Hæres.] ut infra eodem. l. in tempus. §. quoties & C. de testa. l. in bemus. idem in legatis: ut infra de usufruct. lega. l. qui plures. & de rebus dubijs l. quinta. & in tutore: ut supra de testam. tut. l. tutor incertus. & insti. de leg. §. tutor.

† Du. li. 12. q̃onum, Digestorum.

† Gñalib. Dua.

† Non est Parte, apud Dua.

siue ipse scripserit, siue scribendũ dictauerit.

¶ Error in quantitate continua uel discreta, dispositionẽ non uitiat: & quod est dictum, præualet ei, quod est scriptum. B.

¶ Sed si non ĩ corpore errauerit, sed in parte, a putà si cũ dictasset ex semisse b aliquẽ scribi, ex quadrante sit scriptus: Celsus † li. 11. Digestorum posse defendi ait, ex semisse hæredẽ fore: quasi plus nũcupatum c sit, minùs scriptũ. quæ sententia rescriptis adiuuatur † principalibus. Idemq́ue est & si ipse testator minus scribat, cũ plus uellet adscribere. Sed si maiorem partem adscripserit testamentarius d uel (quod difficilius est probatu) ipse testator, ut pro quadrante semissem, e Proculus putat ex quadrante fore hæredem, quoniã insit quadrans in semisse, f quam sententiam & Celsus probat. Sed & si quis pro centum g per notã h cc. scripserit, idem iuris est. nã & ibi utrunq; scriptum est, & quod uoluit, & quod adiectũ i est. quæ sententia non est sine ratione.

¶ Error in conditione, quam quis destinauit inserere, institutionem uitiat. Bar.

† ad intell. huius. §. ui. Ant. Rub. ĩ l. non solũ §. morte. nu. 2 : 6. de op. no. nun.

¶ Tantundẽ † Marcellus tractat & in eo, qui conditionem destinans inserere, nõ addidit. nam & hunc pro non instituto putat. k Sed & si conditionem addidit, dũ nollet, hæredem futurum l detracta ea. nec nuncupatum uideri, m quod contra uoluntatem scriptũ est. quam sentẽtiam & ipse & nos probamus. Idem tractat & si testamentarius n contra uoluntatem testatoris conditionem detraxerit, o vel mutauerit, hæredem nõ futurum, p sed pro non instituto habendum.

¶ Persona institutioni adiecta per errorem, hæres non erit. Bar.

¶ Sed si cúm primum q hæredẽ ex parte dimidia scribere destinasset, primum & secundum scripserit, r solus primus scriptus hæres uidebitur, & solus hæres existet, quasi ex parte dimidia institutus.

¶ Sufficit hæredem demonstrari aliter, q̃ nomine proprio. Bar.

¶ Si quis nomen hæredis quidẽ non dixerit, sed ĩdubitabili signo eum demonstrauerit, quod penè nihil à nomine distat, s nõ tamẽ eo quod contumeliæ t causa solet addi, ualet institutio. ¶ Hæres u enim institui, nisi si certus x demõstretur, y nemo potest.

¶ Sufficit personas esse certas, licet portionum distributio ex futuro euentu dependeat. Bar.

¶ Si quis tamen ita dixerit, Vter ex fratribus meis Titio & Mæuio Seiam uxorem duxerit, ex dodrãte, uter non duxerit, ex quadrante hęres esto, rectè factam institutionem certum est: z sed quis ex qua parte, incertum est. Planè erit similis ĩstitutio, si ita facta fuerit, Vter ex suprascriptis fratrib. meis Seiam uxorem duxerit, hæres esto. Sed & hanc puto ualere institutionem, quasi sub conditione factam.

¶ Per institutionem succeditur in ius defuncti: & plures in dubio intelligunt̃ æqualiter institui. Bar.

¶ Hęredes iuris successores sũt z & si plures instituantur, diuidi inter eos à testatore ius oportet, q si non fiat, omnes æqualiter a hæredes sunt.

¶ Plures instituti in re certa diuidunt sibi hæreditatem æqualiter, nisi testator manifestißime aliud uoluit. Bar.

¶ Si duo sunt hæredes instituti, vnus ex parte tertia fundi Corneliani, alter ex besse eiusdem fundi: Celsus expeditißimam Sabini sententiam sequitur, ut detracta b fundi mentione, quasi sine partibus c hæredes scripti, hæreditate potiantur, si modo uoluntas patrisfamiliàs manifestißimè non refragetur.

¶ Dictio postea, non impedit diem hæreditatis & libertatis, simul cedere. Bar.

¶ Si quis ita scripserit, Stichus liber esto: & posteà d quàm liber erit, hæres esto. Labeo, Neratius & Aristo opinantur detracto uerbo medio Postea, † simul ei libertatem & hæreditatem e competere. quæ sententia mihi quoque vera uidetur. ¶ Si quis primũ f ex triente, secundum ex triente hæręde instituerit: & si secundus hæres non erit, tertium ex besse hæredem scribat: hic, secundo repudiante, bessem habebit nõ solum iure substitutionis, g sed etiã institutionis, id est trientem iure substitutionis, & trientem iure institutionis. ¶ Seruus cum libertate hæres institutus, si sit alienatus, iuberi adire h ab eo potest cui alienatus est. i Sed & si redẽptus sit à testatore, k institutio ua-

x ¶ Demonstretur.] proprio nomine uel indubitabili signo: ut ŝ. proxi. §. uel conditionis euentu: ut ǀ. proxi. §. & per se, non per alium: ut ǀ. eo. l. illa. Sed opponitur, ignotus põt fieri hęres: ut C. eo. l. extraneum. ergo ignotus est certus. Azo.
y ¶ Certum est.] facit ǀ. de cond. instit. l. uter. & de secun. tabu. l. ij. §. si quis ita hęredes. & de leg. i. l. seruus legatus. §. huius.
z ¶ Successores sunt.] ut & ŝ. de eden. l. quædã §. nihil.
a ¶ Aequaliter.] sic instit. eo. §. si plures & ǀ. l. proxi. & infra proxi. §. & de leg. i. l. legata inutiliter. §. fina. & inst. ꝓ so. §. si quid uero. & ŝ. d' pec. l. item cum. in fi. & ǀ. de ap. l. si qui separatim. §. quoties.
b ¶ Detracta.] i. perinde ac si de fundo nihil esset dictum.
c ¶ Sine partibus.] & ita æqualiter: ut supra proximo. §. & infr. l. proxima. & ŝ. eo. l. prima. §. si ex fund. & infr. eodem. l. ex facto. §. ita igitur.
d ¶ Postea.] materialiter ponitur. H.
e ¶ Hæreditatem.] & sic erit necessarius hęres, secus si dixerit, si uoluerit hęres esto. ut ǀ. de condi. inst. l. uerba. Azo. & facit ǀ. eo. l. talem. & de secun. ta. l. si ita. §. qui filio.
f ¶ Si quis primum.] hic tertius.
g ¶ Substitutionis.] ut infra. eodem. l. nam tertium. & facit infrà eodem. l. liber homo. §. finali. contra. Solutio. ut ibi.
h ¶ Adire.] & tunc ẽ uoluntarius hæres.
i ¶ Alienatus est.] nec ergo erit liber: ut hic, & institu. eodem. §. quòd si alienatus. & facit infra de lega. primo l. quæsitum. §. seruo. & infrà de conditio. & demõ. l. si in diem. Accursius.
K ¶ A testatore.] secus si impubes emerit cui est substitutus supra eodem, lege sed si. §. si seruum communem.

† Incertitudo psonæ an q̃uitiet plenè per Bal. ĩ l. q. dã ǀ. de re du. & p oẽs in l. id qđ pauperib. C. de epis. & cle.

† Si fis est tex. in §. illud aũt ŝ. in ꝓœ. & ita ponit ĩ dubio sm Dy & Bar. in §. fructus. i fi. solu. matri.

Erit.

Universidad de Deusto Biblioteca

a ¶ Erit.} ut & ʒ. eo. sed & si §. seruum cōem: sic & in libertatete: ut ʒ. de manu. test. l. uerum est. secus est in legato: ut ʒ. de adim: leg. l. cum seruus. contra. Sol. hic fieret domino iniuria si saltem hunc non haberet hæredem: ut inst. qui ma. non pos. §. i.
b ¶ Manumissus.} à testatore.
c ¶ Valeat.} hanc soluit infra ibi, sed & si purè &c. quod ualeat. Ac.
d ¶ Veniente die.} non ante etiam hodie lex enim quæ præsumit seruo instituto fieri eū liberum. instit. qui. ma. non pos. §. i. loquitur ubi non apparet domini uoluntas contraria: aliàs non est locus prę sumptionis: ut ʒ. de uer. obl. l. continuus §. cum ita. hic enim demū post diem dari uoluit.
e ¶ Moratur.} Not. quòd hęreditas per se ad diem morari uel dari non posset: ut infra eo. l. hęreditas. sed libertas ex die dari pōt: & sic p eā, ut hic dicit, morat hęditas. Az. & facit ʒ. eo. l. seruus alien'. §. i.
f ¶ Post diem.} quid si ante? H.
ADDITIO Dic secundum Bal. hic quòd conditio est purificata: & sicut si ab initio, cēt pura īstitutio, spectaretur dies libertatis: ita dicit argum. l. q si pendente. de peri. & com. rei vend. & l. potior. ʒ. qui po. in pig. habean.
g ¶ Alienatus.} à testatore. Accur.
h ¶ Manumissus.} à testatore.
i ¶ Hęredem existere.} uoluntarium. & dic à testatore in utroque casu. scilicet si ante quam adeat iussu domini fiat liber: ut insti. eo. §. seruus autem. & §. alienus. quinimò. & si nō esset liber, puta alienatus, poterit iubente nouo domino nolle adire: ut C. eo. l. 3. & sic si postea fiat liber, adibit suo arbitrio. Vel dic ēt nō manumissus hęres erit alij: & sic impropriè: ut ʒ. de acq. hęr. l. placet.

† libr. 1. ad Sabin.
Du. p partib. q̄s hæredes &c.
† In P. F. partiū portiones.

let, & necessari' hæres erit. [a] ¶ Si seruus qui ex die libertatem acceperit, & hæreditaté purè, mox sit alienatus uel manumissus, [b] videamus an institutio ualeat. [c] Et quidem si alienatus non sit, potest defendi institutionem ualere, ut ueniente die [d] libertatis, quę hęreditatem moratur, [e] cōpetēte libertate & hæres necessarius existat. Sed si in diem libertas, hæreditas autem sub conditione data sit, si cōdō post diem [f] adueniente extiterit, liber & hæres erit. Sed etsi purè fuerit hęres institutus, libertate in diem data, si sit alienatus [g] uel manumissus, [h] dici debet eum posse hæredem existere. [i] Sed & si non ipse seruus sit alienatus, [k] sed usufructus in eo, æquè institutio [l] ualet: sed differtur [m] in id tempus quo extinguitur usufructus.

¶ Plures instituti ex diuersis rebus admittuntur æqualiter ut instituti. Bar.

¶ Paulus. † LEX X.

SI alterius [n] atq; alterius fundi pro æquis partibus hæredes q̄s instituerit, perinde habebitur, quasi nō adiectis partib. hęredes scripti essent. Nec enim facilè ex diuersitate prędiorum portiones [o] inueniuntur, Ergo expeditius est, quod Sabinus scribit, perinde habendum, [p] ac si nec fundum [q] nec partes nominasset. [r] †

K ¶ Alienatus.} à testatore.
l ¶ Institutio.} id est, æqua.
m ¶ Differtur.} hodie autem uidetur q non debeat differri: imo statim adueniente die libertatis sit liber & hæres & necessarius, licet duret in eo usufructus: quia bene potest hodie proprietarius uolente usufructuario ei dare libertatem: ut C. communia de ma. l. i. §. fin autē proprietarius.
SI alterius.} CASUS Instituit Titius sibi hæredem Seium in dimidia cuiusdam sui fundi Titiani: & Caium in tertia parte cuiusdam alterius sui fundi nomine Corneliani, & in superfluo suæ hæreditatis non dedit eis aliquos cohæredes. quæritur quid debeat fieri de hęditate dicti Titij? Certe perinde est ac si hæredes essent in dictis fundis, non adiecta parte aliqua: & sic quilibet eorum habebit hęditatem pro dimidia & uice perceptionis habebunt partes prædictorum prædiorum, in quibus partibus instituti fuerunt. difficile. n. esset inueniri siue fieri portiones hæreditatis ex diuersis partibus prædictorū prædiorum, in quibus partibus prædicti Seius & Caius instituti fuerunt a Titio. & hoc dicit. Viu.
n ¶ Si alterius.} idem si eiusdem: ut ʒ. eo. l. quoties. §. si duo. Io.
o ¶ Portiones.} s. hæreditas.
p ¶ Perinde habendum.} quantum ad portiones hęditarias. nam quantum ad eos fundos non perinde est: ut ʒ. eo. l. ex facto. §. j. & facit ʒ. eo. l. j §. si ex fundo. & ʒ. ti. j. l. cohęredi. §. fi. & ʒ. ad Treb. l. si q̄s priore. Sed ʒ. ʒ. eo. l. proxi. Sol. concessio melioris rei uel partis non facit ut plus uideatur esse datum de hæreditate, ut hic: sed copulatio plurium personarum in eandem rem uel partem coniungit eos in unam dimidiam: & alter cui per se hæreditas institutionis iure est collata, habet aliam dimidiam ut ibi.
q ¶ Nec fundum.} quantum ad partes hæreditarias, sed iure prælegationis hoc habent: ut ʒ. eo. l. ex facto. Accūr.
r ¶ Nominasset.} & ita deductis partibus æqualiter erunt hæredes.

Titius fundi.} CASUS. Institui mihi hęredem Titium in fundo meo Corneliano: & duos alios Titios institui mihi hęredes in quadam mea insula siue domo nomine Titiana. certe hoc casu debet ita diuidi hęreditas mea, scilicet ut primus Titius habeat hæreditatis meæ medietatem: alij autem duo Titij qui fuerunt in insula instituti, habeant aliam dimidiam. Viu.
s ¶ Hic.} id est, in tali casu.
t ¶ Semissem.} facit. infra l. tertia 2. respon. & §. sed si duos. & l. itē quod. §. sed si expleto. & l. liber homo. §. si Titius. & argum. supra de vsufru. accresc. l. si quis Titio. & l. si proprietas. & infra de usufru. le. l. Sempronius. §. fin. & insti. eo. §. uideamus. & C. de impub. & ali. substi. l. fina. in fine. sed præcedens casus est argum. contra. sed expone ut ibi.

† Et sic admittent ad hęreditatem æquis portionibus. & concor. c. j. i gl. sup uer certa. post mediū: ibi, si sūt plures ex d te. li6.
† li. 7. epist.
† Attius, in P. F. ut & i fra Attius sex missē.

¶ Coniuncti ex re certa habentur p uno quo ad diuisionem hæreditatis faciendam cum alio instituto. Bar.

¶ Iabolenus. † LEX XI.

† TItius fundi Corneliani hæres esto mihi. duo Titij illi' insulæ hæredes sunto. Hic [s] habebunt duo Titij semissem, [t] ac Titius semissem. idque Proculo placet. quid tibi uidetur? Respōdit, uera est Proculi opinio.

¶ Etiam in distributione partium ultimum dictum prævalet. Bart.

¶ Paulus. † LEX XII

SI inæqualibus partibus datis ita adijciatur: Quos ex disparibus partibus hæredes īstitui, æq; hæredes sunto: existimandum est exęquari eos, scilicet si hoc ante peractū [v] testamētum scriptū sit.

¶ Dictio Aequè, facit ut coniuncti cum disiunctis æqualiter admittantur. Bar.

¶ Vlpianus. † LEX XIII.

INterdum hęc adiectio, Aequè hæredes sunto. testatoris uolūtatem hanc exprimit: ut putà Primus & fratris mei filij [x] æquè hæredes sunto. Nam hęc adiectio declarat omnes ex uirilibus parti

SI inæqualibus.} CASUS. Institui mihi hæredem Titium in octo uncijs & Seium in quatuor: & postea ita dixi ante testamentum perfectum: quos ex disparibus partibus hæredes institui æquè hęredes sunto, certè quilibet eorum habebit dimidiam hęreditatis meæ. Viuianus.
v ¶ Peractum.} idem & si post peractum: sed ideo sic dicit, quia si ante peractum, non oportet iterum adhiberi de nouo aliam solennitatem: alioquin sic, ut supra de testa. l. hæredes. §. i. secūdum Ro. Vel ideo sic dicit, quia ubi ante, ipso iure non uidentur datæ inæquales partes, sed æquales tantum finguntur datæ. si autem posteà, uidentur ademptæ inæquales, non ipso iure non datæ: ut ar. ʒ. de leg. j. l. si ita sit ascriptum. Azo. & ʒ. de ijs quæ in testamen. delen. l. prima §. sed si legi. & §. sed consulto. & facit infra eodem. l. si ita scriptum fuerit.

† libr. 2. ad Sabin.
† libr. 7. ad Sabin.

INterdum.} CASUS Pone q ita mihi institui hęredes in testamēto. Primus & fratris mei filij ęquè hędes mihi sunto. certe quilibet eorum habet uirilem partem. Si autē ita dixissem, Primus & fratris mei filij hęredes mei sunto: primus haberet dimidiam hęreditatis, & filij fratris mei haberent aliam dimidiam.
¶ Paterfamilias.} Faciens testamentum potest distribuere hęreditatem suam in quot partes uult: sed solennis distributio asis solet fieri in 12. uncias. aut ergo testator distribuit in minus q̄ in 12. partes aut in plus. si minus, totum reducitur ad assem, siue ad 12. partes, puta instituit sibi Titium & Seium in tribus uncijs. certè nouem residuę uncię eis accedunt: & sic quilibet eorum erit hęres in sex uncijs. si autē instituit Titium in tribus uncijs, & Seium in sex: certè superfluę tres unciç debent eis accrescere pro hęreditarijs partibus. Si autem excesserit testator 12. uncias in diuidenda hęreditate sua inter hęredes. ęquè pro rata decrescit quantum ad numerum 12. unciarum, ut puta instituit me in 12. uncijs, te autem instituit in sex. certè ego habeo octo uncias hæreditatis. & tu quatuor. si autem Titium & Seium instituit ex asse, & Sempronium & Caium in 12. uncijs: certe Titius & Seius habebunt sex uncias, & Sempronius & Caius alias sex. si autem Titium & Seium ex asse hęredes instituit, Sempronium autem in dimidia et sexta, id est ex sex & duabus uncijs, id est ex octo uncijs, certe hoc casu distributus est as in uiginti uncias, ex quibus debet habere octo uncias ille, qui est institutus in dimidia & sexta & duodecim uncias debebunt habere illi duo, qui fuerant instituti ex asse. si autem instituit Titium in quatuor uncijs, & Seium in quatuor, & Caium in quatuor, & postea eundem Titium in duabus uncijs: certe hoc casu hęreditas diuidetur in quatuordecim uncias: s. ut Titius habeat sex uncias, & Seius quatuor, & Caius quatuor. omnia tamen prędicta reduci possunt ad assem. Viu.
x ¶ Filij.} omnes enim coniuncti loco unius habentur: ut ʒ. eodē. l. Iulianus. & l. Lucius. & ʒ. tit. i. l. si pater. & infra de legatis. i. l. plane. in princ.

principi. Sed argu. contra. in fra. de leg. 2. l. Lucius. §. Lucius. Sol. ut ibi Accursius.
a ¶ Solennus.} id est frequens.
b ¶ Minus.} quā in duodecim.
c ¶ In hæc.} duodecim.
d ¶ Reuoluitur.} alias resoluitur, scilicet hæc distributio minor & not. uoluntatem testatoris in potestatem iuris resolui. Accursius.
e ¶ Qui accedit.} i. q. superest.
f ¶ Pro partibus hæreditarijs.} ut infra de secun. tab. l. si ita. & C. de testa. mili. l. 3. Accursius.
g ¶ Vncias.} quia habent propria nomina hæ partes. ut inst. eo. §. hæreditas.
h ¶ Decrescet.} quantum ad numerum vnciarum non quantum ad substantiam.
i ¶ Trientem.} imò videtur adimere primo quantum confert secundo: ut C. de leg. l. cum quæstio. Respon. trahe hanc ad illam: uel hic constabat talem fuisse uoluntatem, ut transiret ad dipondiū: quod potest: ut hic, & instit. eo. §. videmus. ut plene in contrario no.
k ¶ Illos.} ex asse institutos, & ita decrescet eis quantum ad numerum unciarum: non quantum ad substantiam rerum hæreditariarum: ut infra de leg. primo. l. si quis testamēto. §. i. & l. si pluribus, & potest hoc facere, & hic est contra. C. de le. l. cum quæstio. Solu ut ʒ. proxi. §.
l ¶ Ex dimidia.} s. parte assis.
m ¶ Et sexta.} scilicet parte. & facit supr. eo. l. Titius fundi. Accursius.
n ¶ Apud eundem.} s. Labeonem.
o ¶ Tertia.} id est quatuor uncijs: & quendā aliū in octo uncijs: subaudi.
p ¶ Expleto.} alio instituto in besse.
q ¶ Sexta.} assis.

Testatoris uoluntas in iuris potestatem quādoque resoluitur.
† In hunc locū copiose Alex. ab Alex. libr. i. Genial. die. cap. i.

bus institutos, ut & Labeo scripsit qua detracta, semissem fratris filij, semissem primus haberet.

¶ Res est diuisibilis in infinitas partes. B.

¶ Paterfamiliās † distribuere hęreditatem in tot partes potest, quot voluerit: sed solennis [a] assis distributio in 12. vncias fit. ¶ Deniq; si minus [b] distribuit, potestate iuris in hæc [c] reuoluitur: [d] ut putà si duos hæredes ex quadrante scripserit. nam hæreditas eis residua accedit, ut ex semissibus uideantur scripti. ¶ Sed si alter ex quadrāte alter ex semisse hæredes scripti sunt, qui accedit [e] quadrans, pro partib. [f] hæreditarijs eis accrescit. Sed si excesserit in diuisione duodecim uncias, [g] æquè pro rata decrescet: [h] ut putà me ex duodecim uncijs hęredē, te ex sex scripsit. ego hæreditatis habebo bessem, tu trientem. [i] ¶ Sed si duos ex asse hæredes scripserit, alios duos ex duodecim uncijs, an æquè distributio fiat, apud Labeonem libro 4. posteriorum quærit. Et putat Labeo & illos [k] ex semisse, & hos qui ex duodecim uncijs scripti sunt, ex semisse hæredes fore. cuius sententiæ assentiendum puto. Sed & si duos ex asse hæredes instituerit, tertium aūt ex dimidia & sexta, eodē libro Labeo ait in 20. uncias assem diuidendū octoque laturum ex dimidia [l] & sexta [m] scriptum, illos duos 12. ¶ Apud eundem [n] refertur: Titius ex parte tertia. [o] deinde asse expleto, [p] idem ex parte sexta. [q] In 14. uncias hæreditatem diuidēdam [r] Trebatius ait.

¶ Si quis multos hæredes, primum in primam, secundum & tertiam in secundam & tertiam partem scripserit, intelligunt omnes æqualiter instituti. Bar.

¶ Iabolenus. † LEX XIIII.

SI quis † hędes ita instituit, Titius ex parte prima, Seius ex parte secunda, Mæuius ex parte tertia, Sulpitius ex parte quarta hędes sunto: æquæ partes [s] hęditatis ad institutos pertinebunt: q a testator appellatione numeri, scripturę [t] magis ordinem, quàm modū [u] partibus [x] imposuisse uidet.

¶ Relatiuum quis uel qui, in dubio facit ueram relationem, non simplicem. Bart.

¶ Vlpianus. † LEX XV.

IVlianus † quoq; lib. 30. refert, si quis ita hæredes scripserit: Titius ex parte dimidia [y] hęs esto, Seius ex parte dimidia. ex qua [z] parte Seiū institui, ex eadē parte [a] Sempronius hęres esto: dubitari posse, [b] utrū in tres semisses diuidere uoluerit hæreditatē, an uerò in unum semissem Seiū & Sempronium coniungere: quod est uerius: [c] & ideo coniunctim eos uideri īstitutos. sic fiet, ut Titius semissem hi duo quadrātes [d] ferāt. ¶ Idem eodē libro scripsit, si primus [e] ex semisse: secūdus ex semisse: [f] si primus hæres non erit, tertius ex dodrante substitutus sit: facti quidem quæstionem [g] esse: uerum rectè dici, si quidē primus adierit, æquales partes habituros: [h] si repudiauerit, [i] 15. partes [k] futuras: ex quibus nouem quidem laturum tertium, sex [l] secundum.

¶ Iulianus. † LEX XVI.

NAm tertium, & instituti [m] & substituti personam sustinere: [n] & in tres partes [o] institutum uideri, in sex [p] substitutum.

¶ Vlpianus. † LEX XVII.

ITem, quod Sabinus ait, si cui pars apposita non

r ¶ Diuidendam.} ut Titius vj. alius viij. habeat: ut suprà proximo §.
SI quis.} CASUS Caius ita instituit sibi hæredes. Titius ex parte prima sit mihi hæres, Seius ex secunda, Mæuius ex tertia, Sulpitius ex quarta. certè æquales partes ad eos pertinebunt: quia cum dixit Caius, Titius ex parte prima, Seius ex secunda &c. uidetur imposuisse ordinem scripture, ut sic dixisse videatur. primo loco instituo Titium, secundo Seiū &c. non autem videtur dixisse: instituo Titiū in una uncia: Seium in duabus: Mæuiū in tribus: & Sulpitium in quatuor: sicut quidā credebant, & male. credebant enim q decem unciæ essent inter eos prædicto modo diuisæ, & q duæ superfluæ deberent eis accrescere pro hæreditarijs partib. sed si ita dixisset dictus Cai': Titi' ex parte dimidia hæres esto, & Seius ex alia dimidia: & ex qua parte prædictū Seiū institui, ex eadē parte Sempronius hæres esto: tunc Titius habebit dimidiam, & inter Seiū & Semproniū alia dimidia diuideretur ita q Seius haberet tres uncias, & Sēpronius alias tres. Sed si quendam nomine primum instituisset ex semisse, & secūdum ex alio semisse, id est sex uncijs, & substituit tertium in nouem vncijs si primus hæres non esset: certe si dictus primus adierit, sicque per consequens sit exclusus tertius: primus & secundus habebunt æquales partes de tota hæreditate: si autem repudiauerit primus, sicque uendicasset sibi locum tertij substitutio, quæ fuit facta in nouem vncijs, ut dictum est: diuidetur hæreditas in xv. partes. uoluit enim testator excedere assem, cum numerauerit plures uncias quam 12. in persona secundi & tertij: ex quibus quidem quindecim partibus nouem habebit dictus tertius, & sex secundus. Nam Iulianus scripsit videri dictum tertium substitutum prædicto primo in sex vncijs in quibus fuit institutus dictus primus ut dictū est: institutum autem videri dictum tertium in tribus uncijs, quæ erant ultra assem distributum inter primū & secundum: & sic dictum tertium uideri sustinere in dictis nouem uncijs personam substituti & institui. Viuianus.
s ¶ Aequæ partes.} id est æquales partes. Accursius.
t ¶ Scripturę.} ut sic dixisse uideatur, primo loco hunc hæredem instituo &c. Azo.
v ¶ Quam modum.} diuersum à primo. Azo.
x ¶ Partibus.} singulis prædictis. Accur.
y IVlianus.} Ex parte dimidia. repete, hæres esto: ut & ʒ. l. i. §. duos.
z ¶ Ex qua.} hic incipit institutio tertii.
a ¶ Parte.} dimidia.
b ¶ Dubitari posse.} dubitatur esset ne relatio simplex, an personalis. & certe potius ē personalis, aliàs est simplex: ut C. de pact. conuen. l. ex morte.
c ¶ Verius.} aliter ponitur infra eodem. l. si te solum. §. fina. Azo. & facit ʒ. de uerb. sign. l. triplici. §. fina. Accursius.
d ¶ Quadrantes.} scilicet duos. & hoc est q libet tres uncias: & sic sex inter ambos.
e ¶ Si primus.} hæres sit institutus.
f ¶ Ex semisse.} alio, repete sit institutus.
g ¶ Questionem.} q d vel quantum uoluit unumquemque habere. Accursius.
h ¶ Habituros.} primum & secundum: tertium uero nihil.
i ¶ Si repudiauerit.} primus. Accur.
K ¶ Quindecim partes.} nam uoluit excedere assem, cum connumerauerit plures uncias q̄ duodecim. & hoc præsumitur s̄m has leges. hodie præsumitur in dubio q & s̄m hoc tertius hodie habebit 9. unc. secundus tres: ut tres uideantur sibi ademptæ: ut C. de leg. l. cum qō.
ADDITIO. Tu dic secundum Bar. hic, q cum cuilibet ex primis reliquerit minus, secundo plus, q hæc lex hodie non est correcta: ut no. per gl. in d. l. cum quæstio. C. de leg.
l ¶ Sex.} & est ratio, q a tertius in nouē uncijs est substitutus, prim' in sex uncias primi, & tres suas. sec's uero in sex tm̄ est institutus. Ac.
m NAm tertium.} Instituti sub eadem conditione, s. si primus hæres non esset. R. & no. vnum uicem plurium sustinere de quo no. ʒ. de pact. l. si plures. Accur.
n ¶ Sustinere.} no. quem uicem duorum sustinere.
o ¶ Partes.} i. uncias quæ sunt tres partes de quindecim.
p ¶ In sex.} i. vncias. & facit ʒ. eo. l. quoties §. si quis primum.
ITem.} CASUS Excutiamus illud q̄d Sabinus ait. s. si cui hędi instituto non est apposita pars per testatorem, habeat quod deē de

† libr. 1. ex Cassio.
† libr. 7. ad Sabin.
† ad intell. huius l. uid. Coras. in l. testō. nu. 7. C. de ipub.
† lib. 30. Digestor.
† libr. 7. ad Sabin.
Vnus plurium uicē quādoque sustinet.

Universidad de Deusto
Biblioteca

esse. Excutiamus dico in quibus casibus locum habeat: & verum habeat locum in hoc casu quem propono. Scripsit dictus Caius testator hæredem Titium in tribus vncijs, & Seium in alijs tribus, & Sempronium sine parte. nunquid secundum dictũ dicti Sabini habebit dictus tertius illud quod deest ad assem id est, sex uncias? Et dicitur ꝙ sic. unde pone quòd dictus testator instituit duos in 11. uncijs, & duos alios instituit sine parte: & ita hi duo ultimi sine parte instituti debent habere unciam quæ deest ad assem: ut supra per prædicta apparet nunquid sunt in dicta vncia ita coniuncti, quòd sit iter eos ius accrescendi uno eorum repudiante partem suã dictæ unciæ. i. dimidiã dictæ unciæ: ita quòd primis duobus eorum cohęredibus pro certis partibus institutis nihil accrescat de dicta media uncia repudiata. Et dicitur quòd non imò omnibus accrescit. nã non est unus eorum sine parte institutorũ magis coniunctus alij quã cæteris cohæredibus. sed si prædictos duos primos quos instituerat in 11. uncijs, instituat in 11. uncijs, & prędictos duos ultimos scripsisset hæredes sine parte: quo casu uenirẽt ultimi in alijs. 12. uncijs, sine in aliũ assem: certè sicut dixi s. eos non eẽ coniunctos quãtum ad ius accrescendi ita dico & hic, & bene dixi ꝙ duo vltimi ueniunt in alium assem. nam & si unus sine parte instituatur, & duo alij instituãtur coniunctim sine parte unus habebit vnũ semissem, alij duo alium semissem. Sed qd si instituat duos uel tres in uno asse simul, & quartum instituat sine parte certè quartus habebit alium assem. secus si expleto asse ita scripsisset quartus ex reliqua parte hæres esto. quia uidetur quartus in aliquo institutus, cui nihil sit relictum. Sed pone ꝙ Titium instituit in 12. uncijs, & Mæuium in assem: & ita inter eos duos distribuit dupondium id est 24. vncias. & posteà tertium instituit sine parte: certè ille tertius non habebit unum assem, & dicti alij duo alium assem: sed quilibet eorum habebit unum trientem facta relatione ad 12. uncias uel habebit quilibet eorum trium unum assem: habita relatione ad tripõdium, i. ad 36. uncias. Viuianus.

Legit quidã lẽ, hic Sabinus ait si cui pars apposita n ẽ: duos putã ex quadrãtibus habere. &c.

est, [a] excutiam[b]: † Duos ex quadrantibus [c] hæredes scripsit: tertium. [d] sine parte. Quod assi deẽ, feret. hoc & Labeo.

¶ Qui quosdam instituit ex 11. uncijs, et duos sine partibus, illam unciam habebunt illi, qui sunt scripti sine partibus & si unus ex eis semunciam repudiat, omnibus accrescit. Bar.

¶ Vnde idẽ tractat, si duos ex vnã cim, duos sine parte scripserit, mox unus ex ijs, qui sine parte fuerũt, repudiauerit, utrum omnib. semũcia, an ad solũ sine parte scriptum pertineat. Et uariat. sed Seruius omnib. accrescere [e] ait. quã sñiam ueriorem puto. Nam quantũ ad ius accrescendi, non sunt cõiuncti [f] qui sine parte instituunẽ: quod & Celsus lib. 16. ᵭorũ, probat. id ẽ quoque putat & si expleto asse duos sine parte hr̃des scripserit: neq; hos, [g] neque illos cõiunctos. Sed si asse expleto aliũ sine parte hr̃dem scripserit, is in alium assem ueniet: aliter, atque si ita scripsisset expleto asse: Ex reliqua parte hæres esto. quoniã cũ nihil reliquũ sit, ex nulla [h] parte hæres institutus est. Sed si expleto asse, duo sine partib. scribantur utrũ in singulos asses isti duo, an in unum assem coniunganẽ, quæritur. Et putat Labeo, & verius est in unũ assem venire. Nam & si [i] unus sine parte, duo coniunctim sine parte instituantur, non tres, quàm trientes fieri Celsus lib. 15. scripsit, † sed duos semisses. Quod si qs dupondiũ [k] distribuit, & tertiũ sine parte instituit, hic non in aliũ assem, sed in trientẽ ueniet, ut Labeo libro 4. posteriorum scripsit: [l] nec † Aristo vel Paulus, ut pote probabile, notant. [m]

¶ Institutus sine parte habebit, qđ deest ad dupondium. Bar.

¶ Pau. li. 1. ad Vitellium. L. XVIII.

† QVæsitũ [n] ẽ si plus asse paterfamiliàs † distribuisset [o] & aliquem sine parte fecisset hæredem, utrum is assem habiturus foret, an id duntaxat quod ex dupondio deesset. Et hanc eẽ tolerabilissimam sententiam puto ut eadem ratio [p] in dupõdio omnique [q] deinceps, quæ in asse, seruet. [r] Paulus † libro quæstionum. Eadem ratio est in secundo asse, quæ & in primo.

¶ Verba enunciatiua conditionaliter ꝓlata, non inducunt dispositionem. Bar.

¶ Vlpianus. † LEX XIX.

EX facto etiam agitatum Pomponius & Arrianus referũt, si quis uacua parte relicta, [s] ita instituerit, Si mihi [t] Seius † hæres non erit (quem non instituerat [u]) Sempronius hæres esto: an hic † Seius occupare posit uacãtẽ portionem? Et Pegasus quidem existimat ad eã partẽ admitti. [x] Aristo † contra putat: quia huic pars esset data [y] quæ nulla esset.

a ¶ Non est.] habeat, quod deest. Accur.
b ¶ Excutiamus.] in quibus casibus locum habeat.
c ¶ Ex quadrantib.] hoc est quemlibet ex suo quadrante.
d ¶ Tertium.] aliàs est tertius. & ita in libro domini. Azo.
e ¶ Omnibus accrescere.] imò ad solum coniunctum: ut C. de cad. tol. l. j. §. si uerò qui dam ex his. & s. de usufru. accre. l. j. §. idem si duob. quæ sunt contra. Sol. dic quòd ibi non coniungit uerbis hos sine pte institutos, aliàs secus: ut ꝟ. eo. l. hæredes sine. Sed huic distinctioni uidetur contra infra eodem. l. si ita quis hæredes. ubi erant coniuncti verbis: & tamen est idem quod hic dicitur. Sed dic quòd ibi erant disiuncti re propter uerbum æquis. & sic sunt ibi inæquales, coniũctus verbis tantum, & coniunctus re tantum. & facit ꝟ de lega. 3. l. re coniuncti. & dic quòd omnes sunt coniuncti re: nam ambo separatim & sic in solidum sine parte sunt instituti: & sic tam inter se, quàm alijs sunt coniuncti re.
f ¶ Non sunt coniuncti.] qui re sola coniunguntur. & coniunge ita ꝙ præferantur alijs, cum & alij erant re coniuncti.
g ¶ Neque hos.] dic quòd omnes sunt instituti uerbis disiuncti, & tantum habent duo quantum & alij primi: ut ꝟ. eo. §. sed si expleto asse. & ꝟ. proximo §. sed quia re coniuncti, habent ius accrescendi. ut s. proxi. respon.
h ¶ Ex nulla.] secus si aliqua pars vacaret: quia tunc sub verbo reli

Bar. in l. re coniuncti. de le. 3. i 2. dubitatione. dixit portionẽ deficientẽ accrescere omnib. qa nullo mõ ibi sunt cõiuncti, constat glo.

quum, ¡ contineret totũ c alter repudiaret: ut C. eodẽ. l. 1. & ꝟ. de verb. sign. l. si pater. & l. cæterorum quæ sunt ar. contra. Item arg. ꝟ. s. de statu lib. l. libertatem. in fi. Sed ibi speciale. Accur.
i ¶ Nam & si.] à simili.
k ¶ Dupondium.] id est, pondus 24. unciarum. sed tripondium, 36. vnciarum.
l ¶ Scripsit.] contra insti. eo. §. si plures. ibi idem quod &c. ubi dicit idem in dupõdio expleto quod in asse expleto sed in asse expleto si alius sine parte instituatur, uidetur in tãtũdem institutus: ut eo. titu. §. videamus. & s. hac lege. §. sed si asse. ergo expleto dupondio alius sine parte institutus tantundem debet habere quantum primi Sol. hæc corrigitur per illam. Alij ꝙ hic Labeo malè dixit. ut hic subijcit quod in idem recidit. Tu dic idem ibi esse si dupondium &c. scilicet ut institutus sine parte, uideatur institutus in 11. uncijs: ut sic ad tripondium veniat: sicut institutus sine parte asse expleto uenit ad dupondium.
m ¶ Notant.] id est, non approbant id ut ꝓbabile, secundum quosdam. Sed dic nõ notãt, id est non reprehendũt ut pote probabile, id est, quia probabile est. & facit ad id totum. ꝟ. de secun. tabu. l. fin.

QVæsitum.] CASVS. Testator instituit sibi Titium in octo uncijs & Seium in alijs octo: & ita inter eos duos distribuit ultra assem: & postea instituit Sempronium sine parte. Certè Sempronius habebit illud quod deest ad dupondium. i. octo uncias & idem esset in tripondio & in sequentibus vsque in infinitum. semper tamen intelligas quòd reducuntur ad assem. Viuia.
n ¶ Quæsitum.] aliàs quæsitum. & aliàs Sabinus. & dic superiori l. compleuit assem & dupondium, & non excessit: hic autem excessit assem uel dupondium uel tripondium.
o ¶ Distribuisset.] uno instituto in 10. alio in 14.
p ¶ Ratio:] No. eandem rationem in dupondio & tripõdio & quadripondio: quæ in asse seruari.
q ¶ Omnique.] i. tripondio & quadripondio.
r ¶ Seruetur.] s. ut habeat quod deest de dupondio: & sic de alijs: ut insti. eo. §. sed si plures. ibi, si plures unciæ &c. nam in asse sic est: ut s. l. proxi. in princ. Nec obstat ꝟ. eo. l. ex uncijs. imo concordat. & facit ꝟ. de secun. tabu. l. fina.

EX facto.] Casus in hac l. talis est, Testator instituit sibi primum in quatuor uncijs & secundum in tribus, & nullum aliũ instituit & ita remanserunt uacuæ v. unciæ ad assem: & postea ita dixit, si mihi Seius hæres non erit, Sempronius hęres esto. nunquid dictus Seius potest hr̃e dictas 5. uncias per dicta uerba, si mihi Seius hr̃s non erit? Et dr̃ ꝙ non quod aũt dictum est s. s. ꝙ institutus sine parte dẽt habere illud quod deest ad complendum assem uel dupondium uel tripondium uel quadripondium, uerum est sine dubio siue sit institutus sine parte primo loco, siue secundo, siue ult.
s ¶ Relicta.] quia quendam instituerat in decem uncijs: & sic uacabat sextans.
t ¶ Si mihi.] uerba testantis.
v ¶ Instituerat.] aliàs non instituerat. s. testator. & sunt uerba legis. Sed quod sequitur Sempronius &c. sunt uerba testãtis. aliàs est, quẽ instituerã: & tunc sunt omnia testantis. sed falsum dicebat: quia eũ non instituerat. Accur.
x ¶ Admitti.] quasi testator concesserit esse hæredem si uellet. Acc.
y ¶ Esset data.] i. uidetur eẽ data iducta similitudine alterius casus: vt s.

† Verbum reliquit d iporter & qd aliquorũ appellatione cõtinet, uid ad longũ per Bar. i. l. ... dius. i pri. ꝟ. de leg. 3.
† Habetur hæc celsi sñia in l. liber hõ. §. 1. inf. hoc tit.
† Sic in P. F. Halo. autẽ scripsit in aliũ dupõdiũ sed male. Ant. Aug. li. 3. emen. c. 5.
† Aliàs, sed & Aristo & paulus scripta Labeonis ꝓbauerunt pro que ꝓbabilib. accepit Vlpianus, ꝙ ab eis notata si sint.
† In P. F. incipit Sabin': Quæsitũ ẽ etc. Vid Aug. lib. 1. emẽ. cap. 6.
† libro quæstionum, nõ ẽ apud Dua.
† lib. 7. ad Sabin.
† Hæres erit. uide Aug. lib. 1. emẽd. c. 1.
† Seius, nõ est in Dua. exemplar.
† Hæc lex ad hoc allegat, ꝙ uerba enunciatiua nõ inducunt dispositionẽ qui condonatæ proferunt. q̃ sic ringes p l. similia mi. §. cũ ꝟ. de leg. 1. ut pcedat hoc dictũ in testamẽtis tantũ.

ut s. eo. l. item. §. sed si asse. nam ut ibi non apparet pars. ita hic nõ apparet pars, nec institutio quæ fuerit. in substituto autem non ponit quæstionem: quia in eo per consequentiam idem uidetur esse. Respõ. secundum Azo. s. ꝙ admittatur: tum quia sub conditione fuerat institutus, quæ extitit: tum quia omnis substitutus est institutus. sed quidam habent s. an tertius, scilicet Sempronius: & sic formant quæstionem in substituto quem dicunt non admitti: quia non fuit institutus sed substitutus. quod non placet. & facit ꝟ. de adimen. lega. l. legata inutiliter. & de manu. testa. l. Titia. §. fin. Sed arg. cõtra ꝟ. de don. l. ex hac scriptura. Sed ibi speciale. ADDITIO. Dic ergo ibi uerba nunciatiua proferebantur principaliter propter se: hic incidenter propter aliud. quia condicionaliter, secundum Bar. hic.

QVodloco.] Casus in prin. continuatur cum fine. l. ꝓced. ¶ Si iã mortuo.] Titium iam mortuum institui mihi hæredem in tribus unciis: & Seium uiuentem institui mihi in ix. unciis: & Caium institui mihi sine parte. certè. Caius habebit assem: quia pars Titij mortui est pro non scripta: & eã habet Caius. & sic habet Seius totum assem. unde Caius sine parte ĩstitutus debet habere alium assem. Sed pone ꝙ dictum Titium mortuũ & Seiũ institui coniunctim mihi hæredes ex parte dimidia, & Caiũ in alia dimidia. certè Seius & Caius debent habere totam hæreditatem meam æquis partibus: quia sicut dixi, pars mortui est pro non scripta. Viuianus.

† lib. 1. ad Sabin.

sententiam & Iabolenus probat, & Põponius, & Arrianus: & hoc iure vtimur.

¶ Paulus. † LEX XX.

QVo loco [a] scribatur hęres sine parte, vtrũ primo, an medio, vel nouissimo, nihil [b] interest.

¶ Si iam mortuo relinquitur, id accrescit alijs: & uerba testõris debent intelligi perinde ac si esset illud qđ testõr putauit. B.

¶ Si iam mortuo quadrãs, alij dodrans datus sit, & alius sine parte scriptus sit, Labeo ait eum qui sine parte hæres institutus sit, alterum [c] assem habiturum, & hanc mentem esse testantis. quod & Iulianus probat, & verum est. Quòd si viuus & mortuus ex parte dimidia coniunctim hæredes instituti sint, ex altera alius, æquas partes eos habituros ait: quia mortui pars pro non scripta habetur. [d]

† lib. 1. ad Sabin.

¶ Pomponius. † LEX XXI.

TRebatius ait, [e] sic non recte scribi: Quisquis mihi hęres erit, Stichus liber & hęres esto. liberum tamen eum futurum & hęredem Labeo recte putat. [f] ¶ Seruo libertatem purè [g] hęreditatẽ sub conditione dari posse verissimum puto: vt tamen vtrunque ex conditione pendeat. [h]

¶ Iulianus. † LEX XXII.

ET expleta quidem conditione liber hæresq; erit, quocunque loco [i] libertas data fuerit. deficiente autem conditione perinde [k] habebitur, ac si libertas sine hæreditate data fuerit.

¶ Missus in possessionem, pendente conditione potest omnia facere, quæ curator datus posset. h. d. secundum uerã lectu. Bar.

¶ Pomponius. † LEX XXIII.

SI quis instituatur hæres in diẽ certum [l] vel incertum, [m] is bonorum possessionem agnoscere potest, [n] & tanquam hæres [o] distrahere hæreditatem.

¶ Si institutus differt conditionem potestatiuam implere, ei ad hoc per iudicem terminus statuetur. Bartolus.

a ¶ Quo loco.] inter institutos uel substitutos cum partibus. Vel dic, quo loco testamenti. Accur.
b ¶ Nihil.] quia semper habet uacantem: ut ꝟ. eo. l. qui non militabat. §. filiis. & institut eodem. §. nec interest. & facit insti. de leg. §. ante hæredis.
c ¶ Alterum assem.] id est, medietatem. Sed quid erit de quadrante? Respon. accrescet utrique pro rata: ut C. de cadu. tol. §. in primo. Et no. hic ar. quod uerba intelligenda sunt, sicut si uerum esset quod testator uerum putauit, cum non erat, ut ꝟ. de re. du. l. qui habebat. & s. de iis quæ in testa. delen. l. prima. §. sed nolẽtibus. & sic not. s. de condic. inde, l. seruo.
d ¶ Habetur.] & apud coniunctum solum remanet: ut C. de cadu. tol. §. si uero quidam ex his. & hoc idem esset in caduco. & in causa caduci, quod in pro non scripto: ut C. de cadu. tol. §. in primo. & §. pro secundo. & §. ꝙ si medio. Item est cõtra ꝟ. de leg. i. l. si duobus. i. respõ. So. ut ibi. Item facit ꝟ. de iur. codi. l. ij. in prin.

TRebatius CASVS Ego qui non institueram mihi aliquem liberum hæredem, nec instituere proponebam, ita dixi in testamento meo. quisquis mihi hæres erit, Stichus seruus meus liber & hęres mihi esto. Certè erit, Stichus liber & hæres mihi necessarius, licet Trebatius diceret & male, eum tantum futurum librum, & non hæredem. si autem dedi ei purè libertatem, & hæreditatem sub cõditione: existente conditione habebit libertatem & hæreditatem; deficiente autem conditione perinde est ac si libertas sine hæreditate ei data esset. h. d. cum ll. seq. Viuianus.
e ¶ Trebatius.] ait, & perperam. Accursius.
f ¶ Recte putat.] imo uidet hoc esse falsum nisi alius primo sit hæres: cum illa uerba in se habeant tacitam conditionem, ut ꝟ. tit. i. l. q. libertis. § sub conditione. Respon. illud est cùm alius est cum eo institutus hæres. hic nullus alius est institutus. & concordat. ꝟ. de acqui. hære. l. ex parte. in prin. H.
g ¶ Pure.] non est uerbũ testatoris. sed iurisconsulti, alioquin aliud esset, ut infra de condit. institu. l. cum seruus. hoc scilicet, quia haberet libertatem etiam deficiente conditione, uel ibi habet cohæredẽ. hic est solus.
h ¶ Pendeat.] scilicet si est solus hæres. nam tunc pendet utrunque ex conditione: quia non potest esse liber ante quam aliquis ut hæres: nec esset heres ante aduentũ conditionis. ut si dicas quod habet cohęredẽ, dic quod utrunque pendet ex conditione. i. an existat utrunque.

nam de uno: id est, de libertate constat alio existente cohære. ut ꝟ. l. proxi. & d. l. cum seruus.
i ¶ ET expleta.] Quocunque loco. i. gradu primo uel secundo, secũdum Azo. uel secundum R. ex testamento uel ab ĩtestato, si hoc expressit testator.
k ¶ Perinde habetur.] cautè posuit sic, uolens dicere: cõpetat libertas uel non: sed perinde habetur &c. quia potest esse ꝙ non petat, si habeat alium cohęredem, qui adiuit & potest esse ꝙ non, si nullum habeat cohæredem qui adeat, uel nullũ habeat. nam non adita hæreditate ex testamẽto nulla in eo relicta ualent, ut ꝟ. de cõtra tabu. l. filium. H. et ꝟ. de condi. & demon. l. aliquãdo. & C. de fidei cõ. lib. l. ex testamento. nisi legitimi sint rogatiut s. de inoffi. testa. l. titia. & facit ꝟ. de manu. testa. l. cum seruus. Accursius.

† lib. 30. Digestor.

SI quis instituatur. CASVS Ego qui habebam multos creditores. institui mihi hæredem Titium usque ad pascha, uel à pascha te i antea. certè incontinẽti me mortuo potest dictus Titius bonorum possessionem agnoscere, & tanquam heres distrahere hereditatẽ causa satisfaciendi creditoribus. si autem institui eum sub die incerta, puta post mortem Sempronij, quæ dies incerta loco conditiõis habet, & tunc agnoscere potest bonorum possessionem iuris. & idẽ est si eũ institui sub potestatiua conditione. puta si seruum quem in potestate habebat, manumisit. uel sub mista, uel sub casuali, puta si Titius ascẽderit capitolium, uel consul factus fuerit. nam in omnibus his casib potest agnoscere bonorum possessionem quæ iuris est, non tamen q̃ uel facti est: ut sic possit alienare de hæreditate. Inter istas tamẽ conditiones est differentia quo ad quid, cum est institutus sub potestatiua conditione, & creditores instant ei ut adimpleat eã: ut sic possint petere satisfactionem: & ipse trahit conditionem, prætor debet ei ꝑfinire tempus intra quod adimpleat, & si non adimpleuerit, quod dabit creditoribus bona. si autem est institutus sub die incerta, uel sub conditione casuali, uel mista, tunc debet prætor ad postulationem creditorum constituere certum tempus intra quod nisi hr̃ditas hæredi obtigerit, aditaq; ab eo fuerit, debet iubere bona mei defuncti creditores posidere, & debet prætor dare interim curatorẽ bonis: qui curator debeat ꝓuidere circa peritura tempore, & ea uẽdere, & soluere æs alienum, quod ex pęna crescit: & maxime si est publicum debitum, sicut euenit cum neuter est in pos. uel cũ pupillus hæres nõ habet tutorem. de alio autẽ nõ debet se intromittere dictus curator, & si creditores pẽdente dicto termino prætoris uellent intrare ĩ pos. bonorum hæreditariorum, & uenditionem de eis facere, nõ possunt, & si fecerint, restituitur hæres causa cognita: sicut & quãdo uenduntur bona illius qui peregre abest non causa frustrandi, uel illius qui impeditur ualetudine, id est, ægritudine, qui quidem non possunt in ius uenire, nec defenduntur. Viui.

† lib. 1. ad Sabin.

l ¶ Certum.] tũc tollit dies certa de medio: ut ꝟ. e. l. hæreditas. Azo.
m ¶ Vel incertum.] i. sub conditione. nam dies incertus. & ut infra de conditio. & demon. l. dies. & infra quando dies lega. ce. l. si cum hæres. Azo.
n ¶ Agnoscere potest.] etiam pendente conditione, ut ꝟ. de secun tabu. l. ij. §. si sub conditione. Accur.
o ¶ Tanquam hæres] hoc refertur ad eum casum quo institutus est in diem certum nã si sub incerto, id est, sub conditione (cũ petat pẽdente conditione bonorũ possessionem quæ iuris sit, non q̃ facti: ut d. § si sub conditione. & l. hi. demũ. licet qdã dixerint cõtra, scilꝫ ꝙ illa q̃ facti est per l. C. de inoffi. testa. l. filius. & illa quæ iuris est, sine effectu, sit nisi existit conditio, ut ꝟ. de secun. tab. l. ij. §. si quis ita. in fine. §.) non potest pendente conditione aliquid facere ut hæres, nec alienare dominiũ, uel aliquid facere, ut hæres. & ita iuris est tantum, non facti, id est cum aliquo effectu. nam nec de iure ciuili potest interim adire, ut infra, de acquir. hæred. l. si is qui bonis. sed potest uendere non ut hæres, sed ut quilibet rem alienam: ut supra de contrahen.

Universidad de Deusto Biblioteca

trahen.emp.l.rē.alienam.si tamen deficiat conditio,& institutus ē talis qui præteritus haberet cōtra tabulas,remanet possessor,ut p cōtra tabulas:ut j.de contra tabu.l.si sub cōditione.& sic alienationes confirmarentur:ut de actio.emp.& uen.l.si quis alienam.

a ¶ Non admittat.} non tamen repudiet.ut j.de cura.bo.dan.l.prima.R.

¶ Sed si bonorum possessionem non admittat [a], sed conditionem trahat [b], cui facilè parere possit, veluti, si seruū quem in potestate habet, manumiserit: nec manumittat, hic prætoris erunt partes, vt imitetur edictum [c] suū illud quo præfinit tempus [d] intra qđ adeatur hæreditas.

¶ *Pendente conditione casuali iudex statuet terminum, intra quem si non petatur bonorum possessio, uel hæreditas adeatur, creditores in possessionem mittentur: & curator bonis constituetur. Bar.*

¶ Item, si cōditioni hęres parere non poterit, quam in sua potestate non habebit, veluti institutione [e] collata in alterius factum [f], aut in quēdam casum, Si ille puta consul factus fuerit. tunc postulātibus creditoribus [g] cōstituet prętor, nisi intra certum tempus hęreditas obtigerit [h], aditaque fuerit se bona defuncti à creditorib. possideri, & interim quę vrgebunt [i], per curatores [k] distrahi iussurum.

¶ Sed si sub conditione quis hæres institutus sit, & graue æs alienum sit, quod ex pœna crescit, & maximè si publicum debitum imminet, per curatorem [l] soluendū est æs alienum: sicut cùm vēter [m] in possessione sit, aut pupillus hæres tutorem non habeat [n].

¶ *Aduersus facta per talem curatorem non restituitur pupillus, sed absens uel aliter impeditus. Bartolus.*

¶ Et ideo ait [o] causæ cognitionem [p] adiectam propter eos, qui sine dilatione [q] peregrè issent, vel ægritudine [r], vel valetudine ita impedirentur, vt in ius produci non possent, nec † defenderentur.

b ¶ Trahat.} i. differat: adimplere. Azo.
c ¶ Edictum.} quod non habemus. Accursius.
d ¶ Præfinit tempus.} sed certeimò statim debet adimplere. alias deficere dicatur conditio, ut j.de cond. & demonst.l. hęc conditio. contra Solu. ibi in legato, hic in hęrede qui ut dominus nō sit grauandus, uel ibi subaudi etiam.
e ¶ Institutione.} id est institutionis conditione.
f ¶ Factum.} puta si Titius ascenderit capitolium.
g ¶ Creditoribus.} s. hęreditariis.
h ¶ Obtigerit.} id est obuenerit.
i ¶ Vrgebunt.} quia pereunt.
k ¶ Curatores.} quos constat interim constituendos qui faciāt talia, ut & j. de cura.bonis dan.l.i. & l.ij. & facit s. de admi. tuto l.inter bonorū.& j. de bo.autho. iudi.poss. l.si seruus. & C. de inoffi.testamē. l. scimus. §.fi.Accur.
l ¶ Curatorem.} datum bonis. Accur.
m ¶ Cum uenter.} facit j. de uen. in poss. mi.l.curator.§.penult. & s.proxi.§. & j. de iure delibe.l.v. Accur.
n ¶ Non habeat.} & debet ex psona patris.alias nō fieret uenditio, ut j. ex qui. cau. in poss.ea.l. apud Iulianum. Accur.
o ¶ Ait.} s.prętor. j. qui ex cau.in poss.ea.l. ij.& l. Fulcinius.§.i.q est falsum, quia ibi non desunt hęc uerba. Vel dic secundum Ioan.in quadā parte † edicti q̄ non habemus.& secundum hoc omnia inferiora uerba uidentur loqui de illo edicto. Vel melius ait Pōponius cōditor huius legis loquēs de seipso in tertia psona, sic & s.sol.mat.l.diuortio in prin.& secundum hoc dic adiectum à pętore qui in quodam edicto dedit restitutionē in integrū illis contra quos est facta missio & ueditio & cā cognita, nam non ad pupillos refertur qui non restituuntur in integrum ob ea quę facta sunt p procuratorem talem ut s.de mi.l.in integrum restitutione.secus in absentibus iusta causa & in his aliis q̄ hic sequuntur, ut s. ex quibus cau.maio.l.i.in fi.& j.qui. ex cau.i poss. ea.l.in possessione.§.cum dicitur.
p ¶ Cognitionem.} alias conditionem.
q ¶ Sine dilatione.} scilicet iniusta uel iusta. Azo. uel dic sine dilatione, scilicet iudicis nam tunc non procederet iudex interim ad faciendum missionem uel uēditionem.ut C. de dila.l.siue pars. Vel dic a creditore, quia nec tunc procederet ad uenditionem, ut j. quibus ex cau.maio.l.Fulcinius.§.sed in diem.sed ad missionem ipsius: ut l.i possessionem.eod titu.
r ¶ Aegritudine.} nota solutionem nō differri propter ægritudinē uel missionem uel uenditionem.Sed an ad litis contestationē uel ad sententiam? Ioannes sic, nō ad cętera, cum procuratorem possit mittere. Sed dic ut supra, si quis cautionibus. lege secunda. §. si quis

† Aliàs, & qđ ait, causa cognita, adiectū est ppter, &c.
† Tamen.
Aegritudo solonē nō differt.
Amplia bis hāc gl. ve pcedat qđ hic dr, etiā in sñia sicut & in litis cōstitutione: & ut no. in c.tenor. extra de re iu. & istam glos. Bar. multū commēdat hic: & plenius in ij. §. si quis in iudicio. s.si quis cau.

in iudicio.uel plenius infra de diuer.& temp.præscri.l.i.Accur.

T Itius.} CASVS. Ita institui mihi heredes, Titius & Seius uter eorum uiuet, hæres mihi esto. certe si uterque reperiē uiuus tēpore mortis meæ, ambo erūt hæredes. si autem unus tantū uiuit, ille solus erit hæres.& idē esset in legato, si tali modo ei reliquissem, q̄a tacita est substitutio ibi.h.d.usque ad l.si te. Viuian.

¶ *Si instituo duos hoc modo: uterue eorū uiuat, & ambo uiuant: ambo sunt instituti. sed si alter tantùm uiuat ille solus est institutus in parte, & in parte mortui censetur substitutus. h.d. cum duabus legibus sequentibus. & est pulcher casus.*

¶ Celsus. † LEX XXIIII.

T Itius & Seius, vter eorū viuet, hæres mihi esto. Existimo, si vterque viuat, ambos hęredes esse: alteroque mortuo [s], eum q̄ supererit, ex asse hæredē fore.

¶ Vlpianus. † LEX XXV.

Q Via tacita substitutio [t] inesse videtur institutioni.

¶ Celsus. † LEX XXVI.

I Dq; & in legato eodem modo relicto senatus [v] censuit.

¶ *Si prima institutio est plena, secūda in eo te testo secū nihil operat. et idē ubi sub pluribus conditionib. disiunctiuè relinquit. B.*

¶ Pomponius. † LEX XXVII.

S I te solū ex parte dimidia purè, ex altera sub cōditione hæredē instituero, & substituero [x] tibi, non [y] existente cōditione, substitutum ex eadem parte hæredē fore Celsus ait. Sed si te hæredem instituero, & deinde sub conditione te eundem instituam, nihil valere sequentem institutionem [z], quę priùs satis plana fuisset.

¶ Sed si plures institutiones ex eadem parte [a] sub diuersis conditionibus fuerint factæ, vtra prior conditio exterit, id faciet [b] quod suprà diximus, si purè & sub conditione idem instituatur.

¶ *Varietas ordinis institutionem non vitiat. hoc dicit. Bartol.*

¶ Vlpianus. † LEX XXVIII.

S I quis ita institutus sit, Titius hæres esto, si Secundus hæres non erit. deinde, Secundus hæ-

s ¶ Alteroque mortuo.} ad hoc j. de lega. j.l.si fundū.§.his uerb. & j. eodē.l. Cornelius. Accur.
t ¶ Via.} Substitutio, scilicet vulgaris quę sit hoc casu uerbis affirmatiuis. sic C.eodem.l. fin. regulariter contra ut i stit.de uulga.substi.§.i. Accur
v ¶ Dque.} Senatus. cuius nomen non habemus.

S I te solum.} CASVS. Ex parte dimidia hæreditatis meę Titium solum purè heredē institui eundem sub conditione si nauis ex Asia uenerit usque ad annum, & ei substitui Seium hoc modo, si Titius mihi hęres non erit, substituo ei Seiū, & postea decessi. nunc Titius repudiauit hęreditatem meam pendente adhuc conditione prędicta. unde Seius substitutus adiuit hęreditatē pro illa dimidia ex qua pure institueram Titiū. modo queritur utrū pendente cōditione uel penitus deficiēte possit dictus substitutus esse heres etiam ex illa alia dimidia ex qua Titius fuit institutus sub dicta conditione? Et dicitur quod sic. Sed quid si dictum Titium institui hęredem in totum pure, & postea eundem sub cōditiōe? Certe nihil ualet secunda institutio. Itē quid si institui dictum Titium i tota hæreditate sub dicta conditione, & postea institutā eundē, si Caius Cōsul factus fuerit? Certè quęcunque conditio prius existat. erit hęres tuus, & secunda institutio non ualebit. & hoc dicit. Vi.

x ¶ Substituero.} tibi in partem illam tantum ex qua sub conditione te institui. Accur.
y ¶ Non existente.} nunc respondet.
z ¶ Sequentem institutionem.} nisi habeat cohęredem. ut j. eod. si quis ita scripserit. Azo. Sed uidetur contra. j. de condi. & demō. l. nā ad ea. Sed ibi in legatis. hic institutionibus. ut infra, titul.i. l. fina.§. fi. Accur.
a ¶ Eadem parte.} in genere eadem: puta instituo te in triente si imperator intrauit Italiam: te eūdem si nauis uenerit ex Asia, instituo in alio triente. Vel dic quod sit eadem omnino, ut istituo te si imperator intrauerit Italiam ex triente, & si nauis ex Asia uenerit in eodē triente. Et dic quod disiunctim posuit cōditionē. secus si copulatiue. quia tunc omnes debent existere, ut institu.eod.§.pe.& j.de uer.obl. l.si quis ita stipulatus.& j.ti.ij.l.si plures. Vel dic ut in l.illa.si plures no. Itē facit in eo.tit.l.si hęredi.
b ¶ Id faciet.} ut quecunque existat, faciat institutionem ualere. Accur.

S I quis ita.} CASVS Ita dixit testator, Titius hęres esto si Secundus hęres non erit & postea dixit, Secundus heres esto. certè quam

lib.16.Digestorū.
lib.6.Regular.
lib.16.Digestor.
Lib.3.ad Sabin.
Duaplo na.
lib.5.ad Sabin.

te quamuis ultimo sit scriptus Secundus, tamen primo erit hæres si uoluerit, & si non uoluerit hæres esse, tunc demum erit hæres dictus primus. & hoc dicit. Viuianus.

a ¶ Placet.} ut j.tit.i.l.ii.§.fi.& de secun.tab.l.ij.§.si qs. ita scripserit.& s.eo l.quo loco.& l.& l.ex facto. Item no. hic q̄ nō nocet ordinem peruerti, cum demum omnia locū habent pfecto testamēto & mortuo testatore.

Ordinis puersio nō nocet.

res esto. placet [a] primo gradu Secundum esse institutum.

¶ *Nomē qsq;, pprie est collectiuū, sed fauore istitutiōis ut distributiuū assumit. B.*

¶ Pomponius. † LEX XXIX.

H Oc articulo Quisque [b], omnes [c] significant: & ideo Labeo scribit, si ita scriptum sit, Titius & Seius, quanta quisq; eorum ex parte hæredem me habuerit [d] scriptum, hæres mihi esto: nisi omnes [e] habeant scriptum hęredem testatorē, neutrum hęredem testatori esse posse: quoniam [f] ad omnium factum sermo refertur. in quo [g] puto testatoris mentem respiciēdam. Sed humanius est [h] eum quidem qui testatorem suū hæredem scripserit, in tantam [i] partem ei hæredem fore. qui autem eum non scripserit, nec ad hęreditatem eius admitti.

¶ Vlpianus. † LEX XXX.

P Ignori obligatum seruum hęredem necessarium domino posse fieri imperator Seuerus rescripsit: ita tamen, si paratus sit priùs creditoribus satisfacere [k].

¶ *Et liberi & serui possunt hæredes institui. Bartolus.*

¶ Caius. † LEX XXXI.

N On minùs [l] seruos quàm liberos heredes istituere possumus: si modò eorum serui sint, quos ipsos heredes instituere possumus: cùm [m] testamēti factio cū seruis, ex persona dominorum introducta sit. ¶ Hæreditarium seruum ante aditam hęreditatē ideo placuit institui hæredem posse [n], quia creditum est hæreditatem dominam [o] esse, & defuncti locū obtinere [p].

¶ *Vltima voluntas non debet ex alieno arbitrio pendere. Bartol.*

¶ Idem. † LEX XXXII.

I Lla institutio [q], Quos Titius voluerit: ideo vitiosa est, quòd alieno permissa est arbitrio. Nam satis constanter veteres decreuerunt testamentorum iura ipsa per se firma esse oportere, non ex alieno arbitrio pendere [r] †.

¶ *Captus ab hostibus, & seruus eius pōt institui propter spem postliminij. Bart.*

¶ Is qui apud hostes est, rectè hæres instituitur: quia iure postliminij [s] omnia iura ciuitatis in persona eius in suspenso retinentur, non [t] abrumpuntur [v]. Itaq; si reuersus fuerit ab hostibus, poterit hęreditatem adire. Seruus quoq; eius rectè hæres instituitur: & si reuersus sit ab hostib. potest eum iubere adire hēditatē. si verò ibi decesserit [x], qui [y] hęres ei existet, poterit per seruum [z] hęres fieri.

¶ *Non expectatur conditio, cuius nihil operatur euentus. Bartol.*

¶ Idem. † LEX XXXIII.

S I quis ita scripserit: Titius ex parte dimidia hęres esto: idē

H Oc articulo.} CASVS. Ita dixit testator. Titius & Seius quanta quisque eorū ex parte hæredē me habuerit scriptū. hęres mihi esto. mortuo dicto testatore inuenitur quòd Titius eum testatorē instituerat iam hęredē in dimidia pone bonorum suorū: Seius autē in nihilo. modò quęritur utrum dictus Titius & Seius possint esse hęredes dicti testatoris, uel etiā aliquis eorum? Et certe inspicere debemus testatoris uoluntatem. si autem illa nō appareat, de stricto iure nullus eorū erit hęres, quia per dictum articulum quisq;, omnes significantur. sed de ęquitate Titius erit hęres p tanta parte quanta testatorem instituerat. i. pro dimidia. Seius autem in nihilo. & hoc dicit. Viuian.

b ¶ Quisque.} aliàs quisquis. Accur.
c ¶ Omnes significantur.} ut C. de pact. l.si creditores.
d ¶ Habuerit.} si iam: ut hoc uerbum habuerit pręteriti tēporis: sit. secus si futuri: ut j. de iis quę pro nō scri. l.i.in fi. quę est contrà. & j.eo.l.si ita quis.
e ¶ Omnes.} uerbum plurale diuisum geminat significationem singularis: ut infrà de condi. & demonstratio.l. falsa demonstratio.§.fi. & infrà, eo.l. pater. Azo.
f ¶ Quoniam.} Nota quòd ad omnium factum sermo refertur, in quo puto testatoris mentem inspiciendam.
g ¶ In quo.} sermone: ut j. de lega. ii, l. non aliter.
h ¶ Humanius est.} in dubio.
i ¶ In tantam.} erit ergo unus hęres, & non alius. sic infrà eo. l. pater. & infrà, de conditio. & demonstratio.l. falsa demonstratio.§.fi.& infrà de cōditio. instit. l.ij.§.fina. Sed cōtrà. C. de ipube. & ali. substit. l.quamuis. & l. cùm quidam. sed in prima inęqualitas. in alia fraternitas tollit contra. Item facit, suprà eod. l.ij. Sed quid de alia parte erit? Respon. ut infrà eod. l. si quis ita scripserit. & quod hic dicit in tantam, intellige quòd ambo instituerant. Sed quid si quilibet in dodrante hunc scripsit, uel econtra quilibet in triente? Respon. tot uncię fient de hac hęreditate, quot ille esse uidentur. argumē. suprà eodem. l. interdum. §. pater. & l. item quod sabinus. Item facit infrà, de lega. ij. l. si ita relictum. iu princ. & l. si pluribus. j. respon. in uersic. qui liber. Accur.

P Ignori.} CASVS Stichum seruum meum obligaui Titio pro x. & posteà eundem seruum institui mihi hęredem cū libertate: & decessi. certè si paratus est dictus Stichus satisfacerē creditori, poterit hęres mihi domino esse, & necessarius erit. Viuia.

k ¶ Satisfacere.} non aliter: ut C. de necessa. serui. l.i. contrà. & facit institu. de noxali. §. si autem damnum. & C. de seruo pigno. dato. l. j. & l. ab eo.

N On minus.} CASVS. Non solùm liberi homines possunt hęredes institui, sed etiam serui alieni: dum tamen eorum domini sint capaces hęreditatis. aliàs nō. Sed & si in hęreditate Titij mortui est seruus aliquis, eum hęredem instituere possum: quia hęreditas dicti Titij, qui capax erat, eius locum obtinet. Viuia.

l ¶ Nō minus.} facit j. de leg i.l. si mihi. §. regula. & dic ut ibi, & C. eo. l. neque. & infrà de acquir. hæredi. l. si seruus. Sed argu. cōtrà s. de ædil.edi.l.cùm iam.§.fin.

m ¶ Cum testamenti.} Not. quòd testamenti factio cum seruis ex persona dominorum introducta est.
n ¶ Posse.} ab extraneo.
o ¶ Dominam.} Not. hæreditatem dominam esse †, & defuncti locum obtinere.
p ¶ Obtinere.} sic instit eo.§. seruus alienus. & j. cod. l. seruus. & j. de leg. j. l. legatū. §. seruo hæredi. & de acquiren. rer. do. l. hæreditas. & de vsuca. l. certam. & infrà, de lega. ii. l. debitori. in fin. & de noua. l. nouatio. in fi. Accur.

I Lla institutio.} CASVS Ita dixi in testamento meo, illos instituo mihi hæredes, quos Titius uoluerit. Certè talis institutio nihil ualet, nā testamenta & institutiones non debent pēdere ab alieno arbitrio. Secundò dicit q̄ Titium ab hostibus captum, uel seruum eius possum hæredem instituere. & si quidē reuersus fuerit Titius ab hostibus, potest adire cùm fuit institutus: & potest seruum suū iubere adire, cū seruū suum institui. si autem non fuerit reuersus, sua institutio nihil ualet. serui autem sui institutio adhuc ualet, ut ille qui existeret hęres ei capto si reuersus fuisset ab hostibus, possit hæres existere mihi testatori per dictum seruum à me institutum, cùm captus mortuus est apud hostes. Viuia.

q ¶ Illa institutio.} Not. testamentorū iura per se firma esse, & non ex alieno pendere arbitrio. Accur.
r ¶ Pendere.} & est ratio: quia uult conferre in alienum arbitriū, quod vix in suo permittitur, scilicet statuere de rebus in eum casum quo suæ futuræ non sunt. & facit infrà, eodem, lege, illa autem. & l. si quis Sempronium. & l. captatorias. l. clemens. §. fina. & instit. de hære. ab intest. §. at hi. ibi, quod secus &c. & infrà de condit. & demōstra. l. nonnunquam. & suprà de arbitr. l. item si unus. §. idem Pomponius quærit. Et not. secundum Azo. argumen. quòd non debeat ualere cùm sic dicit testator, ut tabellio scribat legata deberi cuicunque iusserit Titius. Vel ego centum cuicunque dixerit Titius: quia confertur in arbitrium Titij factum. secus si confertur in eius arbitium, id quod de iure est: ut si dicat, uolo te ita scribere sicut dixerit aliquis sapiens: quo magis debeant ualere & tenere quę reliqui in testamento, & que ibi statui. Item in libertate hoc fallit, ut infrà de fideicommiss. liber. l. fideicommissa. Sic ergo ex hac glos. habes argu. quòd compromitti potest ut feratur sententia prout de iure uidebitur alicui sapienti.
s ¶ Iure postliminij.} Nota quòd iure postlimij omnia iura ciuitatis in persona eius in suspenso retinentur.
t ¶ Non abrumpuntur.} i. non tolluntur.
v ¶ Abrumpuntur.} sed contra uidebatur: quia ciuis Romanus nō est. ad quod suprà eod. l. sed si in conditione. §. solemus. & infrà ad legem Fal. l. j in prin.
x ¶ Decesserit.] dominus.
y ¶ Qui ei.} scilicet capto.
z ¶ Per seruum.} utpote hæreditarium. R. & facit infrà de lega. j. l. id quod. & l. seruus ab hostibus. & de bon. liber. i. si necem. §. si deportatus.

S I quis ita.} CASVS Scripsit Seius in testamento suo: Titius ex parte dimidia hæres mihi esto, & idem Titius ex altera parte dimidia, si nauis ex Asia uenerit, hæres esto, mortuo dicto Seio Titius adiuit ex pura institutione: & ita pro dimidia. certè siue conditio alterius institutionis pendeat, siue defecit, ex asse hę-

† lib. 5. ad Sabin.
† lib. 21. ad edictum.
† lib. 17. ad edict. Prouincial.
† Hæreditas defunctum repræsentat. & huic gl. adde dictum Spe. in tit. de loca. q̄ durioris pditiōis est hēditas, q̄ hęres: quia ēt ante aditionem nō hęres gerit vicem defuncti vide ibi §.6. uersic. 10.
† lib. j. ď testament ad edictū ptoris Vrbani.
† Institutio de qua hic tractat captatoria sit necnè pulchrè Ant. Aug. lib. 4. emēd. ca. 5.
† lib. 2. de testam. ad edict. ptoris Vrbani.

Universidad de Deusto Biblioteca

res est: quia & si dicta conditio existeret, superuacuum esset, & nõ proficuum ei, quia etiam si aliquo mõ non esset institutus in dicta parte, ex qua fuit sub conditione institutus, nec quisquam alius: ipse in totum institutus uideretur. Viuia.

a ¶ Idem Titius.} quid ergo si alius sit institutus sub conditione? nũquid hic interim est hæres insolidum? Respond. Ioan. non: quia quandocunque potest esse locus instituto, non est locus substituto. unde institutus pro parte pro ea sola interim est hæres. Sed argu. contra supra, famil. ercisçun. l. si hæres. & arg. infra. de assig. liber. l. sub conditione. sed pro Ioan. est argu. ĩ. de bon. posses. secun. tab. l. ii. §. quandiu. & supra, si pars hæred. peta. l. ii. Azo. & plene dic ut not. ibi Accur.

b ¶ Ex asse sit hæres.} nisi in conditionali habuerit cohæredem substitutum, ut infra, de acquiren. hæredi. l. cum hæres. §. qui ex parte. & supra, eodem. l. si te solum. & facit infra, de acquirẽ. heredi. l. si tu ex parte. Sed argu. contra. ĩ. quando di. le. ce. l. huiusmodi.

c ¶ Etiam.} aliàs iã.

d ¶ Conditione.} scilicet quia non potest decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus.

e ¶ Preterea.} aliàs propterea. Accur.

f ¶ Quisquam alius.} idem si alius qui heres non est: ut infra, de rebus dub. l. utrum ita. Azo. & sic totum habet, ut supra, eod. l. hoc articulo. & infra ĩ eod. l. paterfamilias. in fine. & l qui filio. §. fina. & l. sequens. Accur.

† lib. j. Definition.

Ita etiam pslatura nõ potest dari vsq; ad tẽpus: ut in c. veniẽs. cũ gl. vlt. ibi, pslatura. n. extrà de si. presby.

lib. 4. Disputation.

Titius[a] ex altera parte dimidia, si nauis ex Asia venerit, hæres esto: cùm ex pura institutione institutus hęres adierit, quamuis conditio alterius institutionis pẽdeat, ex asse fit hęres[b], scilicet etiam[c] conditione[d] deficiente: cùm non prosit ei quicquam hæc conditio existens: quippe cùm non dubitetur, quin si quis ex parte dimidia hęres institutus sit, nec pręterea[e] quisquam alius[f], ipse ex asse hæres institutus videatur.

¶ Papinianus. † LEX XXXIIII.

Haereditas † ex die vel ad diẽ[g] nõ rectè daẽ, sed vitio tẽporis sublato manet institutio.

¶ Institutio pluriũ ex rebus certis, ualet, & sunt hr̃des equaliter: & res illas tanq̃ plegatas accipiũt. Itẽ ibi dr̃ esse res, ubi perpetuò debet esse, non ubi ad tempus. Bart.

¶ Vlpianus. † LEX XXXV.

Ex facto proponebatur quendã[h] duos hęredes scripsisse, vnum rerũ prouincialiũ, Italicarũ rerum alterum: & cùm merces in Italiam deuehere[i] soleret[k], pecuniam misisse in prouinciã ad merces comparandas: quę comparatę sunt vel viuo eo, vel post mortẽ, nondum tamen in Italiã deuectę. Quærebatur[l], an merces ad eum pertineant, qui rerum Italicarum hęres scriptus erat, an verò ad eũ qui prouincialiũ? Dicebam[m] receptum esse, rerum † certarũ[n] hęredẽ institui posse[o], nec esse inutilem institutionem, sed ita. vt officio iudicis familiæ erciscundę[p] cognoscentis contineatur, vt amplius nihil[q] is qui ex re institutus est, quã rem ex qua hęres scriptus est, consequaẽ. Ita igitur † res accipieẽ[r]: verbi gratiã, pone duos esse hr̃des institutos, vnũ ex fundo Corneliano[s], alterum ex fundo † Liboniano[t]: & fundorũ quidem altero facere dodrantem bonorum, alterũ quadrantem. Erunt quidem hęredes ex æquis[u] partibus, quasi[x] sine partibus ĩstituti: verũtamen offõ iudicis † continebitur, vt unicuiq; eorum fundus qui relictus est, adiudicetur[y] vel attribuatur. ¶ Vnde scio quęsitũ, æris alieni onus pro qua parte agnosci debeat. Et refert Papinianus (cuius sententiã ipse[a] quoq; probaui) pro hęreditariis partibus eos agnoscere æs alienum debere, hoc est, pro semisse[b]. fundos etenim vice[c] pręceptionis accipiendos. Quare si fortè tãtum sit æs alienum, vt nihil detracto eo superesse posit[d], consequenter dicemus istitutiones istas ex re[e] factas, nullius[f] esse momenti. Et si fortè Falcidia interueniens rescissionem legatorum[g] esset factura, hic officium iudicis † recidet pręceptiones[h] istas[i]: vt non plus quisq; eorum habeat[k], quã esset habiturus si legatum[l] accepisset[m], vel aliud[n], vel etiam præceptiones. Quòd si fuerit incertum, an Falcidia interuentura sit, rectissimè probatur, officio iudicis cautiones esse[o] interponendas[p]. ¶ Cùm hęc ita sint, † hęc enim institutio de qua[q] queritur, non est repellenda[r], & si alius rerum prouincialium, alius Italicarum hęres scriptus fuerit, officioque iudicis attribuentur singulis res quę ascriptæ[s] sunt. erunt tamen hæredes ex æquis partibus: quia nulla[t] pars[u] ascripta est. Quæ res[x] facit, vt si fortè ĩ aliis[y] facultatibus plus sit, in Italicis fortè quàm in prouincialibus, in aliis[z] minus, & ęris alieni ratio vrgeat, dici oporteat diminutionem eandem fieri, quàm suprà[a] ostendimus. Proinde & si aliis[b] fuerint legata relicta, cõtributio[c] admittenda erit. ¶ Rerum[d] autẽ Italicarũ vel prouincialium significatione quę res accipiendę sint, videndum est. Et facit[e] quidẽ totum[f] voluntas defuncti. nã quid senserit, spectandum est. Veruntamen[g] hoc intelligendum erit, rerum Italicarum significatione eas contineri, quas perpetuò q s ibi habuerit, atque ita disposuerit, vt perpetuò haberet. † Alioquin[h] si aliquo tempore quid trãstulit in alium locum, non vt perpetuò ibi haberet[i], sed vt denuo ad pristinum locum reuocaret, neque augebit[k] quo transtulit, neq; minuet[l] vnde transtulit: vtputà de Italico patrimonio quosdam seruos miserat in prouinciam (fortè Galliam) ad exigendum debitum, vel ad merces comparandas, reuersuros[m] si cõparassent, dubium non est, quin debeat dici ad Italicum patrimoniũ eos[n] pertinere[o] debere: vt est apud Mutium relatum, cùm fundus erat legatus vel cum instrumento, vel cum iis, quæ ibi sunt. Agasonem[p] enim missum in villam à patrefamiliàs, non pertinere ad fundi legatum Mutius ait: quia non idcirco illò erat missus, vt ibi esset[q]. Proinde si seruus missus fuerit in villam, interim illic futurus, quia dominum offenderit, quasi ad tempus relegatus, responsum est & eum ad villæ legatum nõ pertinere. Quare ne serui quidem qui operari in agro[r] cõsueuerant, qui in alios agros[s] reuertebãtur, & quasi[t] ab alio commodati, in ea sunt conditione, vt ad legatũ[u] pertineant[x]: quia nõ ita in agro fuerant, vt ei agro viderentur destinati. Quæ[y] res in proposito[z] quoque suggerit, vt Italicarum rerum esse credãtur eæ res quas in Italia esse testator voluit. ¶ Proinde & si pecuniã miserit in prouinciam ad merces comparandas, & necdum cõparatę sint, dico pecuniam quæ idcirco missa est, vt per eam merces in Italiam aduherẽtur, Italico patrimonio adiungendam. Nam & si dedisset in prouincia de pecuniis quas in Italia exercebat, ituras[a] & redituras, dicendũ est † has quoq; Italici patrimonii esse. Rationẽ igitur efficere dixi, vt merces quoq; istæ quæ comparatæ sunt, vt Romam veherentur, siue peruectę sint eo viuo[b], siue nondum: & siue sciuerit, siue ignorauerit, ad eũ hæredem pertineant, cui Italicæ res sunt ascriptę.

¶ Defectus cõdõnis de futuro, q̃ depẽdet ex fcõ testatoris, ĩstitutionẽ nõ uitiat. h. d.

¶ Idem. † LEX XXXVI.

Si quis ita scripserit hæredẽ[c]: Ex qua parte codicillis Titiũ hæredem scripsero[d], hęres esto:

Haereditas.} CASVS Ego institueram aliquẽ ex die uel ad diem. statim erit hęres si uoluerit ille quem institui. Viuian.

g ¶ Ad diem.} certum, ut instit. eo. §. hęres. in incertum enim põt ut ĩ. eo. l. qui filio. & l. in tempus. in princ. & s. de lib. & posthu. l. filius à patre. ij. respõ. Idem quod hic, est in libertate, ut ĩ. de manumiss. testa. l. libertas. & l. ideoque. sed in milite secus: ut C. de test. mili. l. certi. & ĩ. de mili. testa. l. miles ita. & l. in fraudem. § pen. & facit ad l. ĩ. de adopt. l. quęsitum. & insti. de hęred. instit. §. impossibilis. Sed ar. contra. ĩ. de regu. iur. l. actus. sed ibi nulla fit mentio institutionis. Item contra C de hęredi. instit. l. extraneum. Azo. ADDITIO. Dic quod ibi fuit dies incertus mortis instituti, & sic certũ est ipso uiuente diẽ cedere. secundum Barto.

Ex facto.] CASVS. Quędam quęstio de facto fuit recitata coram domino Vlpiano. & quęsitum ab eo quid iuris in ea esset. quidam Romanus, & per consequens Italicus, puta Titius, habebat magnas diuitias in Roma & in prouincia, & cum de prouincia soleret merces deuehere Romam, & ita in Italiã, pecuniã misit de Italia ad prouinciam ad merces comparandas, & Romam uehendas: & comparatę sunt per nuncios suos: nondum tamen Romã ęuectę. & iste Titius fecit testamentum, & scripsit Seium hęredem in rebus suis prouincialibus, & Caium in Italicis: & quibusdam aliis legata reliquit. modo queritur ad quem de dictis hęredibus pertineant dictę merces. Ipse autem dominus Vlpianus antequam hanc quęstionem soluat, alia multa interserit, & primo dicit: Receptũ est à sapientibus quod institutio de rebus certis facta de aliquo ut aliquibus ualeat, sed in iudicio famil. ercisçun. non debet institutus ĩ certa re, amplius habere quàm rẽ ipsam. unde si unus fuit institutus in fundo Corneliano qui faciebat ix. uncias hęreditatis. & alter fuit institutus in fundo Libiano, qui faciebat iij. uncias hæreditatis, certe hi duo erunt hęredes æqualibus partibus, uerumtamen adiudicabitur unicuique eorũ fundus q ei relictus est. cum ergo dictos fundos habeant iure pręceptionis, æs alienum debet sustinere quilibet eorum pro dimidia, sicut quilibet est heres pro dimidia. Quid ergo si tantum est æs alienum: quod eo soluto nihil in hereditate remanet? Dicta institutio ex dictis fundis facta nihil ualet. prius enim debet solui æs alienum. quam legata. dictos autem fundos dictum est iam quod habent iure prelegationis. Item quid si lex Falc. interueniens esset factura rescissionem legatorum: si dicti fundi essent in ueritate legati? certè & in hoc casu cũ fuerũt instituti in dictis fundis, debet recipere Falcidia eos, cum habeant iure pręceptionis, ut dictũ est. Item quid retento eodem casu si incertum est an Falci. sit interuentura? certe in hoc dubio debẽt sibi adinuicẽ cauere dicti hęredes cũ satisdatione: quòd si apparuerit unũ uel alterũ amplius pręceptionis nomine accepisse, quã ex lege Falci. accipere liceret: quanti ea res erit. tantam pecuniã det cohæredi suo. Cum ergo hæc ita se habeant, cum duo fuerunt instituti in duobus fundis, ut dictum est: ergo institutio de qua dictũ est in princ. l. debet ualere. i. quando unus est institutus in rebus Italicis, & alius in prouincialibus. & idẽ erit in hac institutione quod dictum est in institutione fundorum, scilicet ut quilibet sit hæres pro dimidia, & iudicio familiæ erciscundæ adiudicentur res Italicæ illi qui fuit institutus in italicis: & prouinciales adiudicentur illi qui fuit institutus in prouincialibus. & sic cum dictas res habeant iure præceptionis, æs alienum soluent pro dimidia: licet plus sit in Italicis rebus quàm in prouincialibus, uel econtra. & isti duo q habẽt iure præceptionis res Italicas & prouinciales, & alij supradicti legatarij debent contribuere ad supplementum legis Falc. Ad sciendum autem quæ res contineantur appellatione rerum italicarum & prouincialium, debemus uoluntatem defuncti inspicere. si autem uoluntas defuncti non appareat, continebuntur appellatiõe rerum Italicarum illæ res quas testator disposuit perpetuò habere in Italia. & idem dico circa res prouinciales. si autem aliquo tẽpore aliquid transtulit de Italia ad alium locum, puta ad prouinciam, nõ eo animo, ut prouincia haberet, sed ut denuo ad Italiam reuocaret, non dicitur augere res quæ sunt in prouincia, neque diminuere res Italicas. & de hoc ponit quatuor plana exempla usque illuc, quæ res &c. & ibi usque ad fi. soluit quæstionem in princ. l. propositam dicendo quòd dictæ merces, quæ sunt emptæ in prouincia, ut Romam ueherentur, ad eum hæredem pertinere debent, qui in Italicis rebus institutus fuit, siue sint peruectæ Romam uiuo testatore, siue non; & siue scit testator eas esse emptas, siue non. & hoc dicit usque ad fi. Viuia.

h ¶ Quendam.} scilicet testatorem.

i ¶ Deuehere.} s. de prouincia.

k ¶ Soleret.} s. testator, qui erat mercator.

l ¶ Querebatur.} responsio huius quæstionis differtur usque in finem huius legis ibi, quæ res in proposito &c. Azo.

m ¶ Dicebam.} ego Vlpi. & not. quòd altius exorditur materiam antequam soluat.

n ¶ Rerum certarum.] & tunc si nullus est alius, hic totum habebit, ut suprà eod. l. i. §. si ex fundo. Si uerò alius est, aut ex uniuerso, & tunc habet locum C. eo. l. penul. aut ex re certa, & tunc habet locum quod hic dicit.

o ¶ Posse.} ut fuit in princ. l.

p ¶ Familiæ erciscundæ.} s. de actione.

q ¶ Amplius nihil.} quia nihil plus est in hereditate nisi duo fundi, ut subiicit, Vel dic, nihil amplius scilicet debet habere iure prelegationis. Azo.

r ¶ Accipietur.} aliàs pręcipietur. & in li. domini Accursii correctum est.

s ¶ Corneliano.} qui ualet dodrantem, ut subiicit. Azo.

t ¶ Liboniano.] qui ualet quadrantem, ut subiicit. Azo.

v ¶ Aequis partibus.} s. quoties, cum hæreditas sit ius: ut suprà, e. l. quoties. § hęredes. imò loco legatariorum sunt habendi, ut C. e. l. quoties. quę est contrà. Sol. ibi erat alius ex uniuerso, hic nõ. Vel dic quod licet obtineant uicem legatarij quo ad actione, tamẽ uere sunt hæredes. prima placet.

x ¶ Quasi.} expressiuum est ueritatis.

y ¶ Adiudicetur.} partim iure prelegationis, partim iure hęreditario: ut ĩ. de mili testa. l. si certarum. & ĩ de acqr. poss. l. i. §. si ex parte. & ad Trebel. l. deducta. §. nummis. & facit. infrà de lega. ii. l. peto luci. i. respon. & infrà de lega. iii. l. post emancipationem. §. fina. & C. famil. ercisçun. l. si qua.

† In P. Fl. non est certarum.

† ad intell. huius text. uide Ioan. Igne. in Authen. ex cã. nu. 288. C. de lib. pte.

† Du. libiano.

† Du. tenebuntur ut unicuiq.

a ¶ Ipse.} scilicet.

b ¶ Pro semisse.} sic C. si cer. pet. l. i. & C. e. l. si compensandi.

c ¶ Vice præceptionis.} quæ præceptio est ultra medietatem cuiuslibet fundi.

d ¶ Possit.} in toto patrimonio. Accur.

e ¶ Ex re.} i. ex fundis.

f ¶ Nullius.} eẽ quo ad hoc ut ualeãt præceptiones: hæredes tamẽ sunt: quia hæreditas dicitur etiam quæ soluendo non est: ut ĩ. de uerb. signi. l. hęreditatis. & facit inf. ad Trebel. l. i. §. deniq. & ad leg. Falc. l. in ratione. §. quod uulgo.

g ¶ Legatorum.} i. extraneis relictorum.

h ¶ Pręceptiones.} i. locum habet Falcidia in istis prælegatis sicut in aliis legatis.

i ¶ Istas.} ut C. ad le. Falc. l. à cohæredibus. & ĩ. ad leg. Falc. l. Nesennius. & dic recidet. scilicet. l. Falc. uel iudex. & dic quando & alius legatis est granatus. aliàs etiam qui habet quadrantẽ, cũ habeat ultra quartam se missis. non deduceret Falci. Azo. Itẽ qui habet iure prælegationis, nõ proficit suis legatariis, sed cohæredi sicut d. l. Nesennius.

k ¶ Eorũ habeat.} in prelegatis.

l ¶ Si legatũ.} i. non plus cõsequitur unus ab alio de fundis in quibus instituti sunt: quàm si esset eis legatum aliis hæredibus institutis.

m ¶ Accepisset.} tanquam extraneus, non tanquam hæres

n ¶ Vel aliud.} in fideicommissis.

o ¶ Esse.} inter se cohæredes.

p ¶ Interponẽdas.} de reddẽdo retro quãtum apparuerit. ultra Falcidiam acceptũ: ut ĩ. si cui plus quàm per leg. Fal. l. i. i. respon.

q ¶ De qua.} in principio legis dixi.

r ¶ Repellenda.} sed approbanda.

s ¶ Ascriptæ.} i. in quibus instituti sunt.

t ¶ Quia nulla.} scilicet quota. & pone hic contrà. C. eod. quoties. Solue ut s. modò notaui.

v ¶ Pars.} scilicet, expressa.

x ¶ Quæ res.} quia scilicet, sunt hæredes ex æquis partibus.

y ¶ In aliis.} puta vineis.

z ¶ In aliis.} puta pratis.

a ¶ Supra ostendimus.} scil. hoc: ut pro ęquis partibus teneantur ad æs alienum: ut s. eod §. unde scio.

b ¶ Si aliis.} non solùm cohæredibus.

c ¶ Contributio.} ut omnes insimul tribuant ad supplementum Falcidiæ.

d ¶ Reum significatione.} id est appellatione.

e ¶ Facit.} nota patrimonium constitui ex uoluntate patrisfamiliàs.

f ¶ Totum.} id est responsionem prędictã.

g ¶ Veruntamẽ.} scilicet in dubio.

h ¶ Alioquin.} aliàs cæterum quia, id est alioquin.

i ¶ Haberet.} subaudi perpetuo, si non habes in textu.

k ¶ Augebit.} s. res, quæ sunt eo loco &c.

l ¶ Minuet.} s. res, quę sunt ibi. unde &c. & facit infrà, de lega. iii. l. quęsitũ. i. respon. & §. fin. & l. si ita legatum. & l. qui filium. & not. s. de pigno. l. debitor. & C. de uerb. signi. l. i. & ĩ. de auro & argen. lega. l. si uxori. §. cùm ita.

m ¶ Reuersuros.} i. recursuros. Accur.

n ¶ Eos.} s. seruos.

o ¶ Pertinere.} quã quam sint missi ad prouinciam.

p ¶ Agasonem.} qui ducit equos, uel mulos, uel asinos: ut s. si quadr. paupe. fe. di. l. agaso.

q ¶ Ibi esset.} perpetuo.

r ¶ In agro.} non destinato eis. Accur.

s ¶ Agros.} ad quos erant destinati.

t ¶ Quasi.} expressiuum est ueritatis.

v ¶ Legatum.} illius fundi in quo destinabantur aliquando.

x ¶ Pertineant.} repete superius non.

y ¶ Quæ.} nunc soluit primã quęstionem in principio legis.

z ¶ In proposito.} id est in proposita quæstione.

a ¶ Ituras.} pecunias. argu. infrà de rebus dub. l. quidam relegatus. & facit infra de fun. instru. & istruc. le. l. quæsitum. §. Papinianus. & l. Seiæ. §. idẽ quæsit. & l. prædia. §. i. Accur.

b ¶ Eo uiuo.} scilicet testatore.

Si quis ita.} CASVS. Seius ita dixit in testamento suo. ex qua parte codicillis Titium hæredem scripsero, hæres esto. postea non fecit codicillos, & decessit: uel fecit codicillos. & in eis nullam partẽ dicto Titio asscripsit. certe erit hæres Titius quasi fuerit institutus in testamento sine parte. Viuianus.

c ¶ Hæredem.} in testamento. Accur.

d ¶ Scripsero.} de futuro non fit conditio: ut ipediat: sed de præterito sic: ut hic, & suprà eodem. l. ii. § potest autem is. Nec obst. ĩ. e.

† Du. recidit.

† Dua hæc ẽt istitutio de qua quęrit, non est repellẽda, si alius. &c. & rectius.

† In P. Fl. Cętero quasi tpe i quo trãstulit in aliũ locũ, non ut ibi hẽret, sed ut denuò, &c.

† In P. Fl. hãc quoq; Italici patrimonij esse rõnem. Igitur, &c.

lib. 8. Disputation.

† In: ẽtu vbi cõditio habet pro ipleta aget actione in factũ Bart. in l. ij. C. de insti. & sub sti. & l. ĩ testa. ĩ. de cõdi. & demõ.

Universidad de Deusto Biblioteca

l. clemens. §. fina, ut ibi dicos. & hoc ubi sibi testator apposuit conditionem si autem extraneo, tunc si de præterito, ualet ut supra, eod. l. ij. & l. hoc articulo. si de futuro, non quia est captatoria: ut infra, eodem. l. ille. & infra, de iis quæ pro non scrip. ha. l. ii. in fina. Sed quare secus quando sibi apponit conditionem de futuro, & aliud quando extraneo? Respon. secundum Io. cum conditio pendet ex testatore, si deficiat, habetur pro pura. & facit inf. de condi. instit. l. instituti. & C. de istitu. & substitu. l. penult: Sed contra supra, eodem. l. quoties §. tantundem. sed dic ut ibi. Item nota. quod alicubi videtur esse conditio, & non est: ut hic, & infra de op. leg. l. illud aut illud. & infra, de ali. leg. l. à filio. §. fina. Sed argumen. contra infra, de usufruct. leg. l. qui plures. ADDITIO. Dic quod ibi scriptura erat imperfecta circa personas, quæ à iure nō supplētur: hic circa portiones quæ à iure supplētur, ut supra eodem. l. item quod Sabinus. secundum Dy. & Barto. CVm in testamento. § CASVS. Caius ita scripsit in testamento suo. Filium meum Sempronium mihi hæredem instituo. & si dictus filius me uiuo morietur, tunc nepos ex eo post mortem meam natus hæres mihi esto: & dicto nepoti substituo Titium. Certè si filius non moriatur uiuo testatore, & post mortem testatoris uelit habere hæreditatem, non admittetur nepos, nec Titius nepoti substitutus.

† al. Iulian. lib. 19. digestorum.

etiam si pars in codicillis non fuerit ascripta, erit tamen hæres, quasi sine parte institutus.

¶ *Non admittitur concursus instituti & substituti. Bartol.*

¶ Vlpianus. † LEX XXXVII.

CVm in testamento ita scribitur [a]: Si filius meus me viuo morietur, tunc nepos ex eo post mortem [b] meā natus, hęres esto. duo gradus [c] hęredum sunt. nullo enim casu vterque ad hæreditatem admittitur. Ex quo apparet, si nepoti Titius substitutus fuerit [d], & filius patri hæres extiterit, non posse Titium vnà [e] cum filio hæredem esse: quia non in primum, sed in secundum [f] gradum substituitur.

¶ *Copula ultimo loco posita, etiam inter præcedentes solutè positos, uidetur apposita, hoc dicit. Vel sic: Soluta resoluitur in coniunctam. Bartol.*

¶ Hæc verba, Publius, Marcus, & Caius, inuicem substituti, hæredes mihi sunto. sic interpretanda sunt, vt breuiter videatur testator tres [g] instituisse hæredes, & inuicem eos substituisse, perinde ac si ita scripsisset: Ille, & ille, & ille instituti, hæredes & substituti sunto.

¶ *Indefinita non comprehendit eum, de quo specialiter est prouisum. Bar.*

¶ Qui tres filios habebat, & ita scripserat: Filij mei hæredes sunto: Publius filius meus exhæres esto. videri pōt prima parte duos duntaxat [h] filios hæredes instituisse [i].

¶ *Post mortem legatarij potest seruus legatus hæres institui. Bart.*

¶ Idem. † LEX XXXVIII.

QVi filio impuberi exhæredato Pamphilū legat, eundē [k] post mortem filii [l] ex parte hęredē instituere eodē modo potest, quo is qui seruū † cōmunem

† lib. 30. digestor.

† In P. Flo. non est cōmunem.

¶ Hæc uerba. § Titius ita scripsit in testamento suo. Publius & Marcus & Caius inuicem substituti hæredes mihi sunto. certe uidetur eos instituisse, & posteà ad inuicem substituisse. uidetur enim ita dixisse testator, Publius & Marcus & Caius sint mihi hæredes, & sint inuicem substituti.

¶ Qui tres. § Titius habens tres filios scilicet Publium & Marcum & Caium, ita scripsit: Filij mei hæredes sunto. & postea ita scripsit: dictus Publius filius meus exhæres esto. certè quamuis per uerba generalia instituerit omnes filios hæredes, tamen uerba specialia exhæredationis faciunt ut non uideatur instituisse, nisi Marcum & Caium. & hoc dicit. Viuianus.

a ¶ Testamento ita scribitur. § subaudi, filio instituto. alias non essent duo gradus.

b ¶ Post mortem. § facit secundum Galli consilium: ut s. de liber. & posthu. l. gallus. in prin. Accur.

c ¶ Duo gradus. § instituti, & substituti, ut filius quidem institutus, nepos autem habeatur substitutus. Acc.

d ¶ Substitutus fuerit. § etiam uulgariter, scilicet si nepos non erit hæres &c. & sunt tres gradus.

e ¶ Vna cum filio. § licet testator dixerit, si nepos heres non erit, Titius hæres esto: & hic nepos non erit hæres.

f ¶ Sed in secundum § id est in locum deficientis secūdi gradus ex quo cœpit posse adiri hæreditas. sed hic non cœpit posse adiri hæreditas, ergo Titius repellitur, ut infra, de acquir. hære. l. l. iij. & facit. j. titu. i. l. si mater. Accursius.

g ¶ Tres instituisse. § breuiter duos gradus comprehendit sic infra, titu. i. l. lucius §. aliter.

h ¶ Duos duntaxat § Sed quid si duos tantum habeat, & idem scripsit? Respond. eum hæredem esse, ut infra titulo. i. l. si quis eum quē in principio Item nota i quod sequens scriptura determinat & restringit præcedentem, sic, infra de uerborum significatio. l. si cum fundum. & de acquirenda possessione. l. si is qui. & supra de calum. l. hæc actio.

i ¶ Instituisse. § Nota sequētem scripturam determinare & restringere præcedentem. Accur.

QVi filio § CASVS. Institui mihi hæredem Titium, & filium meum impuberem exhæredaui, & eidem impuberi exhæredato legaui Pamphilum seruum meum: & postea ita dixi: Instituo mihi hęredem pro parte dimidia dictum Pamphilum post mortem dicti mei filij impuberis, & do ei libertatem in eum casum. nunquid ualet talis institutio dicti Pamphili? Et uidetur quod non, quia dictum impuberem exhæredaui ut dictum est: unde non uidetur quod hæredibus eius impuberis possim auferre dictum Pamphilum quē impuberi legaueram instituendo dictum Pamphilum hæredem tali modo ut dixi. Sed respondet quod ualet dicta institutio Pamphili: & post mortem impuberis erit mihi hæres cū Titio prædicto. nā & si legassem dictum Pamphilum cuidam extraneo, puta Sēpronio, & eundem post mortem dicti Sempronij hæredem instituissem pro dimidia cum libertate, haberet post mortem Sempronii hæreditatem meam cum dicto Titio. ¶ Seruus testamento. § Stichum seruum meum scripsi mihi hæredem purè: & dedi ei libertatem sub ista conditione, si intra calendas Decembris daret Titio decē. posteà feci codicillos, & eidem seruo dedi libertatem purè in dictis codicillis: & postea decessi. nunc dictus seruus propter uerba codicillorum uolebat libertatem etiam ante calendas prædictas, & per consequens hæreditatem. certe respondetur ei quod ante dictas calendas non habebit hæreditatē, nec libertatē, nisi det decem dicto Titio. post calendas autem erit liber ex codicillis, & per consequens hæreditatem habebit. ¶ Si quis seruum. § Stichū seruum meum scripsi mihi hęredem purè: & dedi ei libertatē sub cōditione si nauis ex Asia uenerit usque ad annū. & postea eum seruū uendidi Titio, & postea decessi. Certè iussu dicti Titij emptoris pōt dictus seruus adire hęreditatem meam etiam pēdente dicta cōditione libertatis. si autē transiuit annus intra quē debebat uenire nauis, & sic defecit conditio libertat. apposita, & sic amō institutio nihil ualet, & postea alienatus sit in dictum Titium, non potest eius Titij iussu adire hæreditatem. Sed pone quod dicto seruo cui dedi libertatem sub dicta conditione, legaui equum meum purè, non autē eum institui: & pendente dicta conditione eum manumisi, uel alienaui in dictum Titium: & postea decessi: Certe dictum legatum habebit eo casu quo fuit manumissus: aut acquiret illud Titio domino suo, in quem Titium per me uiuentē alienatus fuit: & hoc siue tēpore mortis meæ pendebat adhuc conditio libertatis, sicut pendebat tēpore quo eum manumisi, uel alienaui: siue extincta sit, quia non uenit nauis intra annum. si autem post defectum dictæ conditionis libertatis manumisi eum, uel alienaui Titium legatum equi datum pure p me dicto seruo recidit ad irritum, sicut in superiori casu hæreditatis.

¶ Cùm uenditor. § Vendidi Titio seruum meum Stichum, & antequam ei traderem, ipse Titius emptor fecit testamentum, & instituit sibi hæredem dictum Stichum & Caium, & decessit. ego uenditor qui habebam adhuc dominium serui, iussi eum adire pro parte dimidia, in qua fuit institutus à dicto emptore: & ita mihi acquisita est. Caius autem cohæres serui adiuit pro sua dimidia. certe debeo ego uenditor restituere dicto Caio hæredi emptoris cohæredi dicti serui totum illud quod consequi non potuisset, si priusquam iussu meo adiret seruus partem hæreditatis, uendidissem eum dicto Titio, & tradidissem, id est dimidiam hęreditatis emptoris, & totum seruum: quia non debeo facere lucrum eius serui nomine quem iure uendidi. Et hoc reprobata opinione quorundam, qui dicebant quod ego non debebam restituere dicto Caio nisi p ea parte qua extitit hæres Caius emptori, id est pro dimidia seruum, & pro dimidia illud quod acquisiui de dicta hęreditate per dictum seruum, sicut pro dimidia habuit hæreditatem emptoris Caius, id est dicere, partem dimidiā serui, & partem dimidiam dimidiæ hęreditatis, id est quartam hęreditatis & hoc dicit cum l. seq. Viuia.

¶ Qui filio. § siue leget testator seruum filium filio exhęredato, siue extraneo, potest eundem seruum instituere post mortem legatarij: quia dies incertus est. alias tolleretur dies, ut supra eodem l. hæreditas. Sed an ualeat legatum serui si hic solus seruus post mortem legatarij est institutus? Respon. non, quia ante mortem legatarij non: qa nemo est hęres. postea non. quia libera persona inueniretur legata. & facit infra, titu. i. l. si seruus communis. §. fina. & l. seq. & C. de necess. ser. l. pe. §. fi. Accur.

k ¶ Eundem § scilicet Pamphilum.

l ¶ Filij. § exheredati.

Limita istud dictū gl. si sequēs scriptura esset authentica sicut prima. nam si produceretur scriptura notarii mortui vbi nō esset eius subscriptio nō faceret fidē, nec priori obstaret. Bart. in l. si quis. §. initium. §. de edē. & quæ dicat scriptura authētica: uide p Inno. in c. j. i pri. de fi. instru.

Eundem

a ¶ Eundem. § seruum.

b ¶ Purè scriptus. § quo ad uerba. effectus autem eius est ut cōditionem adimpleat libertatis. & dic scriptus solus, secundum Io.

c ¶ Iussus esse. § sub hac conditione, si intra &c.

d ¶ Neque liber. § ex testamento non est liber, qa nō extitit adhuc conditio: & per consequens nec hæres: quia non liber: & quia sub eadem conditione retardatur hæreditas: ut s. eodem. l. seruus alienus. §. 1. & arg. j. de cō di. instit. l. cum seruus. & s. eo. l. Trebatius. §. fi. & arg. s. de ser. urb. prædi. l. iij. §. q habet. Item nec ex codicillis est liber pendente conditione, ut hic dicit: quia noluit lex expectari, an habeat utrunque ex testamento, & sic sit necessarius, qđ est si existat conditio: uel uoluntarius secundum Hug. Item si esset liber in codicillis, uideretur remota conditio libertatis, per cōsequens hæreditatis: & sic directo daretur hæreditas in codicillis remouēdo cōditionem: quod esse nō debet: ut instit. de codicil. §. fin. Accursius.

e ¶ Liber ex codicillis. § & hæres uoluntarius secundum H. ut argu. s. eod. l. si seruus. communis. nec obstat. C. de necess. ser. l. quidam. §. sed cum ueteres. ubi est necessarius: quia ibi nil de libertate dixit in testamēto. Sed alij dicunt ut Io. etiam R. quòd hic nō est hæres, ut pote deficiente conditione, sed tantùm liber: ut argu. suprà eo. l. & expleta. Sed tunc libertatem quomodo consequitur, cum nō existente ex eo testamēto hærede nil ualeat, ut C. de fideicōmis. l. cam? Respō. hic habebat cohæredē. Vel illud de relictis in testamento, hic autē de codicillis. sed est hic opus adiri hæreditatē à legatario. aliās nō ualet libertas, ut C. de caducis tollen. l. i. §. in nouissimo. & secundum hoc potest ī fine legi cùm nō, secundum Ioan. qui habebat, ex codicillis non erit, scilicet nō adita hæreditate à legitimo. Accur.

Sempronio legatū, eūdem [a] post mortem Sempronij ex parte hæredem instituit.

¶ *Conditio tacitè hæreditati adiecta, non potest in codicillis adimi. Bar.*

¶ Seruus testamento hæres purè scriptus [b], liber autē iussus [c] esse, si intra Calendas Decēbres decē dedisset, si codicillis purè libertatē acceperit, intra Calēdas quidē neq; liber [d], neq; hæres erit, nisi decē dederit: si intra Calēdas nō dederit, liber ex codicillis [e] erit.

¶ *Sublata causa uiuo testatore per quam conditio uni rei adiecta, alteri repetita intelligatur, cessat repetitio conditione pendente. secus, si esset iam defecta. Bar.*

¶ Si quis seruum suū liberum sub conditione, hæredem purè scripsisset, eumq; vendidisset, pēdente conditione iussu emptoris seruus adire hæreditatem potest: qa & consistit institutio [f], & est qui ius imperandi [g] hēt. Quòd si post defectam conditionē [h] alienatus fuisset, non potest iussu emptoris hæreditatem adire: quia eo tēpore ad eum peruenisset, quo iam extincta institutio, & inutilis [i] fuerat. Igitur [k] cùm seruus sub conditione liber esse iubetur, & legatum purè accepit, si pendente cōditione [l] manumissus vel alienatus fuerit, legatum habebit [m], aut domino [n] acquiret: quamuis mortis [o] tempore conditio libertatis extincta [p] fuerit. Si verò post defectum conditionis manumissus, aut alienatus fuerit [q], legatum ad irritum recidet [r].

¶ *Quicquid post uenditionem uenditori accrescit mediāte seruo uendito, restituit emptori, uel eius hæredi. Bar.*

¶ Cùm vēditor seruum ante traditionē ab emptore pro parte hęredem scriptum adire iubet, restituere cohæredi serui scripto necesse habet: quia lucrū facere eius serui † nomine quē iure vendidit, non debet [s]. Planè non totum [t] quod acquisierit, restituet: sed pro ea duntaxat parte, qua seruus cohæredem habuerit:

¶ Marcellus. † LEX XXXIX.

† ID est [u] partem dimidiā serui, & quartā hæreditatis [x]. Lib. xxx. Dig. † Iulianus notat [y]: Imò & id debet præstari quod consequi vēditor nō potuisset, si priùs, quam adiret seruus partem hęreditatis, is traditus [z] esset. qđ est verum.

¶ *Propter repugnantiam iuris cōmunis admittitur concursus instituti & substituti. hoc dicit. Bartol.*

¶ Iulianus. † LEX XL.

SI paterfamiliās Titiū, quem ingenuū [a] esse credebat [b], hę-

† Al's, eius serui quem iure vendidit &c. al's ei serui iure, quē uendidit. ut in P. Fl.

† Al. Marcianus li. 2. Regular.

In nōnullis exempl. non hēt hic initiū capitis, sed unica serie cū pcedentib. legitur.

† Du. Iuliani Marcellus notat.

† lib. 30. Digestorū.

f ¶ Consistit institutio. § per conditionem defectam sub qua ipsa institutio facta uidetur quantum ad quærendam hæreditatem, secūdum Rog. Sed nunquid si posteà conditio extiterit, restituit emptor hæreditatem seruo? Respon. nequaquam. Azo. expectatur ergo hæc conditio quando seruus in eodem mansisset statu. nā ante conditionem nec se nec alium potest facere hæredē, sed alienatione facta est quem faciat hæredem, & ideo conditio non expectatur, quia uera non est conditio, sed quia propter naturam libertatis differtur institutio, eo scilicet non alienato. aliās si esset uera cōditio, expectaretur etiam eo alienato.

g ¶ Imperandi. § nouus dominus.

h ¶ Defectam conditionem. § libertatis, quæ fortè erat si nauis uenerit ex Asia hinc ad mensem. & dic q defectus cōditiōis & libertatem & hęreditatem sub conditione tacitè repetita datā uitiat, alienatio solam adimit libertatem, ut instit. eo. §. seruus.

i ¶ Inutilis. § quia perinde est modò habendum, ac si fuisset purè institutus & simpliciter sine libertate data aliquo mō. H. quod hoc iure non ualebat, hodie secus, ut C. de necess. seruis. l. quidam.

k ¶ Igitur. § quod dixi in hæreditate seruo relicta, idē in legato: cū sub conditione libertas sit ei relicta.

l ¶ Pendente conditione. § scilicet libertati ascripta.

m ¶ Legatum habebit. § ipse manumissus, quia legetum purè cœpit deberi manumissione facta. Hug.

n ¶ Aut domino acquiret. § cum fuit alienatus.

o Mortis. § scilicet domini.

p ¶ Extincta. § & sic uidetur quòd non cedat dies huius legati quandum ad hoc ut ualeat, uel non à tempore mortis. quod est bene notādum, uel satis potest dici quòd cedat à tempore mortis. Hug.

q ¶ Fuerit. § scilicet seruus.

r ¶ Recidet. § habuit enim quasi tacitè à seruo acquirendum legatum conditione libertatis adiecta. R. uel sic: quia perinde habendū est ac si legatum simpliciter sine libertate fuisset ei relictum, quod nullum esset: ut C. de leg. l. seruus. & facit j. de leg. i. l. quęsitum. §. i. Hug.

s ¶ Non debet. § uenditor.

t ¶ Non totum. § de subtilitate iuris.

v ¶ Id est. § nam uidetur uoluisse testator uenditorem habere debere partem dimidiam serui, cum eū instituerit pro dimidia. Hug.

x ¶ Hęreditatis. § totius. cum enim fuit institutus seruus pro dimidia, & medietas serui remāsura est penes uenditorem, ergo medietas illius dimidię, & sic alia sit emptori restituenda, quę est quarta totius hęreditatis. H. & econtra, quia cohęres non erat nisi in dimidia: non poterat habere ui si medietatem serui, & mediam institutionis serui, quę erat quarta totius. sed tamen statim corrigit.

y ¶ Notat. § id est reprehēdit ita, imo &c.

z ¶ Is traditus esset. § & sic apparet corrigi quod dictum erat supra, eodem. l. proxi. in fi. planè non totum &c. & facit suprà, de action. empti. & uendi. l. Iulianus. §. si quid seruo. Sed cur non habet aliquid uenditor, cùm testator sciebat seruū esset uenditoris? Respon. contemplatione serui instituti in dubio, ut C. d usufru. lega. l. fi. & j. de leg. pręst. l. iij. §. j. Item quomō cohęres petit ultra quam sit hęres: ut C. de rei uē. l. res alienas Respō. quòd testator uidetur eum uoluisse habere totum, cui & partem dedit, ut argu. j. de condi. & demon. l. si quis eum quem. perinde enim habet ac si ēptor proprium seruum instituisset sine libertate, & sic hæreditas tota & seruus dabitur hæredi emptoris.

SI paterfamiliās. § Casus in hac lege cum seq. est talis. Titium seruum Męuij, quem liberum esse credebam, mihi hęredem institui: & si hęres non esset dictus Titius, substitui ei Sempronium. dictus Titius seruus adiuit hæreditatem meam iussu domini sui, & ita non fuit hęres Titius mihi, sed dominus suus per eum. nunquid habebit substitutus hereditatem? Et uidetur quòd sic, quia seruus nō fuit mihi hęres. Econtra uidetur quòd nō, quia ego uideor uelle habere substitutum hęreditatem meam. si Titius seruus Męuij non erit hęres, neque alium fecerit hęredem. fecit autem dominum suū hęredem. ergo uidetur quòd substitutus nihil habere debeat. iudicatur tamen hic quòd Sempronius substitutus in partem hęreditatis dēt admitti: scilicet quartam, ut in fin, l. duo enim semisses debent de hęreditate fieri. & intelligo quòd unum integrum semissem debeat habere dictus Męuius dominus serui, & alium cum substituto diuidere. Et hoc iudicauit Titius Cęsar in persona Parthenij sui serui, qui Parthenius fuit institutus à quodam credente eum esse liberum, & substituit ei quendam alium si hęres non esset. secus autem si instituissem dictum Titium seruum Męuij sciens eum esse seruum, tali modo ut dictum est. nam tunc nihil habebit substitutus, quia intelligit substitutus in eum casum quo dictus Titius nō esset hęres, nec aliū hęredem fecerit. fecit autem dominum suum. si autem dictus Titius quem dicto modo institui, erat liber, & ego putabam eum liberū, ita demum habebit substitutus hęreditatem. si ipse institutus non erit per se heres, nec alium hæredem fecerit in seruitutem posteà redactus. Viuian.

a ¶ Ingenuum. § idem esset & si liberum.

b ¶ Credebat. § forsan. nos enim ignoramus quid ipse crediderit.

Universidad de Deusto Biblioteca

a ¶ Sempronium.} substitutum.
b ¶ In partem.} quartam, ut in fi. legis dices.
c ¶ Qui scit.} ergo & seruus.
d ¶ Et ita substituit.} id est his uerbis.
e ¶ Hæres erit.} liber puta de nouo factus.
f ¶ Neque alium.} quia est iuri subiectus per arrogationem uel per seruitutem.
g ¶ Putabat.} scilicet esse.
h ¶ Non erit.} ibi audi, talem substitu. Accursius.
i ¶ Mutata.} de libertate in seruitutem.
k ¶ Alium.} puta dominum suum.
l ¶ Igitur in hoc casu.} scilicet primo casu huius legis.
m ¶ Diuidatur.} Sed quid fiet de alio semisse? Respō. dominus instituti habet precipuū inspecta potius ueritate quam opinione, licet quidam contra. & est etiam pro hoc j. l. proxi. quia uerisimile est quod imperator sibi precipuum acceperit. Sed uidetur distinguendum: aut uoluit alium fieri hæredem si appareret seruus, & tunc substitutus in totū repellitur: si paruerit domino in adeundo. aut noluit: & tunc in totum admittitur, ut C. eod. l. cum proponas. quæ ē contra. Solut. ibi erat certū quid uoluit per uerba si nō erit hęres, figurate. hic cōtra. nam dubitabatur an testator crediderit libertū. Item si credidit liberum, dubitatur quid uolebat per prædicta uerba significare, si hæres non erit. & distingue ut in l. [illegible] & si [illegible] & j. de acquirere l. [illegible] & C. de iure delibe. l. cum ali quis. Accur.

† Colliđe, non est in Du. expl.
† Vide in hoc locum Alcia. li. dispūc. j. c. 2. & Vigli. in Cōmen. ad §. fi. d̄ uulg. substitut. in Institut.
† Duar. ac qui eum.
† Negatio hęc nō est i Du. exęp.
† Duo, non est apd Du.
† lib. 1. ex uariis lectionum.
† Theophi. tit. de vulgari legit Pius Alci. lib. j. dispū. cap. x. legit Titus. Duarenus legit, & hoc Tiberius Cæsar.
† lib. 65. Digest.

redem scripserit, eiq; , si hæres nó esset, Sempronium[a] † cohæredé † substituerit: deinde Titius, q seruus fuerat, iussu domini adierit hęreditaté, potest dici Sempronium in parté[b] hereditatis admitti. Nā qui scit[c] aliquem seruum esse, & eum hæredem scribit, & ita substituit[d], Si Titius hæres nó erit, Sempronius hæres esto: intelligit tale quid dicere, Si Titius neq; ipse hæres[e] erit, neq; aliū[f] hæredé fecerit. † Atqui si eum, quē liberū putabat[g], hędé scripserit hoc sermone, Si hæres non erit,[h] nihil aliud intelligit significare, q̄ si hęreditaté, vel sibi † nó acquisierit, vel mutata[i] códitione aliū[k] hęredé nó fecerit. q̄ adiectio ad eos pertinet, qui patres familiàs hæredes scripti, postea in seruituté deducti fuerint. Igitur in hoc casu[l] † duo semisses fient: ita vt alter semis inter eum qui dominus instituti hæredis fuit, & substitutum, æquis portionibus diuidatur[m].

¶ Pomponius. † LEX XLI.

ET hoc † Titus[n] Cęsar cóstituit in persona Parthenij: q. tanquam ingenuus heres scriptus adierat hæreditaté, cùm esset Cęsarius seruus. Nam diuisa hæreditas est inter Titium & eū qui Parthenio substitutus erat, vt refert Sextus Pomponius.

¶ Defectus extrinsecus si tẽpore aperturę tabularū cessat, testm̄ reconualescit. B.

¶ Iulianus. † LEX XLII.

QVi soluendo nó erat, duos Apollonios[o] liberos hæredésque esse iusserat. Altero ante apertas[p] tabulas testamenti mortuo, non ineleganter defendi poterit eum, qui supererit liberum & solum necessarium hæredem[q] fore[r]. Quód si vterque viuat, institutionem nullius esse momenti propter legem Aeliam Sentiam, quæ amplius quam vnum necessarium hæredem fieri vetat.

¶ Paulus. † LEX XLIII.

INuicem[s] enim eos sibi obstare.

¶ Ex facto alterius alius exhæredari non debet. Bartolus.

¶ Alphenus. † LEX XLIIII.

PAterfamiliàs testaméto duos hędes instituerat, cósq; monumentum[t] facere iusserat in diebus certis, deinde ita scripserat, Qui eorum[u] non ita fecerit, omnes exhæredes sunto. alter hæres hæreditatem prætermiserat: reliquus hæres consulebat, cùm ipse monumentum extruxisset, nunquid minùs hæres esset ob eam rem, quòd cohęres eius hęreditatem non adiisset. Respondi, neminem[x] ex alterius facto neq; hæreditati alligari, neq; exhæredari posse[y]: sed vti quisque conditionem implesset, quamuis nemo adijsset[z] præterea †, tamen eum hæredem esse[a].

¶ Conditio quæ de præterito fuit impossibilis, reijcitur. Bartol.

¶ Idem. † LEX XLV.

SI Mæuia † mater mea, & Fuluia filia mea viuent[b], tunc mihi Lucius Titius hæres esto. Seruius respondit, si testator filiam nunquam habuerit, mater autem

q ¶ Hæredem.} Not. quod non ualet, postea confirmatur † cōtra regulam Catonianam.
r ¶ Fore.} imo uidetur nullus, ut j. de re. dubi. l. si fuerit. contra. Solu. hic apparet quis sit hæres altero mortuo. ibi non quis legatarius. Item hic testator utrunq; uoluit esse hæredem: ibi alterū tantum habere legatum. & facit in l. lit. qui ma. non pos. §. i. & C. de necess. ser. hæ. & j. de mil. test. l. in fraudem. & j. eo. l. in tempus. §. i. & infra. de ma. testa. l. cum ex pluribus. & s. de test. tut. l. duo. & s. de usufru. l. quoties. & j. de leg. i. l. si quis legauerit. Itē nota. quod non ualet. postea confirmatur, contra regulam Catonianam: sed illa in legatis, hæc in hæreditate.
s ¶ Inuicē.} cū nō appareat qs prior, quis posterior nominetur: ut j. e. l. qui soluendo. Accur.

PAterfamilias.} CASVS. Titius instituit sibi hæredem Seiū & Caium: & iussit eis ut facerēt ei monumentum intra duos menses pone. & postea ita scripsit in eodem testamento, Qui eorum hæredum non ita fecerit monumentum ut præcepi, omnes exhæredes sunto. Seius noluit adire hæreditatem mortuo dicto testatore, imo eā repudiauit. Caius autem fecit monumentum secundum testatoris præceptum. quæritur, utrum ipse solus possit habere hæreditatem? Et uidetur quod nō, propter uerba testatoris. Sed respon. quod sic, quia nemo potest exhæredari ob alienum factum. sicut nec hæreditati alligari. Viuia.

† Inualidā postea quā doq; ualidā. sic etiā ualidū quā doq; per inualidam uitiari, de quo no. Bald. x. casus in l. certi condictio. §. qm̄. in in. not. s. si cer. peta.
† lib. j. ad l. Aeliā Sentiam.
† lib. 5. Digestor.
† Aliàs, ꝑ petrea.
† lib. 1. Digest. à Paulo epitomatorum.
† Intellectus huius Laud. apud Petr. Stell. in l. q Roma. §. Augerius. num. 16. de uerb. obli.

n ¶ ET hoc Titus.} mihi de uulga. substitu. in fi. dicit Tiberius. & sic binominis. Sed opponitur, si testator credidit liberum, ergo substitutio ei facta intelligitur facta ut libero: ergo dominus nihil habet, sed substitutus totum. Respon. opinioni testatoris ueritas contraria, quia est seruus. quæ prævalet cum ignoramus certitudinem uoluntatis. nam potest esse quod licet liberum putabat, tamen uoluit si quo casu detegeretur eius conditio, & seruus appareret, quod dominus haberet. sed latebat hic quid uoluerit.

QVi soluendo.} CASVS. Lex Aelia Sentia permittit quod ille qui non est soluendo creditoribus suis, possit sibi instituere unum seruum suum hæredem necessarium, & nō plus. pone ergo quod Titius non soluendo existens instituit sibi seruos suos hæredes duos cum libertate, quorum seruorū quilibet uocabatur Apollonius. certe si unus seruorum eorū decessit ante apertas tabu. testamēti dicti Titij, alter erit hæres necessarius. si autem uterque uiuat, nō erit aliquis eorum hæres. quia unus obstat alteri, & ecōtra, non enim apparet quis primo institutus fuerit, quia ille solus hæres esset. & hoc dicit cum l. seq. Viuianus.

o ¶ Apollonios.} secus si diuersorum nominum essent. Ro. quia tūc primo nominatus, nisi in casu, ut j. eo. l. qui soluēdo, & infra, qui & a quibus. l. si quis hęres. Accur.

p ¶ Ante apertas.} hoc ideo dicit, quia secundum hæc iura non cedebat dies hęreditatis ut posset adiri nisi ante aperturam tabularū etiam instituto pro parte hærede: sed hodie statim à morte testatoris, ut C. de cad. toll. l. i. § i. & §. in nouissimo. & ideo quia distinguis

t ¶ Monumentum.} totum. nam si pro parte, nō sufficit. licet secus sit in conditione quæ diuidi potest: ut quæ consistit in dāda pecunia ut j. de condi. & demon. l. pen. & l. cum tale. §. fin. & j. de manu. testa. l. si ita fuerit. & no. pleno. C. de condi. inser. l. si plures.
v ¶ Eorum.} nota hanc uoluntatem defuncti non seruari.
x ¶ Neminem.} Nota neminem ex alterius facto, neque hæreditati alligari, neque exheredari posse.
y ¶ Posse.} contrà supra, de iis quæ i testa. delen. l. cancellauerat. in fin. Sed illud propter uoluntatem defuncti, quia ipsemet cancellauit. Itē facit s. eo. l. hoc articulo. & l. Titius. & j. ad Syll. l. si. & supra. de neg. gest. l. si ex duobus. & de iudi. l. si petitor. & s. de alie. iudi. l. i. cum suis concor.
z ¶ Adiisset.} nec monumentum fecisset.
a ¶ Hæredem esse.} in solidum. ut s. eo. l. si quis ita scripserit. in fi. Et no. hic præceptum testatoris non seruari quia dixit, q eorū &c. sic & alias non seruatur. j. de lega. i. l. filiusfa. §. diuus. & condi. insti. l. quidam. & est ratio. qa ex alterius facto &c. ut hic dicit cū cōcor. dictis.

SI Mæuia.} CASVS. Titius habens matrem Mæuiam, & non habens aliquā filiā, ita dixit in testaméto suo. Si Męuia mater mea & Fuluia filia mea uiuunt, tu mihi Lucius Titius hęres esto. & decessit, modo inuenitur mater uiuere, & non inuenitur ei aliqua filia, certe habebit Lucius Titius hęreditatem, quia cōditio impossibilis de filia debet haberi pro non apposita. Viuia.

b ¶ Viuent.} i. uiuunt in pręsenti tempore. Sed uidetur contra. s. de

¶ *Substitutio uulgaris habet locū etiā in instituto decedente uiuo testatore. Alex.*

¶ Idem. li. 29. digest. L. XXVI.

S I pater filium impuberem hæredem scripserit, & ei substituerit, si quis sibi q post mortem r natus fuerit s, deinde uiuo fratre t posthumus natus erit, testamentum rumpetur u. post mortem autem fratris uiuo patre natus, solus hæres patri suo existet x.

¶ *Substitutus uulgariter uni, cēsetur substitutus alteri cui ille erat substitutus. Al.*

¶ Idem. † L. XXVII.

Q Vi plures.} CASVS. Institui mihi hæredes Titium & Seium & Caium & Sempronium: & ita posteà eis dixi. vos omnes inuicem substituo. & decessi. postea hæreditatem meam adiuit Titius & Seius: & posteà decessit Titius: & sic portio sua Titij ad hæredem suum deuenit. posteà Caius repudiauit partem suam, & ita in parte sua Caij extitit conditio substitutionis: & posteà Sempronius adiuit pro sua parte. & sic habes quod Titius & Seius & Sempronius adiuerunt pro suis partibus, & quod Titius decessit, & ita pars sua adita deuenit ad hæredem suum, & quod Caius partē suā repudiauit, & sic in ea locum habuit substitutio. quæritur utrum hæres Titij prædicti ueniat ad substitutionem cum Seio & Sempronio? Et dicitur quod non, imò solus Seius & Sempronius qui extiterunt mihi hæredes nullo mediante. illi enim quod per se hæredes mihi extiterunt, soli uidentur substitui qualitercunq; vnus uiuus suam portionem amiserit. & hoc dicit. Viuia.

b ¶ Qui plures.} quatuor ad minus.

c ¶ Quibusdam.} tribus puta.

d ¶ Eorum.} adeuntium.

e ¶ Extiterit.} ita. san alio. &c.

f ¶ Ad superstites.} tantum. q. d. non ad hęredes mortui: licet secus sit in iure accrescendi 1: ut hic, & ff. eo. l. Lucius. §. fin. & ff. de le. hære. l. si ex plurib. Item 2 oportet quod suas partes acceperint ex institutione: ut admittantur ex substitutione: non gratia repudiantis: ut hic in fin. & C. de iure deli. quidam. & suprà, e. l. sed si plures. & de lega. ij. l. cum pater. §. libertis.

g ¶ In omnem causam.} id est in quacunque causa unus suam portionem amiserit.

h ¶ Extiterunt.} & nullo mediante. hæredes enim hæredis 3 hæredes sunt aliquo mediante: vt no. s. eo. l. qui liberis. §. hæc uerba. Et no. quod per hoc repellitur hæres hæredis & repudians.

S I plures.} CASVS. Institui mihi hæredem Titium in una uncia & Seiū in octo unciis, & Caium in tribus unciis, & eos inuicem substitui, & posteà decessi & posteà Caius repudiauit suas tres uncias. certè dictæ tres unciæ debent diuidi inter Titium & Seium, ita quod fiant inde nouem partes. & de his nouē partib. trium unciarum debet habere octo partes Seius in octo unciis institutus, & unam Titius ex uncia institutus: nisi euidenter appareat aliam fuisse meam testatoris uoluntatem: quia tunc mea uoluntas seruaretur. Viuia.

i ¶ Plerunque.} quare h. d. in fi. l. dicet.

k ¶ Instituti sunt.} ut & C. eo. l. j. & s. eo l. si in testamento. & l. qui liberis. § fin & l. si pater. & ff. eo. qui cum plures.

l ¶ In nouem.} uidebatur institutum in uncia habere duodecimam trium unciarum, & ita institutum ex viij. debere habere viij. de tribus in xij diuisis. & sic remanent tres unciolæ uacantes 4: ne ergo istud contingat, ita fit computatio.

m ¶ Quod uix.} sic est suprà de iudi. l. uix. ergo si non euidenter fuit expressum, tamen si ex aliis coniecturis apparet, satis est: ut quia propria nomina substituendo dixit: ut infra ad Trebellia. l. nonnunquā. Item si eos aliquam pecuniam æqualiter dare iussit 5: ut infra de reb. dub. l. utrum. §. fina. & infrà ad Trebel. l. quoties. & propter hoc dixit plerunque, in prin. l.

S I pater.} CASVS. Seius instituit sibi hæredes duos suos filios impuberes, & eos inuicem substituit. Item substituit Titium ei ex dictis impuberibus qui nouissimus mortuus fuerit: & decessit dictus Seius. modò quæritur utrum dictus Titius admittatur cum dictis impuberibus fratribus ad bonorum possess. secundum tabu? Et dicitur quòd non, imò soli fratres admittuntur: quia de institutione dictorum fratrum duo gradus sunt facti. & tertio gradu est uocatus Titius. non sunt dicti fratres instituti, ut dictum est. & si unus decedat, eorum alter ē substitutus: & si substitutus postea decedat, uel non habeat hæreditatem, ueniet Titius ad hæreditatem & hoc dicit. Viuia.

n ¶ Substituerit.} alias instituerit: alias substituerit. nam siue dixit, uos inuicem instituo: siue dixerit, uos inuicem substituo: hæredes videtur eos instituere, & substituere breuibus uerbis: ut suprà, titulo j. l. cum in testamento. § hæc uerba. si autem simpliciter filios instituit, & si morerentur, Titium substituit: ultimo morienti uidetur substitutus Titius: ut C. eodem l. penul.

o ¶ Possessionem.} sec. tabu. ut infra. de bono. possess. sec. tab. l. ij. §. defertur.

p ¶ Quodammodo.} id est, breuiter ut dixi per l. cum in testamento. & secundum hoc nō computatur gradus tertius, idest, Titij & secundum hoc caute dicit institutionis. Vel dic 7 quodammodo, id est, uerè duos gradus institutionis & substitutionis: & secundum hoc non computatur prima institutio inclusa in breuibus uerbis. & facit ff. eodem. l. uel singulis. & ff. de usufruct. lega. l. codicillis. in princip. & de rebus dubi. l. qui duos. in principio.

S I pater filium.} CASVS. Titius instituit sibi hæredem filium suum impuberem, & postea ei ita substituit. si quis mihi natus fuerit post mortem dicti impuberis: sit hæres dicto impuberi. & posteà decessit dictus Titius. posteà uiuente dicto impubere natus est ei impuberi frater. certe rumpitur testamentum. si autem nascetur posthumus uiuo patre & mortuo impubere, existet solus hæres patri suo Titio prædicto: quia in eum casum fuit institutus. Viuianus.

q ¶ Sibi.} patri uiuenti. Accur.

r ¶ Post mortem.} illius impuberis quem instituerat. Accur.

s ¶ Fuerit.} sub. filio meo substituto, per quod uidetur tantum facere nulgarem, cùm designaret impuberem moriturum in uita patris. & ita non hæredem.

t ¶ Fratre.} Posthumi.

u ¶ Rumpetur.} quia eo casu natus est qui non est testamento comprehensus: ut s. de liberis & posthumis. l. commodissime. & l. posthuma. Azo. Sed contra. C. de posthu. hære. l. fina. Solu. ut dixi in l. cōmodissime. Accursius.

x ¶ Existet.} iam existente conditione, & eo casu in quo fuit institutus: ut supra de liberis & posthumis. l. cùm posthumus. dicet quis, Qualiter substitutus pupillariter esse potest, cum institutus in paterno uiuo testatore decesit, & irrito facto paterno irritatur pupillare: ut suprà eodem. l. ij. §. j. Respond. non est: quia hic posthumus ex testamento paterno 8 est hæres: non ex pupillari. nec enim impubes extitit hæres, & in pupillari ætate decessit, & ideo substitutus patri est hæres, non impuberi: ut institut. de pupill. substitu. in principio. Azo. Item nonne est incertus hæres, & sic non ualet: ut suprà titu. j. l. quoties. in princip. & §. hæres? Respon. 9 imo certus indubitabili signo: scilicet ex se nasciturus: ut s. titu. j. l. quoties. § si quis nomen. § si quis ita dixerit. Accursius.

† li. 6. resp.

† li. 4. disputationum.

1 Et bene. Bar. P. Al. & Ia.

2 Sequunt gl. P. Alex. & Ia.

3 Ad hanc gl. hęres hęredis dicit hæres: generaliter p trariū not. ī l. qui liberis. §. hęc uerba. s. e. ubi. Bal. singulariter limitat ubi uerbū hæres est prolatum a testatore, nā tunc nō venit hæres hæredis appellatione hæredis. uide ad longum per Bar. in l. filius. §. diui. in fi. de le. j.

4 Quæ accrescēt eisdem pro rata: & sic in effectu tantum ualet una computatio sicut altera secundum Pau.

5 Sequitur hāc gl. Bar.

† Scriptus est.

† lib. 24. digest.

6 Ista glo. est in omnibus ualde singularis secundū Alex. in l. inter. s. de li. & posth. & secundum Pau. hic.

† lib. 30. digest.

7 Ista placet Barto. Baldo. P. & Alex.

8 Istū intellectū sequuntur Dy. Bar P. Ale. & Ia. scilicet ... placeat Ia. de Are.

9 Sequitur gl. hac.

Infortiatum.

Universidad de Deusto Biblioteca

SI Titius.] CASVS. Institui mihi Titium hæredem & Seium, & Seio substitui Titium, & prædicto Titio substitui Sempronium. posteà antequam Titius adiret hæreditatem meã pro sua parte, post mortem meam decessit Seius antequã partem suã adiret. & ita Titius habere nunc totam hæreditatem meã potest. postea decessit Titius antequam adiret, modò quæritur vtrum Semproni' Titio substitutus habeat ex substitutione solã partem Titij, an verò & partem Seii cui fuit Titius substitutus? Et dicitur quod vtranque. Viuianus.

a ¶ Vtranque partem.] neutro hæredũ adeunte. quod dic vt instit. eo. §. sed si instituto. & facit J. cod. cohæredi. in princ.

† lib. lxij. digest.

SI Titius cohæredi suo substitutus fuerit, deinde ei Sempronius, verius puto in vtranque partem a Sempronium substitutum esse.

¶ *Fictio legis Corneliæ sicut testamentum confirmat paternum, ita & pupillare, si pupillus post mortem testatoris verè vel fictè in pupillari ætate decesserit. h.d. cum l.seq. Bar.*

¶ Idem. † LEX XXVIII.

LEx Cornelia, b quæ testamẽta eorum, qui in hostiũ potestate decesserunt, confirmat, non solum ad hæreditatem ipsorum, qui testamẽta fecerunt pertinet, sed ad omnes hæreditates, quæ ad quẽque ex eorũ testamẽto pertinere potuisset, si in hostium potestatem non peruenissent. Quapropter cum pater in hostium c potestate decesserit, d filio impubere relicto e in ciuitate, & is intra tempus pubertatis decesserit hæreditas ad substitutum pertinet, f perinde ac si pater in hostiũ potestatẽ nõ peruenisset. Sed si pater in ciuitate decesserit, fili' impubes apud hostes (si quidem mortuo g patre filius h in hostiũ potestatem peruenerit) non† incõmodè dicitur hæreditatẽ eius ex † ea lege i ad substitutos pertinere. Si verò viuo patre filius in hostium potestatẽ peruenerit, k non existimo l legi Corneliæ locum esse: quia non efficitur per eam, vt is, qui nulla bona in ciuitate reliquit, hæredes habeat. m Quare etiam si pubes n filius viuo patre captus fuerit: deinde mortuo in ciuitate patre, o ipse in hostium potestate decesserit, p patris hæreditas ex lege duodecim tabularum, q non filij r ex lege Cornelia ad agnatum proximũ pertinet.

¶ Scæuola. lib. xv. quæst. LEX XXIX.

SI pater captus sit ab hostibus, mox filius, s & ibi ambo decedant, quamuis prior pater decedat, t lex Cornelia ad pupilli substitutionem non pertinebit: nisi reuersus in ciuitate impubes decedat: quoniam & si ambo in ciuitate decessissent, veniret substitutus. u

¶ *Ex præsumpta voluntate defuncti coniunctus præfertur substituto. Bar.*

¶ Iulianus. lib. lxxviij. digest. L. XXX.

QVidam † testamento Proculum ex parte quarta, &

L Ex Cornelia. } CASVS. Institui mihi hæredem filium meum impuberem, & ei pupillariter substitui Titium: & posteà fui ab hostibus captus: & ita testamentum meum fuit irritum factum: & per consequens pupillare. postea apud hostes decessi: & postea dictus filius meus impubes decessit in pupillari ætate in ciuitate. certè hęreditas pertinet perinde ad Titiũ substitutum, ac si ego nunquam ab hostibus captus fuissem: quia lex cornelia quæ testamẽta eorum qui in hostium potestate decesserunt, cõfirmat perinde ac si nunquam capti fuissent, pertinet non solum ad hæreditatem ipsorum qui testamenta fecerunt, sed etiam ad omnes hæreditates, quæ potuissent pertinere ad quemcunque ex eorum testamento, si in hostium potestatem non peruenissent. Sed retento eodẽ casu pone quod dictus meus filius captus fuit ab hostibus me patre iam in ciuitate mortuo, & ibi decessit dictus meus filius. certè hoc casu p dictam legem Corneliã pertinet hæreditas dicti impuberis ad dictũ Titium ei substitutum. si autem me patre adhuc in ciuitate uiuẽte dictus impubes fuit ab hostibus captus, & ibi decessit me iam in ciuitate mortuo, non habebit substitutus eius hæreditatem ex dicta l. Cornelia. nam non efficitur per dictam legem ut dictus impubes qui nulla bona in ciuitate reliquit, habeat hæredem vel hæredes. & idem dicerem, si filius meus etiam pubes captus fuerit ab hostibus me adhuc in ciuitate viuente: & postea me in ciuitate mortuo decesserit in hostium potestate existens. nam eo casu hæreditas mea pertinet ad proximum agnatum ex l. xii. tabu. quæ solet vocare agnatos ab intestato. non autem pertinet ad dictum agnatum hæreditas dicti mei filij ex l. Cornelia: quia ut dictum est, nullam hęreditatem reliquit in ciuitate dictus meus filius cum fuit ab hostibus captus, scilicet quia ego tunc viuebam. Viuianus.

† P.F. com modè.

b ¶ Lex Cornelia. } de hac habes suprà de testamentis. l. lege. & instit. quibus non est permissum facere testamentum. §. fi. & suprà, de iniust. testa. l. qui vxorem.

c ¶ Cum pater in hostium. } aut capitur pater, & filius remanet: ut hic: aut econtra: ut infrà. § sed si pater. in fi. aut vterque: vt infrà. l. proxi.

d ¶ Decesserit. } ante filium. alias cessat Cornelia: ut infra, de cap. l. quod si filius in prin.

e ¶ Relicto. } instituto, & ei substituto dato pupillariter. Et nota relicto. secus si post mortem impuberis caperetur pater: sicut & in filio infra distinguitur. §. sed si pater. & §. si uero.

f ¶ Pertinet. } ex testamento pupillari. Azo.

g ¶ Mortuo patre. } prius uerè, non fictione l. Corneliæ: ne fit contra infra l. proxi. & statim dices.

h ¶ Filius. } impubes, si non habes in textu.

i ¶ Ex ea lege. } non ex uerbis, cum secundæ tabulæ sint irritæ capitis diminutione: ut s. de iniust. test. l. si quis ex. §. irritum. sed suppletione & benignitate prætoris: ut in contrario: ut infra de cap. l. pater. §. si mortuo. Sed oppo. pone quod pater capitur, deinde filius. tertio pater in captiuitate moritur. quarto moritur ibidem filius. ecce pater fingitur prima captiuitatis hora mori. ergo filio viuẽte debet succedere substitutus filii per hũc §. quod lex infra proxi. negat. Sed respon. quòd ad id quod supra dixit, si quidem mortuo patre &c. subauditur verè, & non fictè. 2

† Sequuntur hãc gl. Bar. P. Alexan.

K ¶ Peruenerit. } & ibi decesserit impubes, quia impubes ex. l. Cornel. fingitur decessisse. secus si reuertatur, & pubes decesserit.

1 Sequitur gl. Bart. P. Areti. Ale. & Ia.

2 Alias, &

l ¶ Non existimo. } ad hoc scilicet ut ex testamento pupillari aliquis sit hæres. est tamen locus l. Cornel. vt substitutus ex testamento sit hæres, scilicet ex vulgari expressa, uel saltem ex tacita.

m ¶ Habeat. } nõ distinguitur quis prius moriatur, scilicet filius apud hostes, uel pater domi. ut inf. proxi. respon.

n ¶ Pubes. } factus ille impubes prædictus.

o ¶ Patre. } prius.

p ¶ Decesserit. } scilicet post, quando est plus dubij, quam si econtra filius ante decessisset.

q ¶ Duodecim tabularum. } ad agnatum &c. & hoc intelligo cum non erat aliquis substitutus: uel si erat, obierat uiuente patre. uel ille admittitur ex uulgari expressa, uel saltem tacita, quæ in pupillari expressa continetur: ut supra eodem l. iam hoc iure.

† ad intell. hu' l. uide Fab. accor omb. in l. hædes mei. §. cum ita. num. 53. & 83. ad Treb. & Io. Coras. in l. post aditã. nu. 6. C. de impub.

r ¶ Non filij. } quia nulla Ioan. & adde dist. quam habes infra, de capti. l. pater in fi.

SI pater captus sit. } CASVS. Ego pater fui captus ab hostibus & postea fuit captus dictus filius meus impubes cui pupillariter substitueram Titium: ut dictum est in lege sequent. & apud hostes ambo decessimus. certè siue ego ante decessi, siue dictus meus filius non habebit substitutus impuberis hęreditatem ex substitutione per dictam l. Corneliam. si autem impubes reuersus fuisset in ciuitatem, & in ciuitate decessisset, bene ueniret substitutus per dictam legem Corneliam: quia & si ego & ipse in ciuitate decessissemus, ueniret substitutus per dictam legem Corneliam. Viuianus.

s ¶ Mox filius. } id est in eodem momẽto, & statim unus post aliũ: ut supra communia prædi. lege si cum duas secundũ Ir. Vel dic, id est incontinenti. & tunc per inde est ac si simul: quia ea, quæ incontinenti fiunt, inesse uidentur. uel, id est eodem bello, id est eodem tempore. Quid ergo si ex interuallo? Respon. habet locum substitutio filij, secundum H. Sed Bul. dixit idem etiam si ex interuallo: ut in distin. infra, de capti. l. pater. in fi.

t ¶ Decedat. } tunc autem pertinet, quoniam &c. Azo. ut infra, de capt. l. quòd si filius. in fi.

u ¶ Substitutus. } ex uulgari præmoriẽte patre, uel pupillari uel tacita, uel expressa præmoriente filio. ratio autem huius legis est, quia non potest dici hęres filius dum pater speratur reuerti. ergo substitutus locum non habet.

QVidam. } CASVS. Sempronius fecit testamentum, & instituit sibi hæredem Proculum in tribus unciis, id est in quarta parte hæreditatis suæ: & quendam nomine Quietum instituit in ix. unciis, quæ sunt dimidia & quarta hæreditatis. posteà substituit Quieto in ix. unciis, instituto quendam nomine Florum: & Proculo in tribus unciis instituto substituit quandam nomine Sophiam. & postea ita dixit, si neque Florus Quieto substitutus, neque Sophia Proculo substituta hęredes mihi erunt, simul repudiantes hæreditatem meam: Quieto & Proculo a me institutis substituo tertio gradu Coloniam Leptitanorum in dicta dimidia, & quarta hæreditatis meæ in qua institui Quietum prędictum, & substituo Caium & Cornelium & Stichum ex quarta parte hæreditatis

Qui etũ ex parte dimidia & quarta a hæredẽ instituit: deinde Quieto Florum, Proculo Sosiam hęredem substituit: deinde si neque Florus, neque Sosia hęredes essent, tertio gradu ex parte dimidia & quarta coloniam Leptitanorum b, & ex quarta complures hæredes substituit in plures quàm in tres c uncias. Quietus hæreditatem adiit. Proculus, & Sosia viuo testatore decesserũt d. Quæritur, quadrans Proculo datus, ad Quietum e, an ad substitutos tertio gradu pertineat? Rñdi, eam uideri uoluntatem patrisfamiliàs fuisse, ut tertio gradu f scriptos hęredes ita † demum substitueret, si tota hæreditas g uacasset: idque apparere euidenter ex eo quod plures quàm xij. uncias inter eos distribuisset h: & idcirco partem quartam hęreditatis de qua quęritur i, ad Quietum pertinere.

¶ *Sufficit quem semel hæredem extitisse, nisi testator eum hæredem esse tempore mortis requirat: quod ex dictione Tunc, præsumitur. Bar.*

¶ Idem. † L. XXXI.

IN substitutione filij ita facta, Quisquis mihi ex suprascriptis k hęres erit, idem filio meo hęres esto. quęritur l, quisquis hęres, quandocunque m fuerit intelligatur: an quisquis tũc hęres erit cũ filius morietur? Placuit prudẽtibus, si quandocũque hęres fuisset n. Quamuis enim uiuo pupillo hęres esse desiisset, fortè o ex cã de inofficioso, quę pro parte p mota est, futurum tamen eum hęredem ex substitutione creditum est. Non simili q modo in hac specie dicẽdum est, si quis cum duos filios haberet, Caium puberem, Lucium impuberem, ita filio substituisset r, Si Lucius filius meus impubes decesserit, neque mihi Caius filius s meus hęres erit, tũc Seius hæres esto t. Nam prudentes ita hoc interpretati sunt, ut ad impuberis mortem u conditio substitutionis esset referenda.

¶ *Ex præsumpta uoluntate defuncti plures coniuncti uocantur in uirilem respectu unius defuncti: sed inter se in hæreditarias portiones: Barto.*

¶ Idem. † L. XXXII.

QVi complures x hęredes ex

tatis meæ, id est, ex tribus unciis in quibus institueram Proculum, & substitueram Sophiam: & uolo quod de dicta quarta parte habeat duas uncias dictus Caius, & duas dictus Cornelius, & duas dictus Stichus, & ita diuisit testator prædictus in hac secunda substitutione in sex uncias dictam quartam hæreditatis suæ, id est supradictas tres uncias. posteà decessit Proculus in tribus dictis unciis institutus, & Sophia ei substituta uiuente adhuc dicto testatore. & sic dictæ tres unciæ sunt factæ in causam caduci, & sic ad hæredem Proculi non possunt pertinere, nec etiam ad hæredem Sophiæ ei substitutæ. & posteà decessit dictus testator, & prædictus Quietus in nouem unciis institutus adiuit hęreditatem pro ea parte. modo quæritur utrum dictæ tres unciæ factæ in causam caduci pertineant ad dictũ Quietum proculi cohæredem, qui quidem Quietus adiuit hæreditatem, ut dictum est: an Caium & Cornelium, & Stichum substitutos tertio gradu? Et dicitur quod debet pertinere ad Quietum quia ea uidetur fuisse testatoris uoluntas, ut ita demum substitueret tertio gradu scripto hæredes, si tota hæreditas uacasset. in nostro autem casu non uacauit: quia Quietus adiuit hæreditatem, ut dictum est. & hoc ideo præsumitur, quia plures quam xij uncias inter eos distribuit. nam coloniam Leptitanorum substituit tertio gradu in ix. unciis, & Caium & Cornelium & Stichum substituit tertio gradu in sex unciis. & ita substitutos prædictos in tertio gradu substituit in quindecim unciis. Viuianus.

† Deinde.

† lib. sing. de ambiguitate.

a ¶ Ex parte dimidia & quarta. } i. dodrante.

b ¶ Leptitanorum. } nomen uillę uel ciuitatis.

c ¶ Quam in tres.] quia in dodrante erat institutus.

d ¶ Decesserunt. } sicque eorum pars est in causa caduci: ut C. de cadu. tollen. l. j. §. & cum triplici.

e ¶ Quietum } cohæredem. Accur.

f ¶ Tertio gradu } ciuitatem & alios, seu alios tantum.

g ¶ Tota hæreditas. } i. tam gradus institutorum quam substitutorum primo loco.

h ¶ Distribuisset. } id est, distributæ essent unciæ. Io. non dicas quod distribuerit. q. d. si substituti admitterẽtur: ergo ciuitas in dodrante, & alij in quadrante. Item Quietus habet & ipse dodrãtem & sic fierent xxj. unciæ sicque Quietus non haberet dodrantem totius assis: quod testator uoluit: igitur in totum substituti repellentur. supplet ergo dictum testatoris, ne aliquid ineptè dicatur. ut s. titu. j. l. j. § fi. & l. fi. Itẽ apparet quod uerba illa, quod si neque &c. copulatiuè ponuntur. sic s. titu. j. l. Lucius.

i ¶ De qua quæritur. } in qua Proculus erat institutus. Azo. facit J. de usufru leg. l. Codicillis. in princ.

IN substitutione. CASVS. Exhæredaui filium meum impuberem, & Titium & Seium mihi hæredes institui: & ita posteà substitui dicto meo filio: Quisquis mihi ex suprascriptis hęres erit, idem hęres esto dicto meo filio. & postea decessi. & postea dictus Titius & Seius adierunt hæreditatem meam. postea tutor dicti mei filij egit querela inofficiosi testamenti, siue eam intentauit contra dictum Titium, & uicit contra eum. & ita fuit ruptum testamentum meum pro parte qua Titius fuit institutus: & sic desiit hęres esse dictus Titius. postea decessit dictus filius meus in pupillari ætate. nunquid ueniet dictus Titius ad hæreditatem impuberis ex substitutione? Et uidetur quod non: quia tempore mortis dicti impuberis non inuenitur meus hæres, & ego dixeram in substitutione, Quisquis mihi ex suprascriptis hęres erit, sit hæres filio meo. dicitur tamen hic, quod hæres erit impuberi, quia fuit meus hæres, ut dictum est, licet esse desierit, secus esset in hoc alio casu, pone quod habebam filium puberem qui uocabatur Caius, & filium impuberem qui uocabatur Lucius. exhæredaui impuberem, & institui puberem, & ita substitui dicto impuberi exhæredato si Lucius filius meus impubes decesserit, & in pupillari ætate: & si dictus filius meus Caius pubes quem institui, hæres mihi non erit: tunc Seius hæres esto dicti impuberis. nam isto casu si Caius filius impubes fuit mihi hæres ante mortem impuberis, & si tempore mortis impuberis non sit hæres: habebit locum substitutio Seij. & hoc facit dictio tunc, posita in substitutione. Viuia.

K ¶ Suprascriptis. } scripserat enim aliquos hæredes cum filio, uel etiam exhæredauerat filium.

l ¶ Quæritur quisquis. } sub. an.

m ¶ Quandocunque. } alias quandoque.

n ¶ Fuisset. } breuis solutio.

o ¶ Fortè. } aduerbium fortè 1 uarietatem facti, non iuris dubitationem 2 inducit. Nam constat hæredẽ esse institutũ ante perlatam querelam: quia dicit desiisset: ut infra de re iudi. l. non potest uideri desinere. & suprà de inoffic. testamẽ. l. ij. Item & constat, quòd in aliis uariis casibus quis desinit esse hæres: ut si fiat seruus hæres: ut J. eodem l. ex facto. §. fina. Item insti. tut. de hęredibus quæ ab intesta. §. per contrarium. in quibus erit idem quod hic. Sed oppo. qui semel est hæres &c. ut supra de mino. l. ait prætor. § sed quod Papinianus. in fin. §. Solu. illud regulare ut supra titu. j. l. ei qui. in fi. Vel dic quod non per prętorem, ut ibi: sed per restitutionem in integrum: quia nec facit hęredem ut institu. de bono. possess. § quos autem. sed iure ciuili sic 3, ut in pręmissis.

1 Et sic cõ filiũ potest dari p verbũ fortè secundũ Bal. & Ale. licet Rapha. 5.

2 Concor. gl. no. in c. ij. extra de testa. inducit tñ aliquã dubitationem: ut per Feli. in c. accedẽs j. extra. ut lite nõ contest. & glo. nor. in cle. j. in uersi appellandam. de appella. li. t. ad vel seiã ferece

3 Sequitur hãc gl. Bar. P. Alex. & Ia.

p ¶ Pro parte. } secus si in totum, quia pupillare euanescit: ut s. de inoffic. testa Papinianus. § sed nec.

q ¶ Non simili. } sed per contrarium.

r ¶ Substituisset. } dic quòd instituerat uel exhęredauerat impuberem: alias non ualet testamentum. item puberem instituerat: ut patet.

s ¶ Caius filius. } institutus.

t ¶ Esto. } scilicet substitutus. & est quidam 4 tertius hic Seius. & habeas supra neque mihi &c. Alij non 5 habent, & Caium & Seium idem esse dicunt: & sic unus filius alij filio substitutus secundum eos. Et nota quòd hic articulus tunc 6, denotat diuersitatem inter hunc & superiorem casum ut infra, de conditionibus & demonstrationib. l. iiij. in fine.

4 Et bene Ale. & Ia.

5 Et male Alex.

6 In hac gl. tũc significat tempus extremũ & de eius significatione vide omnino p Bal. in l. ex illis. C. de appel. & in auth. cõtra rogatus. j. coll. C. ad Treb.

u ¶ Mortem. } ut tunc fit hęres Caius, ut hic: & capax: ut supra eodem. l. si is qui hæres. & facit ad hanc legem infra de adimen. lega. l. alumnę. §. fin. & de codi. l. si quis eum. in fin. j. respon. & supra, eodem. l. qui liberis §. fina.

QVi complures. } CASVS. Institui mihi quendam hęredẽ nomine Attilium in duabus unciis hęreditatis meæ: & Caium in iiij & Seium in v. & Cornelium in una: & postea ita dixi: si dictus Attilius non adierit pro sua parte, substituo ei dictum Caium, & Seium, & Cornelium ex eisdem partibus quibus eos institui: & de eis tribus cohęredem Titium. & decessi: & postea Attilius noluit adire hæreditatem meam: & ita habuit locum substitutio, & dicta heredis adiectio. modo quæritur quam partem habere debeat dictus Titius adiectus, & quam Caius & Seius & Cornelius de duabus unciis in quibus fuit Attilius institutus? & dicitur quòd Titius habebit quartam partem duarum unciarum Attilij & prędicti tres habebunt tres partes dictarum duarum unciarum: & diuident dictas tres partes dictarum unciarum inter se pro eis partibus pro quibus a me instituti fuerunt. si autem adiecissem Titium & Stichum cohęredes prædictis tribus, fient tunc quinque partes de dictis duabus unciis Attilij, & Titius & Stichus habebit quilibet unam quintam: & alię tres quintę diuidentur inter prędictos tres pro his partibus pro quibus eos hęredes institui. & sic est plana hęc lex Viuianus.

x ¶ Qui complures. } quatuor puta computato Attilio.

Universidad de Deusto Biblioteca

a ¶ Adiecit.} substituendo,non instituendo:alioquin etiam si Atticius non adiret,nihilominus hæres esset Titius:ut infrà.de secun.tabu.l.ij.§.si quis ita scripserit.
b ¶ Quam partem.} scilicet Attilianæ partis cum Attilius non adierit.
c ¶ Tres fuissent.} scilicet substituti præter Titium.
d ¶ Hæreditarias.} Cur non solus medietatem: vt suprà, tit.j.l. Titius fundi? Respon. quia omnes separatim fuerunt instituti. At opponitur: ergo debent habere uiriles: ut institut. de hæreditat. §. si plures? Respon. verum esset nisi præcessisset partium distributio etiam in institutione. tunc enim videtur easdem partes repetijsse in personis eorum tantum quos instituit: ut suprà, eod. l. si plures. Azo. magis obstat suprà, eod l. si pater filio. sed & ibi coniunctim fuerunt instituti: vel hic substituendo nominatim dixit, pro partib. hæreditarijs vos substituo: vt hic patet: quod ibi non fecit. Itē contrà C.eod.l. fin.§.j. vbi habent omnes viriles. Sed ideo quia ita habuerant ex institutione:ut ibi not.& facit.j̄.de statulibe.l.qui pecuniam.

Diuinat secūdū Ba.

Ista est c̄ mente Bar. Pau.& Alex.

Istam sequitur Bar. Ange.Pau. Imo. Alex. & Ias.

dispatib. partibus instituerat, & in his Attilium , si Attilius non adierit,cæteros ex eisdem partib. quibus instituit,hæredes ei substituerat:deinde si Attilius non adiisset, Titium cohæredem iis qui substituti sunt,adiecit [a]. Quæsitū est quam partem [b] is,& quam cæteri habituri essent? Respondi Titiū uirilem, cæteros hæreditarias partes,ueluti si tres fuissent [c],Titium quartam partem Attilianæ partis habiturum:reliquarū partium hæreditarias [d] partes ex q̄bus instituti erant,reliquos habituros esse.Quòd si non solùm Titium,sed etiam alios adiecissēt heredes,hos quidem uiriles partes habituros:ueluti si tres putà cohæredes fuissent substituti, extranei duo adiecti:hos quintas [e] partes Attilianæ partis,reliquos autē cohæredes hæreditarias partes habituros esse dixi.

¶ Mater potest instituere filium in tēpus pubertatis, & ei substituere uulgariter. Bartolus.

e ¶ Quintas.} i.quilibet quintam.

S I mater.} CASVS. Titia instituit sibi hæredem filium impuberem cùm erit pubes,& ei uulgariter tali modò substituit, si dictus meus filius non erit mihi hæres,substituo ei Seium. & posteà decessit Titia,& posteà decessit dictus eius filius in pupil.ætate.nūquid habebit substitutus hæreditatem? Et uidetur q̄ non:quia substitutio non potest ante habere locum quam habet locum institutio. institutio autem non uidetur posse habere locum,nisi adueniente pubertate,sicut apparere vr̄ ex uerbis institutionis prædictis. dicitur tamen hic quod substitutus habebit hæreditatē ex tacita pupillari,quæ subintelligitur in dicta uulgari:ut dictum est s̄.co.iam hoc iure. nam non uidetur in nostro casu in diem collata institutio, sed hæreditatis tantum petitio propter utilitatē impuberis. Si filius & ex eo.} Seius habens filium habentem uxorem prægnantem,uenit ad mortem, & fecit taliter testamentum:Instituo mihi filium meum hęredem: & si filius meus morietur me uiuo,tunc si quis mihi nepos ex eo,siue quæ neptis post mortem meam in x.mēsibus proximis quibus filius meus morietur natus nataue erit,hæredes sunto. & si dictus nepos uel neptis mihi hæres non erit,substituo ei Titium.& decessit dictus testator, & filius suus prædictus institutus extitit ei hæres. certe amodo non potest habere hæreditatem alterius substitutus nepoti uel nepti: siue nepos uel neptis nascatur, siue non.nam si non potest habere locū amodò nepos uel neptis,multò minus habebit locū substitutus eius, scilicet.Titius.Viuianus.

f ¶ Cum erit.} nec filius intelligitur ad tempus institutus,sed purè: ut C.quando di.le.ce.l.ex his.& j̄. quando di.leg.ce.l.firmio. §.j. nisi aliud sensisse testatorem probetur:ut j̄.de manumis.testa.l.si ita scriptum fuerit.§.cùm Titius.& tunc uitio temporis sublato hæres erit: vt s̄.eod.hæreditas.erat autem dubitatio de substitutione: quia uidebatur facta antequam posset ualere institutio:sed,ut dixi,pro pura est institutio.

Fœminæ pupillariter non substituunt.

g ¶ In pupillaribus.} Non quod pupillaris substitutio ibi fiat, sed quia pupillus institutus fuit, est uulgaris. fœminæ enim pupillarem non faciunt.quia in potestate non habent:ut s̄.eo.l.ij.ij.respon.

h ¶ Substitutio.} nec in substitutione uidetur repetita eadem conditio seu dies:ut suprà titulo primo.l.si sub conditione.& facit infra, de leg.j.l.si cui.

i ¶ Placuit.} l.si filius morietur uiuo testatore & nepos post mortē testatoris nascatur:ut suprà de liberis,& posthumis.l.Gallus. in principio.

k ¶ Excludit.} ut & supra titulo primo.l.cum in testamento. in locum enim deficientis primi, & secundi gradus uidetur eum substituisse:ut & suprà eodem l.quidam testamento. & supra titulo primo. Lucius.Sed pone quod filius uixit post mortem defuncti: & repudiauit hæreditatem.Item similiter nepos repudiauit: nunquid admittitur Titius? uidetur quod non : quia filius extitit hæres ipso iure,licet postea repudiauerit.Econtra uidetur admmittendus: quia nec filius nec nepos hæreditatem adiuit,imò uterque repudiauit.Sed certe non est admittendus, illa scilicet ratione, quia filius non decessit testatore uiuo: & substitutio ita facta erat, si filius me uiuo morietur.Item uerba superiora,si hæres non erit: expone cum esse posset: quia filius præmoreretur, non hæres, & facit infrà,de acquiræn. hæredita. l. quandiu.

¶ Aphricanus. †LEX XXXIII

S I mater †ita testetur,ut filium impuberem cùm erit †annorum xiiij.hæredem instituat, eiq; in pupillaribus [g] tabulis si sibi hęres non erit, alium substituat, ualet substitutio [h].

¶ Si filius institutus in primo loco sit hr̄s, cessat substitutio uulgaris tam prima,quā omnis alia sequens.h.d.Alex.

¶ Si filius,& ex eo nepos posthumus, ita hæredes instituantur ut Gallo Aquilio placuit [i]:& nepoti,si is hæres non erit, Titius substituatur: filio hærede existente, Titium omnimodo, id est etiam si nepos natus non fuerit, excludi [k] respondi.

¶ Supremus seu ultimus est, quem nemo sequitur, licet nullus præcedat, & econtrà proximus dicitur,quem nullus præcedit,licet nemo sequatur.Alexan.

¶ Idem †. LEX XXXIIII.

E X duobus impuberibus ei

† li.ij.quęst.

† intell.no. huius l.uid. apud Coras.in l.si testamento. C.de ipub. & al. subst. nu.25.

† li.4.quęst.

X duobus.} CASVS. Institui mihi hædes duos meos filios impuberes: & ei qui supremus moreretur, substitui Titium. posteà ambo impuberes simul decesserunt. certè Titius erit hæres utrisque eorum. & est ratio, quia supremus dicitur non solum is qui post aliquem est, sed etiam ille post quem nemo est. in nostro autem casu omnes uidentur supremi decesisse:quia nullus eorū remansit post alium. & idem est econtrario. nam non solùm dicitur proximus esse alicui qui ante aliquem alium est, sed etiam is ante quem nemo est.

¶ Filium.} Seius instituit sibi hæredes Caium filium suum impuberem, & Titium extraneum:& Titio prædicto substituit Mæuium, & prædicto suo filio taliter substituit, quisquis ex suprascriptis scilicet Titio & Mæuio hæres mihi erit,substituo eum filio meo & postea decessit prædictus Seius.Titius institutus omisit hæreditatem: Mæuius autem ei substitutus adiuit ex substitutione.postea decessit dictus impubes. quæritur cui deferatur hæreditas eius impuberis : utrum Titio qui amisit hæreditatem patris,an Mæuio qui adimit hæreditatem patris ex substitutione? Et dicitur q̄ Mæuio.

¶ Etiam si contra.} Filium meum emancipatum præteri, scilicet, Titium.& Seium filium impuberem, & in mea potestate constitutum institui mihi hæredem in totum: & ei impuberi substitui Caium: & a dicto impubere reliqui multa legata danda quibusdam mihi coniunctis, & quibusdam aliis extraneis: & a Caio substituto reliqui similiter multa legata: & postea decessi. postea emancipatus petiit bonorum possessio.contra tabul. eo quòd a me præteritus fuit & uicit: & ita ruptum est testamentum meum, & sic factū est quòd ipse emancipatus habuit dimidiam hęreditatis meæ ab intestato: & alia dimidia remansit apud impuberem prædictum,postea in pupillari ætate decessit impubes. nunquid habebit hæreditatem impuberis Caius prædictus substitutus ei? Et dicitur quòd sic:& tenebitur præstare legata a se relicta, & etiàm ab impubere. Sed & si dictum emancipatum præterij, & dictum impuberem institui in tribus unciis, & Cornelium extraneum institui in ix. unc. & dicto impuberi substitui dictum Caium, & multa legata reliqui a dicto impubere præstanda quibusdam mihi coniunctis. & quibusdam alijs extraneis : & a dicto Caio impubere substituto reliqui similiter legata : & committente dicto emancipato præterito edictum : ut scilicet contra tabulas petat bonorum possessio.non solum dictus emancipatus sed etiam dictus impubes:& sic excludam dictum Corneliū in ix.vnc.institutum,& habeant ambo soli hæreditatem meam, scilicet emancipatus pro dimidia, & impubes pro alia dimidia, cùm ex institutione non habuerant, nisi tres unc. & postea impubes decedat in pupillari ætate, & ueniat ad hæreditatem suam dictus Caius ei substitutus. certè tenebitur dictus substitutus præstare legata ab impubere relicta coniunctis personis tantùm : sicut & impubes si uiueret teneretur præstare tantum coniunctis personis, & licet si non esset petita bonorum possef.contra tabu.impubes, uel eius substitutus posset detrahere ab omnibus legatariis Falcid.puta quia essent relicta legata ab imbubere ultra dodrantem suæ partis: tamen petita contra tabu. (quo casu non tenetur impubes, uel eius substitutus ad præstanda legata nisi coniunctis personis, ut dictum est) augebuntur legata relicta ab impubere coniunctis personis: ideo quia non præstat extraneus legatariis legata: ita quòd Falcid. in eis non habebit locum, uel tanto minus detrahet nomine Falcidiæ de legatis relictis coniunctis personis, quantum ei accreuit propter hoc quòd extraneis legata non præstat. & sicut ipse filius impubes plus debet coniunctis personis nomine legatorum, etiam ex eo quòd

quod petita contra tabulas extraneis non præstat legata, ut dictum est:ita plus debet dictus impubes & eius substitutus ex eo quod bonorum possess.contra tabu.plus ad filium impuberem prædictum peruenit quàm haberet ex institutione,cùm posteà ex substitutione peruenerunt ad eum tres unciæ,ut dictum est:per bonorum autem posses. contra tabu.peruenerunt sex unciæ ad eum, ut dictum est. & ita duabus rationibus crescunt legata coniūctis, siue exceptis personis relicta. & idem debet esse contrà, scilicet ut quemadmodum portio, quæ per bonorum posses. contra tabu.accreuit impuberi, auget legata, ut dictū est; ita & portio, quæ accreuit impuberi propter bonorum possess. contra tabu. minuat legata coniunctis personis ab impubere relicta:puta quia impubes sicut dixi in princip. fuit à me institutus ex asse, & per bonorum posses. contra tab. quā accepit frater suus emancipatus, & à me præteritus,dimidia hæreditatis sit ei impuberi ablata. nam pro ea dimidia sibi ablata substitutus eius exoneratur circa legata.& hoc dicit cum l. sequenti. Viuianus.

a ¶ Hæredem substituit.} ut infrà de rebus dubiis.l. qui duos. licet singulari numero usus sit:ut infrà de legatis primo qui filiabus. §.primo.& ideo de utrique portione detrahit Falcidiam:ut infrà eodem l. qui duos:Sed contra infra ad Trebel.l.eum qui. Sol. hic totum uolebat ad substitutum peruenire, ibi partem .Vel dic ut ibi.

† P. scipio. cū ei q̄ primas Hostiles muros ascenderet coronā muralē promisisset & duo simul ascendissent utrique dedit. Liu.lib.26.

† De intel. huius. §.vi. Hyer. veriū in l. ex facto. §.Lucius. nu. 6. hoc.tit.

† Substitutione &c.

qui supremus moreretur, hæredem [a] substituit. Si simul morerentur,utrique hæredem esse respondi: † quia supremus [b] non is demum qui post aliquem, sed ēt post quem nemo sit,intelligitur: sicut econtrario proximus nō solùm is qui ante aliquem, sed etiā is ante quem nemo sit, intelligitur.

¶ Hæres ex substitutione uulgari admittitur ad substitutionem impuberi factam per hæc uerba, Quisquis mihi hæres erit, &c.Barto.

¶ Filium impuberem & Titium hæredes instituit. Titio Mæuium substituit [c]. filio quisquis sibi hæres esset ex suprascriptis, substituit [d]. Titius omisit hæreditatē. Mæuius adiit [e]. Mortuo deinde filio putat magis ei soli [f] ex substitutione deferri pupilli hęreditatem,qui patris quoque [g] hæreditatem adierit.

¶ Licet testamentum per contra tabu,expugnetur,firma tamen manet substitutio pupillaris:& relicta à substituto pupillari debentur omnibus.Alexander.

¶ Etiā † si [h] cōtra tabulas patris bonorum possessio petita sit, substitutio tamen pupillaris ualet:& legata omnibus præstanda sunt, quæ à substituto data sunt.

¶ Ista lex reputatur difficilis, & habet tres partes.Prima durat usque ad uer.sic & crescere.Secunda usque ad uer,his consequens.Tertia usque ad finem. & secundum quod textus habet tres partes, ita glo.magna, quæ est hic, quæ ponit casum, habet tres partes , prout ponit casum. Bartolus.

b ¶ Supremus } ad hoc j̄.de uerb.signi.l. proximus. & l.in uulgari. & unde cog.l.j.§.proximus.
c ¶ Mæuium substituit.} scilicet uulgariter.
d ¶ Substituit.} scilicet pupillariter.
e ¶ Adiit.} & sic testatori directo est hæres:ut institu. de pupillari substitu.in princ.
f ¶ Soli.} scilicet Mæuio.non autem Titio repudianti:ut supra eo. l.qui plures.
g ¶ Patris quoque.} unde continetur substitutus uulgaris.nam uerbum quisquis,ad solum Titium pertinere non potuit,nec ad pauciores quam duos.sic ergo qui eorum duorū erit hæres, ille admittetur: secus tamen si dicā in testamento:quisquis mihi hęres erit, det x.illi. nam duo comprehenduntur,id est etiam qui uenit ab intestato, non solum scripti:ut infra de codicil.l.si quis.hic non nisi scriptis ueniūt: ut supra eod.l.cum filio & l.qui liberis.§ hæc uerba.& facit s̄. eod.l.v. & j̄.eo.l.cùm ex filio.§.fin.
h ¶ Etiam si.} pone impuberem in potestate constitutum institutū, & emancipatum puberem præteritum,& extraneum pupillo substitutum, a quo sunt relicta legata, quæ ualent, licet commisso edicto per emancipatum, id est, licet egerit per contra tabu.etiam si impubes petierit contra tabu.ut dices infra.l.proxi. Et quęro hic quare rupto testamento per querelam in totum rumpitur pupillare : ut supra de inoffi.testamē.l.Papinianus.§.sed nec.& non per contra tabu. ut hic,& infra.l.proxi? Respon. quia testamentum est de iure ciuili, & querela.sic unum potest tollere aliud:ut instit.de leg. ag. tu. §.fina, sed contra tabu.est de iure prætorio, quod non tollit testamentum: quia cùm prætor non potest facere hæredem, multo minus definere: ut instit.de bonorum possessio.§.quos autem. inde est quod in querela dicitur quæri de uiribus testamenti: in contra tabu.non, sed de patris & filij qui agit,an sit filius seu pater,uel non:ut supra de inoffic.testamen.l.filio.§.contra tabulas.& differt.in alio: quia querela nascitur demum hæreditate adita:ut C.de inoffi.testamē.l.si quis filium, sed contra tabu. etiam prius:ut infra, de contra tabu. l.illud. in fin.

& secundum hoc non ob.suprà eodem.l.ij.§.j.quia ibi iure ciuili rumpitur per præteritionem posthumi:ut supra de iniusto.testa. l.posthumus.Item non ob.suprà eodem.l.is qui. quia ibi ut indignus repellitur,ut ibi dixi.

i E Tsi contra tabulas.} Pater filium puberem emancipatum præteriit : impuberem in potestate constitutum instituit. & ei extraneum substituit : à quo substituto, & etiā ab impubere legata reliquit. præteritus egit contra tabul & sic aperta est uia instituto, ut & ipse habeat per contra tabu.tandem in pupillari ætate decessit. quæritur an teneatur amplius substitutus ad legata? & dicit eum teneri amplius quam teneretur pupillus: quia hic omnibus pupillus coniunctis tātum personis: & sic augetur onus legatorum. Hic alio casu si ponas pupillum esse in vncia una institutum, extraneum in undecima & pupillo substitutum datum, & relicta legata ab utroque. si habeat pupillus contra tabu. commisso sibi edicto per puberem præteritum, & sic habeat dimidiam hæreditatis, pro ea rata dabit substitutus legata, non pro uncia tantum: & hoc omnibus. nam & pupillus teneretur, ut pro unciis: non pro una tantum: sed solummodò coniunctis.econtra decrescit onus legatorum si ponas pupillum in assem institutum, & per puberem agentem cō tra tabu. ablatum ei dimidium. nam pro dimidia dabuntur legata,non pro asse, sed a substituto omnibus, a pupillo coniunctis.& probantur etiam hæc infra de lega.prætand.l. filium quis. & de legatis. iij.l. fina.& de contra tabu. l. non putauit. §.fina. in exhęredato pupillo ponere non potes: tum quia non habet contra tabu. ut infra, de contra tabu. l. non putauit. in principio. tum quia a substituto eius legari non posset : ut infra de legatis j. l. ab exhæredato. primo respons. Sed quidam dicunt quod in eo potest poni,si modo per præteritum committatur edictum, per eandem l.infra de legatis.j.secundo respon. Sed certè de substituto instituti non exhæredati ibi dicit. Item nec de præterito pupillo potest dicere:quia non potest relinqui ab eius substituto. argumentum. C. de leg. l. cum quidam. licet ei posset dari contra tabu.ut C. de liberis præterit. l. maximum. & adde quod nota. supra. l.proxi. in fin. Accursius.

Casum ponit.

¶ I dem.lib.5.quæst. L. XXXV.

E Tsi contra tabulas [i] patris petita sit à pupillo [k] bonorum possessio : in substitutum tamen eius [l] actionem legati [m] dādam esse,ita ut augeantur legata; propterea q̄ [n] filius extraneis [o] non debuerit : sic & crescere à substituto data legata si per bonorum possessionem plus ad filium peruenisset : quemadmodum & ipse filius plus exceptis [p] deberet.His consequens esse existimo ut si impubes ex asse hæres scriptus sit, & per bonorum possessionem semis ei ablatus sit, substitutus in partem bonorum, legati nomine exoneretur:ut quemadmodum portio quæ per bonorum possessionem accesserit, auget legata,ita & hic [q] quæ abscesserit,minuat.

¶ Licitum est testanti facere tot gradus substitutionum quo uult:& plures possunt substitui in locum unius, & econtra, & si substituatur nouissimo morienti, uidetur testator uoluisse inter omnes conseruare ius legitimarum hæreditatum, uel successionum ab intestato.hoc dicit cum l.sequē. Alexander.

¶ M artianus.li.4.instit. L. XXXVI.

K ¶ A pupillo.} instituto,alio committente edictum.
l ¶ Eius.} impuberis.
m ¶ Legati.} relicti in substitutione:ut supra.l.prox.in fin.& infra, de lega.præst.l.filium.§.quod si impubes. sed relicta a pupillo dabit, sicut dicitur infra,de leg.iij.l.si.§.fin. Nec ob.instit. de pup.substi.§.liberis.quia ibi iure ciuili annullatur:ut ibi not.s̄.l.prox.unde non ualet substitutio ibi.
n ¶ Quòd.} id est quia.
o ¶ Extraneis.} sed parentibus. Azo. ad quod infra, de legatis secundo. l. cum patronus, substitutus autem omnibus etiam extraneis.
p ¶ Exceptis.} non aliis: sed substitutis omnibus,si ab eo sunt relicta: ut infra de legat.præst.l.filium. Et est ratio,quia substitutus in totum quod succedit, voluntate testatoris succedit. Azo. Quæ autem sunt personę exceptę,habes infra de lega.prꝗst.l.j.& iij.& C.de contra tabu.l.j.
q ¶ Ita & hic.} Contrariorum eadem est ratio. sic infra ad l. Falcid. l.si hęres institutus.& supra mandat. l. si mandato.§. quoties. & institutio.de contrahen.emptio. §. cum autem. Sed argument. contra supra de negoti. gest. l. si quis negotia. & de procurat. l. qui proprio

Contrariorum eadem est ratio.

Universidad de Deusto Biblioteca

§.usque adeò.& §.item contrà.& facit ad l.j.de lega.j.l.si hæres. & de conditio.& demonstratio.l.Plautius.

POtest. } CASVS. Faciens testamentum potest facere plures gradus hæredum hoc modo. Instituo mihi heredem Titium: & si Titius hæres non erit, Seius hæres esto.& si Seius hæres nō erit, Mæuius hæres esto. & sic deinceps. & ultimo substituto potest substituere seruum suum, ut sit hæres necessarius. Item potest substituere plures in locū unius & in locum plurium potest substituere unū. Item potest substituere cuilibet de institutis alium extraneum dando cuilibet suum substitutum extraneum. Item hæredes institutos potest adinuicem substituere. Item si habet duos filios pone impuberes, potest dare substitutum cuilibet eorum per se:& tunc si unus eorum filiorum decedat habebit substitutus eius partem mortui:& ita non decedit nunc ab intestato dictus filius: quia pater eius dicitur ei fecisse testamentum substituendo ei. & idem erit in alio filio posteà decedente. Item potest substituere illi soli de dictis filiis qui ultimo moreretur: & tunc si unus decedit, alter succedit ei iure legitimo, id est, ab intestato. & si alter posteà decedat, substitutus eius habebit utriusque hæreditatem ex substitutione, hoc dicit cum l. seque. Viuia.

† Si filia hęres:&c.

† l.x.inst.

† lib. sing. de secund. tab.

POtest [a] quis in testamēto plures gradus hæredum facere: utputà, † Si ille hæres non erit, ille hæres esto, & deinceps plures: ut nouissimo loco in subsidiū uel seruum necessarium hæredē instituat. Et uel plures in unius locum possunt substitui, uel unus in plurium, uel singuli in singulorum, uel inuicem ipsi qui hæredes instituti sunt.

¶ Florentinus. † L. XXXVII.

VEl singulis liberis, uel ei qui eorum nouissimus morietur, hæres substitui potest. Singulis, si neminem eorum intestatū decedere uelit. Nouissimo, si ius legitimarum [b] hæreditatum integrum inter eos custodiri uelit.

¶ Potest quis omnibus liberis substituere, uel parti eorum, aut nulli, aut ad tempus totum pupillaris ætatis, uel ad partem eius. Barto.

¶ Paulus. † L. XXXVIII.

QVi plures liberos habet, potest quibusdam substituere, neque utique necesse habet omnibus [c]: sicuti potest nulli substituere. Ergo & ad breue [d] tēpus ætatis substituere potest: utputà, Si filius meus intra annum decimum decesserit, Titius ei hæres esto. Itaque & si diuersos substituat post finem [e] ætatis, admittendum erit: ueluti, Si intra annū decimum decesserit, Titius ei hæres esto. si post x. intra. xiiij. Mæuius hæres esto.

¶ Aditione facta à coacto ex Trebelliano cōfirmant tabulæ pupillares. h.d. Bar.

¶ Etsi à patre institutus [f], rogatusque hæreditatem restituere [g], coactus ex fideicommisso [h] † adierit: quamuis cætera, quæ in eodem testamento relicta sunt, per eam aditionem confirmentur [i], ut legata & libertates: secundas tamen tabulas [k] non oportere suscitari destituto [l] iam iure ciuili testamento, † Serbidius Scæuola noster dicebat. sed plerique in diuersa sunt opinione [m]: quia & pupillares tabulæ pares sunt [n] prioris testamenti. quo iure utimur.

¶ Filio impuberi emancipato non potest pupillariter substitui: sed potest eius institutio omitti: & per fideicommissum sibi in tempus pubertatis relinqui: quod importabit tantundem, quantum substitutio pupillaris. Bart.

Iabolenus. li. I. ex posteriorib. Lab. L. XXXIX.

CVm ex filio † quis duos nepotes īpuberes haberet, sed

a ¶ Potest. } ut instit. de uulga. substi. in princ.

b VEl singulis. } Legitimarum. sic institu. eo. §. vel singulis. & C. eo. l. penul. Sed contra. j. de leg. ij. Titia Seio. §. scio. vbi per fideicommissum videtur eos inuicem rogare, non ius ab intestato reseruare. Solu. ibi.

QVi plures. } CASVS. Si habeo quatuor filios, & eos hæredes instituo: possum substituere duobus, & aliis duobus nullum dare substitutum. nam & possum ita eos instituere, vt nulli eorum substituam. & si possum diminuere numerum illorum quibus substituo, vt dictum est, ergo si impuberes sunt, possum diminuere cum eis substituo pupillariter, tempus quod solet poni in pupillari ætate vel substitutione, hoc modo: si Seius filius meus hæres mihi extiterit, & intra decimum annum decesserit, Titius ei hæres esto, cum in pupillari substitutione soleat poni tempus. xiiij. annorū. Item & ita possum substituere. Si Seius filius meus hæres mihi extiterit, & intra decimum annum decesserit, Titius sit ei hæres. si autem post decimum annum decesserit dictus filius meus. intra tamen. xiiij. annum, Mæuius hæres esto.

¶ Et si à patre. } Titius instituit sibi hæredem Seium filium suum impuberem: & rogauit eum per fideicommis. vt si in pupillari decederet ętate, restitueret hæreditatem Caio. & posteà dedit, pone tutorē filio suo Sempronium: & decessit dictus Titius. nunc dictus Seius filius eius & tutor Seij nolebant hæreditatem adire: vnde Caius fecit eos cogi ut adirent. & adierunt. Postea in pupillari ætate decessit dictus Seius. nunquid ex dictis secundis tabulis pertinebit hæreditas ad Caium fideicommissarium, vel debebit ei restitui? Et uidetur quod non: quia testamentum Titij patris Seij prædicti fuit iure ciuili destitutum: ideo quia Seius adire noluit & per consequens secundę tabulæ. unde quamuis per coactionem resuscitetur principale testamentum: non tamen uidetur debere suscitari secundas tabulas: licet suscitentur legata & fideicommissa specialia in principali testamento relicta. & hoc quidam dixerunt. sed certè male dixerunt: quia bene debent resuscitari secundę tabulæ, resuscitato principali testamento: quia sunt pars principalis testamenti. Viuianus.

c ¶ Omnibus. } substituere. Accursius.

d ¶ Ergo & ad breue. } quia abbreuiare potest numerum: 1 ergo & tempus. sic supra de iudi. l. nonnūquā. & facit infra eodem. l. ex facto.

1 Et sic ualet argumētum de persona ad tēpus secūdū Bar. P. Alexan. & Ia.

§. item quæro. & supra eodem. l. si ita quis substituerit. & l. in pupillari. & l. uerbis. & infra, de mili. testamen. l. miles ita. §. j. & de secun. tabu. l. ij. §. si primus.

e ¶ Finem ætatis. } s. decem annorum.

f ¶ Etsi à patre institutus. } filius, per hoc quod dicit patre, & impubes.

g ¶ Restituere. } si decessi in pupillari ætate.

h ¶ Fideicōmisso. } alias commisso, alias commissario.

i ¶ Confirmentur. } ualebant: enim ut potè filio hęrede ipso iure: ut institut. de hęred. qualit. & diffe. §. sui. sed per aditionem accepit effectum 2 quasi hęres contrahat: ut infra, ex quibus caus. in possessio. eat. l. iij. in fine.

K ¶ Tabulas. } in quibus rogatus fuerit restituere.

l ¶ Destitutio. } cum sua uoluntate spontanea non adiit. Azo. per quod uidetur repudiare: ut institut. de heredū. quali. & differ. §. fina.

m ¶ Opinione.] & bene: 4 ut infra ad Trebellia. l. nam quod. §. si quis. & leg. apud Iulianum. §. j. & infra si quis omis. cau. testa. l. si quis omissa.

n ¶ Pares sunt.] ut instit. eo. §. liberis.

1 Displicet Dy. & Bar. ideo dic φ filio instituto fuit datus cohęres extraneus, qui cohęres partem suā postea repudiauit secundū Dy. B. B. Imol. Alc. Are. & Ia.

2 Displicet omnib. dempto Pau.

† Alias à fideicommissario.

† Quintus Ceruilius.

4 Idē omnes scrib.

CVm ex filio. } CASVS. Titius habebat duos nepotes ex filio suo mortuo, unus quorū erat in dicti Titij potestate, alius non. & uolebat quemlibet pro dimidia instituere: & adinuicem pupillariter eos substituere: tamen ei qui non erat in sua potestate, non poterat pupillariter substituere: alij autem sic. quærit quid habet facere Titius ut habeat dictum suū propositum? & certe debet instituere hæredem solum suum nepotem illum quem habeat in potestate, & ab eo legare alij qui non est in potestate sua, dimidiam hæreditatis cum fuerit factus pubes nepos prędictus qui non est in potestate. & econtra debet illum nepotem, qui non est in potestate substituere pupillariter illi nepoti qui non est in potestate, & ita faciendo idem consequetur testator, ac si inter eos pupillarem substitutionem fecisset, posito quod ualeret substitutio pupillaris inter eos, quæ quidem non ualet in persona nepotis in potestate non existentis, vt dictum est. nam moriente in pupillari ætate nepote in potestate constituto habebit sine dubio ex pupillari substitutione totam hæreditatem nepos non constitutus in potestate: & econtra moriēte in pupillari ętate nepote non constituto in potestate, retinebit sibi totam hæreditatem nepos in potestate constitutus, in qua tota ipse fuit institutus, vt dictum est. nam non fuit grauatus, nomine legati dare dimidiam hęreditatis nepoti non constituto in potestate, nisi cum nepos non constitutus in potestate esset pubes, vt dictum est. ipse autē decessit in pupillari ętate, & sic amplius pubes effici non potest. & hoc consilium testatori dederunt quatuor iurisconsulti, scilicet Labeo & Ofilius & Cascellius & Trebatius.

† Intell hoc ius. l. pont Crott. in Rub. j. de le. 1. n. 137

¶ Filio impuberi. } Filium meum impuberem mihi hæredem institui: & ita ei substitui, Titius sit mihi heres, si mihi nullus meus filius fuerit hæres. Seius autem sit mihi hęres si dictus meus filius impubes hęres mihi erit, & impubes mortuus fuerit. & decessit. modo quęritur nunquid ualeat substitutio? Et dicitur quod sic. filio enim impuberi in singulas causas alium & alium hæredes substituere possumus.

¶ Quidam. } Ita dixi in testamento meo: instituo mihi hæredes Titium & Seium. & ita coniunxi eos re & uerbis. & Seio substituo primum. Titio autem nullum substitutum dedi. postea ita dixi, Instituo mihi hęredes similiter Caium & Sempronium, & Caio substituo Secundum, & Sempronio substituo Tertium. me adhuc viuente decessit dictus Titius & Seius. postea ego decessi & sic partem dicti Seij debet habere primus eidem Seio substitutus. modo quęritur ad quem debeat pertinere pars Titij, cui nemo erat substitutus, vtrum

tus, utrum ad dictum primum substitutum Seij: an uerò ad Caium & Sempronium cohæredes dicti Titij? Et dicitur quod debet pertinere ad substitutum Seij nam Seius erat coniunctus Titio, ut dictum est. unde sicut partem Seij habet substitutus eiusdem Seij, ita & habere debet partem Titij Seio coniuncti iure accrescendi. Viuianus.

a ¶ Hæredem habere. } Hic auus desyderabat, ut quicunque eorum decederet impubes, solida eius dimidia perueniret ad alium: quod facile 2 erat sibi disponere in eo qui in ipsius aui potestate erat. sed in emancipato durum uidebatur: cum ei pupillariter alium substituere non posset. Item si rogauit eum per fideicō. saltem quartam transmittat ad eum, qui in proximiori gradu esset quam frater, si impubes decederet, ut est mater defuncti impuberis quare horū quatuor sapientium consilio est testatus auus: ut filio quem in potestate habebat, emancipatum pupillariter substitueret: & emancipato si ad decimumquartum annum peruenerit, dimidiam cum fructibus legauit. idem si nihil dictum fuisset de fructibus 3, ut suprà de usur. l. in fideicommissi. §. cum pollidius. hic emancipatus si ante. xiiij. ætatis an. decedat, ad hæredem nil transmittit: cùm conditionale legatum sit: ut infrà de legatis secundo. l. si cui. nec quærelam inoffic. intendere potest, cum plenè erant ei omnia restituenda: ut C. de inoffic. testa. l. si pater. Sed hodie 3 puto contra: ut C. de inoffic. testa. l. quoniam. Azo. & in authen. de trien. & se. §. prohibemus. col. iij. Item quæro, si hic, cui dimidia pars hæreditatis relicta est, pro parte præstet legata? Respon. secundum Irner. quod sic: ut infrà de milita. testamen. l. militis codicil. in prin. sed & onus æris alieni pro parte subibit: arg. infra de leg. j. l. ab omnibus. §. fina. & infra. de leg. ij. l. cùm filius. §. lucio. Sed argum. contra infra, ad Trebel. l. mulier. §. fin. Vel uerius dic ut not. j. de lega. j. l. non amplius. §. fina.

1 Ista glo. sustentatur hic per P. Imo. Alex. & Ias. quāuis displiceat Bald.

† Inquātū iste tex. sentit expssum facere cessare tacitū, limitabis eū: per l. nō rectè. C. de fideicōmi. ut nō pcedat qn̄ tacite insunt: quia illo casu n̄ tm̄ nō facit tacitū cessare imò cōtrū expssio nihil operatur. De quo uide in l. ij. & ibi Dy. j. de leg. ij.

2 Sequunt hāc gl. Bal. Paul. Imo. Alex. & Ia.

3 Istaglo. quāuis hic approbatp Bal. & Imo. displicet tn̄ Bart. Ang. Alex. Albe. & Ia.

alterum eorum in potestate, alterum non, & ualet utrunque ex æquis partibus hæredem habere [a], & si quis ex his impubes decessisset, ad alterum partem [b] eius transferre, ex consilio [c] Labeonis, Ofilij, Cascellij, Trebatij, eū quem in potestate habebat, solū hæredem fecit: & ab eo alteri [d] dimidiam partem hæreditatis, cū in suam tutelam [e] uenisset, legauit. quod si is qui in sua potestate esset, impubes decessisset, alterū hæredem ei substituit [f].

¶ Expressum facit cessare tacitum. Bart.

¶ Filio impuberi † in singulas causas [g] alium atque alium hæredem substituere possumus: ueluti ut alius [h], si sibi nullus filius fuerit [i] hæres: & alius [k], si filius fuerit hæres, & impubes mortuus fuerit, hæres sit.

¶ Ius accrescendi transit ad illum ad quē transit portio iure substitutionis. Bar.

¶ Quidam quatuor hęredes scripserat, & omnibus hęredibus pręter unum substituerat. unus ex illis [l] cui non erat quisquam substitutus, & ex cæteris alter uiuo patresam. decesserat: partem † eius, cui nemo erat substitutus, ad substitutum quoque [m] pertinere. Ofilius & Cascellius respōderūt [n]: quorum sententia uera est.

¶ Substitutus impuberi, qui se posteà dedit ad arrogandum, habet utiles actiones, si posteà impubes decedit. Bar.

¶ Papinianus. † L. XL.

CAusa cognita impubes [o] arrogatus decessit: quēadmodum [p] legitimis hæredibus [q] authoritate principali prospicitur uinculo cautionis: ita si fortè substituat naturalis [r] pater impuberi, succurrendum erit substituto [s]. Nam & legitimis hæredibus futuris nō aliæ quàm utiles actiones, præstari possunt.

¶ Substitutus ei qui est substitutus cohæredi suo, utroque defuncto uocatur in utriusque portionem. Barto.

Idem. † L. XLI.

COhæredi [t] substitutus [v], pri

b ¶ Partem eius. } totam, & insolidum. Azo.

c ¶ Consilio. } modo respondet.

d ¶ Alteri. } s. emancipato. Azo.

e ¶ Tutelam. } intra xxv. annum, secundum quosdam arg. C. de his qui ue. æta. impe. l. fin. Sed dic 4 ad xiiij. annum: ut j. de lega. iij. l. cum filio. Alij dicunt. i. sui iuris: & nepos erat in potestate patris sui cui auus non uult quæri.

4 Istam sequunt Bar. & Bal.

f ¶ Substituit. } pupillariter, & sic nulla quarta retinetur: ut C. de inoffi. testa. l. ex tribus.

g ¶ In singulas causas. } i. in uulgarem casum unum, & in pupillarē alium. Azo.

h ¶ Alius. } puta Titius H.

i ¶ Fuerit hæres. } alias non habetur hæres, sed intelligitur. H.

k ¶ Et alius. } puta Sempronius. H. & no. 5 quod hoc casu uulgaris substitutio non concipit pupillarem, nec pupillaris uulgarem. alioquin non esset alius, & alius in diuersis casibus substitutus. sed ambo in utroque secundum Io. quod lex ista prohibet. Azo. sic supra. cod. l. iam hoc iure. in fin.

5 Istam gl. approbant Bar. B. P. & Alex.

l ¶ Ex illis.] s. hęredibus, illi. s. cui. &c.

m ¶ Quoque. } non solùm ad duos hæredes, qui supersunt. hic enim substitutus directo testatori est hæres: ut supra eodem. l. ex duobus. §. filium.

n ¶ Responderunt. } Sed hic extraneus non fuit ei qui decessit. nec re, nec uerbis coniunctus, cur ergo iure accessionis aliquid habeat? Respon. ideo quia ille cui fuit substitutus, coniunctus fuit.

ADDITIO. Dic idem si non esset: quia inter hæredes disiunctos est locus iuri accrescendi. Bar. Pau. & Alexander.

CAusa. } CASVS. Filium meum impuberem institui mihi hæredem: & ei pupillariter, Titium substitui. & posteà decessit. venit postea Seius, & causa cognita cum impuberem arrogauit: quia monstratum fuit iudici causam arrogationi, honestam esse, & impuberi expedire certè Seius arrogator debet cauere tabellario publico si intra pubertatem impubes decesserit, restiturū se bona illis qui ad successionem impuberis uenturi essent, si arrogatio non fuisset facta. & hoc casu per istud uinculum cautionis non solum legitimis hæredibus impuberis prospicitur, sed etiam Titio ei substituto. quibusdam tamen uidebatur non debere prospici ita substituto sicut legitimis per dictam cautionem: quia per arrogationem ruptum est testamentum pupillare: & ita substitutus a modò est extraneus impuberi. legitimi autem non efficiuntur propter hoc extranei. sed certè ipsi malè dicunt: quia eiusdem conditionis sunt in hoc casu legitimi, quo est, substitutus: sed si dicta cautio non esset interposita. nam sicut substitutus non admitteretur rupto pupillari testamento per arrogationem: ita nec legitimi admitterentur patre adoptante bona impuberis peculij iure occupante. Interposita ergo cautione prædicta eiusdem similiter debeant causæ conditionis, scilicet, ut sicut legitimi habent utiles actiones ex dicta cautione: ita & habeat substitutus. & hoc dicit l. licet per pauca uerba. Viuianus.

† In P. F. deest eius.

† lib. 25. quæst.

o ¶ Causa cognita impubes } demum causa cognita arrogatur: & sunt causæ suprà de adoptio. l. nec ei. §. eorum. usque in fin. & inter cætera cauet seruo publico de restituendis bonis arrogati illis personis, quæ erant habituri, si arrogatio facta non esset: & sic legitimis & aliis prouidetur: ut hic, & supra de adoptionib. l. nec ei. § fi. & l. non aliter. & l. his uerbis. & l. sequen. & institu. de adopt. §. cum autem.

† lib. 6. responsorū.

p ¶ Quemadmodum. } i. sicut.

q ¶ Hæredibus. } arrogati.

r ¶ Naturalis. } & legitimus.

s ¶ Substituto. } contra arrogatorem, qui fortè est hæres. sed restituit. Nam rumpuntur secundæ tabulæ: ut d. l. nec ei. §. j. Succurritur ergo hoc casu his personis, ut utiles habeant actiones. nec enim possum habere directas: quia iure isto nullum habet hęredem 6 qui in alterius potestate moritur, nisi filius esset habens castrense faciens testamentum: aliter non. Secus autem esset iure auth. ut in auth. de hære. quæ ab intesta. § ij. col. ix.

6 Adde tamentum in ingressi religione ualet, si resinquæ parentibus legitimā Bar. in l. si qua mulier. in pen. col. in l. C. de sacrosa. eccle. & ibidem Bal.

COhæredi. } CASVS. Institui mihi hęredes Titium & Męuium & dictum Mæuium substitui Titio cohæredi suo, & eidem Mæuio substitui Sempronium: & postea decessi. postea decessit dict' Mæuius antequam pro sua parte hæreditatem meam adiret, uel antequam existeret conditio substitutionis per repudiationem Titij cohæredis sui. & postea repudiauit Titius sicque extitit conditio substitutionis per quam fuit substitutus Mæuius Titio. certè ad dictum Sempronium substitutum Mæuij pertinebit utraque portio hæreditatis, id est, portio Titij, & portio Męuij: & hoc siue ante substitutionem, qua fuit substitutus Mæuius Titio cohæredi suo, substitutus fuit Sempronius Męuio, siue postea. nec facio uim utrum Mæuius primo loco substitutus Titio decedat post dictum Titium institutum: an uerò decedat ante eum: quia semper existente conditione substitutionis, qua Mæuius fuit substitutus Titio, habebit Sempronius substitutus Mæuij partem Titij, & partem Mæuij. ¶ Et his uerbis. } Institui mihi hæredem Titium in tribus unciis hęreditatis meæ, & Seium in iiij. & Stichum seruum Sempronij in v. & posteà ita dixi in dicto testamento meo: eosque inuicem substituo. & postea decessi. postea Titius in tribus unciis institutus renuit pro sua parte adire. certe tres suæ vnciæ, in quibus eum institui, deferuntur Seio in quatuor vn. instituto, & Sticho seruo Sempronij in v. vn. instituto. quæ v. vnciæ fuerunt acquisitæ Sempronio per dictum Stichum, & deferuntur eis pro modo quæsitæ portionis hæreditatis meæ. i. pro ea parte pro qua eos institui. institui autem Seium in quatuor uncijs, & Stichum in v. vt dictum est. Viuianus.

t ¶ Cohæredi. } duo fuerunt instituti. Titius & Mæuius, Titio quoque substitutus fuit cohęres suus, i. Męuius. Męuio quoque substitutus fuit Seius. secundum Ro. dic ergo cohęredi. i. Titio

v ¶ Substitutus. } i. Mæuius.

Universidad de Deusto Biblioteca

a ¶ Adiret.} Mæuius ex institutione facias extincta esset uulgaris. ut C. eo. l. post aditam.
b ¶ Existeret.} scilicet prius quàm hæreditatem repudiet Titius.
c ¶ Vita decessit.} Mæuius institutus idemque cohæres substitutus eius. Accursius.
d ¶ Ad substitutum eius.} Mæuij, scilicet, Seium.
e ¶ Ante substitutionem.} primi substituti, Ro.
f ¶ Substitutus.} scilicet Seius.
g ¶ Vtraq; portio.} cùm uterque decesserit antequam hæreditatē adiret. & facit institut. eod. §. sed si instituto hæredi. & suprà eadem l. si Titius cohæredi. Nec obst. contra infrà, eod. l. qui habebat r. ut ibi not.

quàm hæreditatem adiret a, aut cōditio substitutionis existeret b, uita decessit c. Ad substitutum d eius, siue ante substitutionem e, siue posteà substitutus f sit, utraque portio g pertinebit: nec interest, prior substitutus post institutum, an antè decedat. ¶ Ex his uerbis: Eosque inuicem substituo non adeuntis h portio, scriptis hæredibus pro modo sibi i uel alij k quæsitæ l portionis defertur.

† Quia ibi deficit cōditio in personam instituti. hic non secundum Alex.

h ¶ Non adeuntis.} id est repudiantis.
i ¶ Sibi.} scilicet repudiantis. Accur.
k ¶ Vel alij.} puta domino repudiantis.
l ¶ Quæsitæ.} i. quærendæ. nec enim plus confertur quam competeret repudianti. Vel dic sibi, scilicet cohæredib. substitutis. & tunc concor. ut suprà, eod. qui liberis. in fin. & l. si in testamento. Sed in id, quod dicit alij: uidetur uocari dominus serui instituti ex substitutione. & sic est s. eo. l. qui liberis. §. hæc uerba. Sed dices seruum remansisse eius: ut s. eo. cum filio. in fine.
¶ Cum filio.} CASVS. Ad euidentiam huius §. nota quod ad hoc ut pater uel alius parens possit pupillariter substituere filio, uel filiæ, uel nepoti, uel nepti, necesse est quod eos habeat in potestate, & alias non ualet substitutio: ut supra eodem l. ij. §. j. & institu. de pupil. substitu. in princip. quibus autem temporibus debeat eos habere in potestate, sicque ualeat tunc substitutio, dicit hic §. Pone ergo quod Sempronius instituit sibi hæredem filium suum impuberem, uel filiam, qui uel quæ erat in sua potestate tempore testamenti, uel instituit sibi hæredem nepotem ex filio mortuo, qui nepos tenebat locū patris sui tempore testamenti dicti Sempronij sui aui, & eodem tempore erat in potestate dicti sui aui, uel instituit sibi hæredem nepotem nasciturum ex uxore filij sui mortui: & substituit dicto filio, uel filiæ, uel dicto nepoti nato, uel nascituro Seium pupillariter & sicut pono exemplum in substitutione filij, ita intelligas in omnibus prædictis. & hoc modo dixit Sempronius: Instituo mihi filium meum impuberem hæredem: & si hæres non extiterit, uel extiterit, & in pupillari ætate decesserit, substituo ei Seium. postea dictus Sempronius emancipauit dictum impuberem, & decessit dictus Sempronius & sic tempore mortis suæ non inuenitur in eius potestate dictus impubes: & postea in pupillari ætate decessit dictus impubes. modò quæritur quis uenit ad hereditatem, utrum Seius ei substitutus, an verò legitimus impuberis hæres? Et dicitur quod legitimus hæres impuberis, & non substitutus: quia dicta pupillaris substitutio ex eo irrita facta, quod dictus impubes exiuerit de potestate Sempronij patris sui ante mortem eiusdem Sempronij. Ad hoc enim vt stet firma substitutio pupillaris, necesse est quod impubes sit in potestate patris substitutionem facientis tempore testamenti, & tempore mortis ipsius patris. & hoc in prima parte vsque illuc. Quòd si hæredem, &c. Secundò dicit, pone (retento eodem casu) quod dictus Sempronius pater impuberis rogauit per fideicommissum dictum Seium, quem substituerat pupillariter filio suo, quod hæreditatem suam Sempronij restitueret Titio, si impubes in pupillari ætate diem suum obierit: & posteà dicta substitutio Seij est facta irrita eo modo qui dictus est suprà, & sic hæreditas Sempronij & etiam impuberis peruenit ad legitimum impuberis hæredem, vt dictum est. Nunquid tenebitur dictus legitimus hæres filij impuberis restituere hæreditatem Sempronij patris Titio prædicto, quamuis ipse legitimus non fuerit rogatus de restituendo Titio, sed solummodo substitutus impuberis fuit rogatus, vt dictum est? Et dicitur quod sic, detrahet tamen quartam Trebellianicam de dicta hæreditate patris & ita tenetur dictus legitimus dare Titio dictum fideicommissum vniuersale, sicut tenetur dare fideicommissum speciale relictum ab ab impubere post mortem eius impuberis, & hoc in secunda vsque illuc, nec aliud &c. Tertio dicit, pone quod dictus Sempronius non substituit Seium filio suo pupillariter: sed vulgariter hoc modo: Instituo filium meum impuberem mihi hæredem, & rogo eum quod restituat Seio hæreditatem meam: & quandocunque decesserit ipse impubes, siue intra pubertatem, siue post, rogo Seium prædictum substitutum vt hæreditatem meam restituat Titio per fideicommissum, quandocunque dictus impubes diem suum obierit. & si hæreditas ex substitutione ad dictum Seium peruenerit, & postea dictus Sempronius decessit: & aliquo casu factum est quod dicta substitutio irrita facta fuit, puta quia Seius substitutus fuit deportatus: & postea dictus impubes quandocunque decessit. & sic hæreditas deuenit ad legitimum eius hæredem: nunquid legitimus hæres tenebitur præstare & restituere hæreditatem patris dicto Titio: quamuis de hoc rogatus non fuerit à Sempronio? Et dicitur quod sic, detracta tamen quarta, sicut cogeretur dictus legitimus dare Titio fideicommissum speciale relictum Titio ab impubere post mortem eius impuberis. & hoc in tertia usque illuc: quæ ita locum &c.

¶ *Istæ §. ponit sex notabiles casus: ut patet ad literam. Bar.*

¶ Cum filio, vel nepoti, qui locum filij tenuit m, aut post testamentum cœpit tenere n, parens substituit o, si quis ex his p mortis q quoque tempore non fuerit in familia r, substitutio pupillaris fit irrita.

¶ Quòd si hæredem filium s, pater rogauerit t, si impubes u

Quarto dicit, ea, quæ dicta sunt in secunda, & tertia parte huius §. scilicet, quòd legitimus hæres impuberis teneatur ad restituendam patris hæreditatem Titio, uel teneatur dare eidem Titio fideicōmissum speciale relictum eidem Titio ab impubere prædicto, ita demum uera sunt, & locum habebunt, si testamentum Sempronij prædicti patris impuberis ualuit de iure. si autem non valuit, puta quia non fuerunt ibi septem testes, sed pone tantum quinque, qui quinque testes sufficiunt in codicillis: non tenebitur dictus legitimus ad prædicta: quia dicta scriptura quam voluit Sempronius valere vt testamentum, & quæ non valuit vt testamentum, vt dictum est, non valebit tanquam sint codicilli: quia hoc testator non expressit, vt valeret iure codicillorum, si non posset valere iure testamenti. Si autem hoc expressisset testator, bene valeret vt codicilli: & bene tenetur legitimus ad prædicta. & hoc vsque illuc: nec fideicommisso &c. Quinto dicit: quamuis dictum sit supra in secundo, & tertio dicto huius. §. quod legitimus hæres impuberis tenetur restituere Titio hæreditatem Sempronij patris impuberis: tamen propriæ facultates filij impuberis quas habuit aliunde quàm à patre, non tenebuntur fideicommisso Titio relicto per dictum Sempronium impuberis patrem, id est dictus legitimus hæres impuberis non tenebitur eas præstare ex dicto fideicommisso prædicto Titio. vnde euenit quòd si dictus Sempronius exhæredauit dictum filium suum impuberem, & nihil iure legati ei reliquit: & eidem substituit dictum Seium: & postea rogauit dictum Seium substitutum quòd hæreditatem impuberis exhæredati restitueret Titio si impubes in pupillari ætate decesserit: vel si quandocunque decesserit: & postea substitutio irritetur vno de his modis qui dicti sunt supra: sicque deueniant facultates impuberis ad legitimum impuberis hæredem: non tenebitur legitimus præstare dictas facultates ex fideicommisso Titio prædicto. si autem dicto impuberi exhæredato reliquit pater eius Sempronij legata vl fideicommissa, & eidem substituit dictum Seium: & posteà rogauit dictum Seium substitutum quòd hæreditatem impuberis exhæreditati restituat Titio prædicto, si impubes in pupillari ætate decesserit, vel si quandocunque decesserit: & postea substitutio irritetur, vno ex his modis qui sunt dicti supra: sicque deueniant facultates impuberis ad legitimum impuberis hæredem: tenebitur dictus legitimus dare dicto Titio dictas facultates impuberis relictas Titio per fideicommissum a filio impubere siue a filio substituto: tenebitur dico, eas dare Titio intra modum dictorum legatorum vel fideicommissorum filio exhæredato a patre relictorum: id est tantum tenebitur legatarius dare Titio de facultatibus impuberis, quantum capiunt legata vel fideicommissa, quæ pater reliquit impuberi, & non plus. Sed nunquid detrahet Falcidiam de dictis legatis dictus legitimus, vel fideicommissis, quæ tenetur præstare Titio, quæque pater reliquit filio, vt dictum est, vel nunquid detrahet Falcidiam de dictis facultatibus impuberis, quas tenetur dare Titio intra modum legatorum vel fideicommissorum impuberi a patre relictorum? Et dicitur quod non, quamuis in secundo casu huius §. detrahat quartam Trebellianicam: vt dictum est: & est ratio, quia nec ipse impubes cui data sunt a patre legata vel fideicommissa, posset detrahere Falcidiam, si rogatus esset Titio restituere dicta legata vel fideicommissa: nec etiam substitutus eius impuberis posset detrahere Falcidiam, si rogatus esset Titio dicta legata restituere, vel fideicommiss. vt infra, ad legem Falcidiam. lex Falcidia. §. fina. Viuianus.
m ¶ Tenuit.} tempore testamenti: ad quod supra, titul. j. l. sed & si. § nepotes.
n ¶ Cœpit tenere.} vt s. eo. l. ij. §. sed si extraneum.
o ¶ Substituit.} directo vulgariter vel pupillariter, cum semper cōtineatur vtraque: vt s. eo. l. iam hoc iure. in princ.
p ¶ Si quis ex his.} scilicet filia vel nepos.
q ¶ Mortis.} testatoris.
r ¶ In familia.} quia emancipatus, uel in adoptionem datus: vt institu. qui. mo. ius pa. §. sed si pater. & j. de capti. l. pater. sunt enim plura necessaria vt teneat: vt not. s. eo. l. ij. circa princ.
s ¶ Filium.} impuberem.
t ¶ Rogauerit.} per fideicom. & sic per obliquum, non directo: vt s.
v ¶ Impubes} scilicet tunc restituat: & quandocunque a etiam post pupillarem ætatem, secundum H. & dic 3 id est pupillare tantum, vt differat a sequenti ibi, nec aliud &c.

a Glo. innuit q dictio impubes accipi demōstratiue [illegible] falsū [illegible] dispositiue secundum. 3 Ita est ultra secūdū Bar. & Ala.

Restituere

a ¶ Restituere.} accipe placuit, quod est infra.
b ¶ Legitimum.} ad hoc. C. de fideicō. l. eam. & C. eo. l. precib. in fi.
c ¶ Falcidia.} Trebellianica.
d ¶ Fideicommisso.} scilicet speciali unius rei uel fundi: & sic fit argu. de speciali ad generale fideicommissum.
e ¶ Eius.} s. filii.
f ¶ Dato.} id est, relicto. alias est fideicommissum datum.
g ¶ Restituere.} Titio fideicommissario.
h ¶ Nec aliud.} redit ad primum casum quādo fuit rogatus de generali quandocunq; decederet, secundum H. Vel dic quod s. tantum intra pupillarem ætatem, hic quandocūque decederet. Et not. quod hic assumūt qdā quod substitutione facta ultra pubertatem in forma pupillaris debet restitui hæreditas substituto. sed certè non de directa, sed de fideicōmissaria hic dicit: quia s. dixit rogauit. & infrà dicit precariis.
i ¶ Egreditur.} nam & tunc cogitur legitimus filio intestato decedente. Accur.
K ¶ Non ualuit.} scilicet iure testamenti: nec codicillorum, nisi hoc actū est: ut subiicit, & inf. de codicil. l. j. & inf. de mili. testamē. l. si miles. Itē t hoc nisi inter filios: ut C. familiæ ercis. l. fina.
l ¶ Tenebuntur.} est, non erunt adstricti, id est, aliquis nomine eorum non tenebitur. Sic ergo nota, institutum de suis propriis bonis non posse 2 grauari, sed de bonis tantum testantis: ut inf. ad Trebel. l. ex facto. in prin. & §. non tantum. & hic subiicit in exhæredato: ut & institu. de singu. re. per fideicom. re. §. hoc solum. & inf. de leg. ij. l. imperator. in princip. & §. j. Sed hoc fallit si tantum percepit de fructibus relictorum, quātum alii date est grauatus: ut inf. de le. j. filiusfamilias. §. apud & inf. de leg. iii. l. iii. §. j. & inf. de leg. ii. l. cum pater. §. Titio.
m ¶ Et ideo.} quia est necesse ut uoluntas patris sit iusta, secundum Ioan.
n ¶ Nullum fideicommissum.} cum iniustè sit sic testatus, ut eum oneraret quem non honorauit: ut C. de fideicommiss. l. penul. sed substitui potest ei directo: quia in hoc non grauatur. ut sup. eodem l. prima. §. penulti.
o ¶ Debebitur.] at relictum a substituto eius non debetur: ut C. de leg. l. cum quidā. quæ est contra. Et not. circa Falcidiam quod legatarius singularis rogatus aliis restituere non deducit Falcidiam: ut hic & plenè no. C. communia. de leg. l. i. § fina.
¶ Qui discretas.] CASVS. Titius fecit testamentum, & ita inter sex pone hæredes suam hæreditatem diuisit. instituit enim in tertia parte hæreditatis suæ, id est in quatuor unciis primum & secundū, & in alia tertia instituit tertium & quartū, & in alia tertia instituit quintum & sextum. & posteà ita dixit: dictos meos hæredes inuicem substituo. Certè si primus non habeat suam partem, id est dimidiam tertiæ, secundus ei coniunctus eam habebit. si autem primus & secūdus non habeant tertiam eis relictā, puta quia agnoscere noluerūt, admittentur ad eam tertiā tertius quartus & quintus & sextus prædicti. Viuianus.
p ¶ Qui discretas.} tertiā duobus, & aliam tertiam aliis duobus, & aliis duobus aliam tertiam. & facit. C. de cadu. to. §. his ita. & inf. de coniun. cum eman. lib. l. j. §. si quis ex nepotibus. Azo.
¶ Qui patrem.} CASVS. Titius in testamento suo instituit sibi hæredem Seium in tribus unciis pone: & Caium filium Seij instituit similiter in aliis tribus unciis: & dictum Seium & Caium adinuicem substituit. Item instituit sibi postea hæredes primum & secundum & tertium pone in aliis sex unciis hæreditatis suæ: & ita compleuit siue distribuit totam hæreditatem suam, siue totum assem inter dictos hæredes. & posteà ita in eodem testamento scripsit: uos omnes inuicem substituo. & posteà decessit: & postea Seius pdictus repudiauit suā partem hæreditatis. quæritur utrum Caius eius filius habeat eam solus, an unà cū prædictis primo & secūdo & tertio? Et dicitur quod solus Caius habebit partē patris sui. & hoc ideo, quia specialis fuit facta substitutio inter dictum Caiū & patrē suum: licet Titius testator scripsit postea generalem substitutionem dicendo, hos omnes inuicem substituo &c. quia illa generalis pertinet tantum ad illos, inter quos nō fuit facta specialis. Viuianus.

t Singul. gl. secundū Bal. Ale. & Ia. in l. hac consultissima §. ex imperfecto. C. de testa.
Institutus in bonis propriis grauari non pōt.
2 In substitutione fideicōmissaria: secus in directa pupillari secūdum Bald. & Paul.

diem suum obierit, Titio hæreditatē suam restituere a, legitimū b hæredem filij salua Falcidia c cogendum patris hæreditatem, ut ab impubere fideicōmisso d post mortē eius e dato, f restituere g placuit. Nec aliud h seruandū est, cū substitutionis conditio puberē ætatem uerbis precarijs egreditur. i Quæ ita locum habebunt, si patris testamentum iure ualuit, alioquin si nō ualuit, k ea scripturam quam testamētum esse uoluit, codicillos non faciet, nisi hoc expressum est: nec fideicōmisso propriæ facultates filii tenebuntur. l & ideo m si pater filiū exhæredauerit, & ei nihil reliquerit, nullū n fideicommissū erit. alioquin si legata vel fideicommissa filius acceperit, intra modum eorum fideicommissum hæreditatis à filio datum, citra Falcidiæ rationē debebitur o.

¶ *Substitutio breuiloqua uocat prius in institutione piunctos, postea disiunctos, Bar.*

¶ Qui discretas p portiones coniunctis pluribus separatim dedit, ac post omnem īstitutionis ordinem ita scripsit: Quos hæredes meos inuicem substituo: coniunctos primo loco vice mutua substituere uidetur: quibus institutionū partes nō agnoscentibus, cæteros oēs cohæredes admitti.

¶ *Substitutio breuiloqua non refertur ad eos, quibus specialiter est substitutū. Bar.*

¶ Qui patrem & filium pro parte hæredes īstituerat, & inuicem substituerat, reliquis cohæredibus datis, post completum assem ita scripsit: Hos omnes inuicem substituo. voluntatis fuit quæstio, an cōmemoratione omniū patrem & filium substitutioni cohæredum immiscuisset, an eam scripturam ad cæteros oēs transtulisset. Quod magis verisimile uidetur propter specialem q inter patrem & filium substitutionem.

¶ *Legata in secundis tabulis relicta contribuunt cum relictis à substituto. Barto.*

¶ Cohæres r impuberi filio datus, eidèmque substitutus, legata secundis tabulis relicta, perinde præstabit s, ac si purè partem, & sub conditione partem alterā accepisset. Non idem t seruabitur alio u substituto. Nam ille Falcidiæ rationē induceret, quasi planè x sub conditione primis tabulis hæres institutus: tametsi † maximè cohæres, filio datus y quadrantem integrum z ob

q ¶ Specialem.} facit inf. de alimen. leg. l. alimenta. §. basilicæ. & de uerb. obli. l. doli. & s. ex quib. cau ma. l. sed & si per pretorē. §. deinde. & C. de dolo. l. i. & inf. de leg. 3. l. seruis urbanis. §. fi. & s. de ædil. edic. l. bouem. §. iumētorum. & C. de pac. conuen. l. fi.
r ¶ Cohæres.} Paterfamilias habens, &c. in bonis filium impuberem & Titium extraneum æqualiter instituit. Item Titium filio substituit, & c. legauit a substituto. tandem filio decedente Titius totam hæreditatem habet, partim ex paternis partim ex pupillaribus tabulis. petūtur legata ex pupillaribus. opponitur Falcidia. dicit hic quod nō potest opponi, cum habeat quartā & plus, computata parte quā habuit ex paternis tabulis, q debet computari, ac si partim pure partim sub conditione esset aliquis institutus. Aliud erit hoc secundo casu, scilicet si pater dedit cohæredem Titium: & substituit pupillariter Seium, & a substituto centum legauit. nam Seius deducit Falcidiam, licet pars Titii pinguis remaneat Titio: sic enim pinguedo Titii non nocet Seio ad petendam Falcidiam: sed pinguedo Titii in paterna nocet eidem in pupillari parte. Et uerè dicto secundo casu censentur cohæredes: & sic quilibet suam Falcidiam deducat separatim, scilicet Titius cohæres, & Seius substitutus. nam & duo legatarii eiusdem rei legatæ uni in paternis, alii in pupillaribus tabulis censentur collegatarii. & concurrunt ut ambo habeant, ac si in eisdem tabulis 4 esset eis legata. Viuianus.
s ¶ Præstabit.} nam hic legata augentur propter pinguem partem huius hæredis, & eadem ratione relicta ab ipso cohærede in institutione, id est, in primis tabulis debent augeri propter partem pupillarem. Sed secus est in iis quæ sunt relicta a pupillo in institutione: ut infra ad legem Falcidiam. qui fundum. §. qui filium. & l. in ratione. §. quod uulgò & §. quæsitum. Azo. Apparet ergo in hoc casu quod sit contributio relictorum tam in principalibus quam in secundis tabulis: & sic si habeat quartam saluam de portione sibi data, omnia secundis tabulis relicta integrè dabit. Sed argumen. cōtra supra. qui. mo. usufru. amit. l. si sub conditione. in fin. Sed hic paternum & pupillare unum est.
t ¶ Non idem.} No quod nō extraneus deducit Falcidiam. sic inf. ad legem Fal. l. cum emptor. Azo. & arg. C. de dolo. l. i.
u ¶ Alio substituto.} qui non est institutus cum filio.
x ¶ Planè.} id est, simpliciter. ADDITIO. Nota ex hac glo. quod idem importat uerbum simpliciter, quod uerbum de plano. de quo per Bartol. in extrauag. ad reprimendam. super uerbo, de plano.
y ¶ Datus.] & non substitutus. Azo.
z ¶ Quadrantem integrum.} etiam totius hæreditatis. uel fortè integram suam dimidiam. per quod uideantur Seium substitutum non inducere Falcidiam: sed secus est: quia in singulis hæredibus ratio legis Falcidiæ est imponenda: ut infra ad legem Falcidiam. l. in singulis.

3 Sequuntur hāc gl. vsq; ad fin. Bar. Bal. & Pa.
† Hæres &c.
4 Secus si in diuersis dispositionibus: ut in testamēto & codicillis. Alex. & Ial.

a ¶ Nam

tineret: Nam [a] & cùm legatum primis tabulis Titio datur, secundis autem tabulis eadem res Sempronio, Sempronius quandoque Titio concurrit.

¶ Substitutio pupillaris facta ultimo morienti in pupillari ætate, expirat, si ultimus moritur factus pubes: licet primus in pupillari ætate decesserit. Bartolus.

¶ Cùm † pater [b] impuberi filiæ q̄ nouissima diem suum obisset, tabulas secundas fecisset, & impubes filia superstite sorore pubere vita decessisset, irritam esse factā substitutionem placuit, in persona quidem prioris, quia nouissima non decessit: in alterius vero, quia puberem ætatem compleuit.

¶ Hic est not. §. & legitur duobus modis, & uterque est pulcher casus: & secundū primam lecturam hoc dicit: Substitutus in partem, admittitur in totum, si non reperiatur alius. Vel sic: Substitutio facta filio, si impubes decesserit, ualet: licet uerè institutio non præcedat: quia præcedere fingitur. Bartolus.

¶ Non videri † cum vitio factam substitutionē his verbis placuit: Ille filius meus, si (quod abominor) itra pubertatis annos decesserit, tunc in locum partèmve [c] eius Titius hęres esto, non magis quàm si post demonstratam conditionem sibi hęredem esse substitutum iussisset. Nam & qui certæ rei hæres instituitur, cohærede non dato, bonorum omnium hæreditatem obtinet.

¶ Si duo impuberes simul decesserunt, substitutus succedit utrique eorum ex pupillari directa: aliàs ultimò tantum in cuius hereditate reperiret hereditatem primi tā quam bona aliunde quæsita. Barto.

¶ Idem. li. j. definitionū. LEX XLII.

QVi duos * impuberes filios heredes reliquerat, ita substituit, Si ambo mortui essent deinde pueri post mortem patris simul perierūt. Duæ hæreditates [d] substituto deferuntur. sed si diuersis temporibus vita decedāt, in hæreditate nouissimi pueri, eius fratris qui antè mortuus est, hereditatē substitutus inueniet: [e] sed in rationem Falcidiæ pueri prioris hæreditas non veniet: [f] nec substitutus ampliùs quā † sex vncias iure testamenti desyderabit: [g] legata quoque, quæ à substituto eius filij data sunt, qui prior intestatus decessit, ad irritum recidunt. [h]

¶ Hic tractatur materia substitutionis exemplaris. Substitutio exemplaris expirat impedimento cessante, uel liberis posteà susceptis. Bar.

¶ Paulus. LEX XLIII.

EX facto quæritur, Qui filium habebat mutum puberē, impetrauit à prīcipe ut muto substi-

a ¶ Nam & cum.] verè hic Seius intelligitur cohæres Titij cum pupillo instituti: quia si cui in testamēto paterno legatum, & eadem res alij in pupillari, collegatarij videntur: vt hic, & ʃ. de lega. j. l. plane. §. si coniunctim Io. & facit ʃ. ad legem falcid. l. quod si alterutro.

¶ Cum pater.] CASVS. Titius habens duas filias impuberes, scilicet Caiam & Seiam: instituit eas heredes, & ita secūdas tabulas siue substitutionē fecit, illi mex filiæ impuberi, quæ nouissima morietur, substituo Sempronium. & posteà decessit dictus Titius. posteà autem Caia facta est pubes: & Seia, quæ non erat adhuc facta pubes, decessit in pupillari ætate superstite dicta Caia pubere. & posteà decessit dicta Caia. certè non valet amodò prædicta substitutio: imò irrita facta est in persona vtriusque filiæ, scilicet Caiæ & Seiæ & sine dubio in persona Seiæ impuberis. quæ prior decessit, vt dictū est, est irrita dicta substitutio ea ratione, quia non decessit nouissima, id est vltima. in persona autem Caiæ puberis ideo irrita dicta est substitutio, quia tempore mortis suæ inuenitur ingressa esse puberem ætatem: licet nouissima decessit, vt dictum est. Viuianus.

b ¶ Cùm pater.] duas filias pupillas habebat & ei, quæ vltima in pupillari ætate decederet, substituit. & facit suprà eodem. l. vel singulis.

¶ Non videri.] CASVS. filium meum Seium impuberem institui mihi hæredem: & ita pupillariter posteà ei substitui: Seius prędictus filius meus si (quod abominor) intra pubertatis annos decesserit. tunc in locū partemve eius Titius esto hæres. & postea decessi. & postea ī pupillari ætate decessit dictus Seius filius meus venit Titius prædictus substitutus, & petit totā hæreditatē impuberis ex substitutione. opponsit se ei legitimi impuberis: & dicunt quod substitutio nō valuit pluribus rationibus: & ideo hereditatē ex substitutione habere non debet. Prima ratio est, quia dicta substitutio non fuit facta sicut solent fieri aliæ substitutiones solent autem fieri hoc modo: Si filius meus impubes intra pubertatē decesserit, iubeo mihi hæredem Titium esse. Alia ratio est, quia in partem impuberis fuit Titius substitutus ei, sicut apparet in verbis substitutionis ibi, tunc in locum partemve &c. & iō nō videtur quod debeat habere substitutus totam hęreditatem, sed partē, scilicet dimidiam. sed certè malè dicunt legitimi. & prima eorū ratio sine dubio nihil ualet. Itē secunda non valet: quia & ille, qui certę rei hæres instituit, cohærede ei non dato: debet obtinere hæreditatem totam. Viuia.

c ¶ Partemve.] hoc facit dubiū, quia dicit partem: sed nō nocet: quia totum comprehenditur: vt probat in fi. & ʃ. ti. j. l. j. §. si ex fundo. & inf. ad Treb. l. si quis priore. in prin. & ʃ. titu. j. l. quot es. §. si duob. & quod dicit conditionem, scilicet aliam quam si decesserit. Alij dicunt, dubium: quia non fuit hic expressa institutio: sed quia dixi in locum videor instituere: ac si expressè instituissem, & conditionem adiecissem, si heres &c. sic alias admittitur institutio de parte, & valet, vt subiicit. & facit ʃ. titu. j. l. Lucius.

QVi duos.] CASVS. Titius instituit sibi hæredes duos suos filios impuberes, scilicet Seium & Caium & ita quemlibet in sex vnciis: & ab vtroque dictorum filiorum legata reliquit quibusdam: & postea eis ita substituit: Cornelium substituo filiis meis, cum ipsi ambo mortui erunt in pupillari ætate. & postea reliquit legata a dicto substituto præstanda de parte Seij impuberis. & postea decessit dictus Titius. & postea dicti sui filii perierunt simul in pupillari ætate. certè dicitur hic quod Cornelius substitutus habet hæreditatem cuiuslibet pueri per se. si autem periissent in diuersis temporibus dicti pueri, succederet dictus substitutus tantum ultimo decedenti: & in eius hæreditate inueniret hæreditatem prius mortui: quia vltimo mortuus successit ab intestato prius mortuo & in isto casu quādo diuersis temporibus perierunt, nō veniet in ratione Falcidiæ detrahendæ de legatis relictis ab vltimo moriēte hereditas prioris pueri mortui: quia substitutus nō habet iure testamenti, nisi sex vncias vltimo decedentis. vnde si sex vnciæ vltimo decedentis erant nimis legatis oneratæ, & sex vnciæ primo decedentis non erant nimis grauatæ, sed totus eorum dodrans tantum erat expensus in legatis, & nō quadrās: & velit substitutus commiscere sex uncias primi, & sex vncias secundi: & de vtrisque habere tantū, quod habeat quartam totius hereditatis Titij testatoris: non potest: imò detrahet. Falcidiam tantum de sex unciis secundo moriētis, id est vnciam & dimidiam, & de quadrāte sex vnciarum primò morientis, q̄ remanebat apud eum substitutum solutis legatis à primo moriente relictis, soluet legata à secundo moriente relicta: & ita cum de tota hereditate deberet habere alias tres vncias nomine Falcidiæ, non habebit nūc nisi vnciam & dimidiam, vt dictum est. & dicit litera quia substitutus non habet iure testamēti nisi sex vncias vltimo decedētis: & Falcidia non habet locum nisi ex testamento. vnde etiam cōuenit quod legata si qua sunt relicta à dicto substituto impuberis primo decedentis, decidant ad irritum: quia pupillus primò decedens ab intestato decessit, ut dictum est: & ideo suum pupillare testamentum factum est irritum. & hoc dicit. Viuianus.

d ¶ Duæ hæreditates.] vterque ergo ex testamento succedit: ut supra eo. l. ex duobus. & infra de reb. dub. l. qui duos. Azo.

e ¶ Inueniet.] vt aliam quamlibet rem acquisitā: vt supra eodem. lege, sed si plures. §. ad substitutos. sic ergo habet non vt primò substitutus, sed vt augmentum bonorum secundi. Nam primus intestatus decessit, & legitimum hæredem fratrem habuit: ut infra, ad legem Falcidiam. l. pater. §. finali, & C. eodem lege penultima. Sed secundus testatus per testamentum quod pater fecit pro eo. Sed opponitur, ergo pater pro parte decessit testatus, pro parte intestatus? Respon. imò testatus in totum: sed unus puerorum intestatus, alter testatus.

f ¶ Non veniet.] quia sex vncias prioris non computabit sibi in Falcidiam, si conueniatur de legatis ab ultimo relictis, secundū Ir. vt infra ad legem Falcidiam. pater. §. fin. Azo. & est ratio, quia substitutus non est ei ex testamento cohæres. nec enim ex alia portione detrahit quis Falcidiam, quam ex qua institutus inuenitur: at institutus est in dimidia, cuius quarta est semuncia, secundum Rom. id est vncia dimidia: ut supra de inofficio. testamen. l. Papinianus. §. proinde. Accursius.

g ¶ Desiderabit.] principaliter ex sua persona, & per obliquum ex persona eius cui successit, habet alias sex, secundum Io.

h ¶ Recidunt.] hoc referri euidenter pōt ad primum casum vbi simul periissent. sed & optimè refertur ad proximum: ut si ita legauit pater in pupillari substitutione, si filius meus uel aliquis filiorū meorum decesserit in pupillari ætate, lego tibi centum. non ita dixit, si decesserit intestatus: licet hoc litera videatur innuere. cum enim ex filii testamento sit relictum: ergo si decedat intestatus non debetur, secūdum Io. ut ergo ipsa institutio recidit ad irritum ex quo prior decedit: sic legata. Item cōtra huic l. supra de iniusto testa. l. penul. secundum Io. & C. eo. titu. l. penul.

EX facto.] CASVS. Talis quæstio fuit facta corā domino Paulo iurisco. Seius habebat filiū mutū puberem: impetrauit dictus Seius a

† ad intell. hui9 §. uid. scribentes. in l. centurio §. eo. & coras. in l. q̄uis nu. 4. C. de impuberum.

† intell. huius §. uid. p Galiaul. in l. Cēturio. nu. 319. hoc titulo.

† Idē Bar. Alex. & Ia.

† Non tenetur secūdum eosdē.

† intellectū huius l. uid. per Fab. Acoromb. in l. hæredes mei. § cum ita nu. 26. ad senatus. Treb.

† P.F. escunt iam iure. &c.

† lib. ix. q6.

† Sequuntur hæc gl. Bar. Imo. Alex. & Ia.

† Nihil est Dy. Bar. & Alexā. licet Cuma. glo. sequatur.

† Ibi illi gradus nō faciunt nisi vnum testamentū: hic uero sunt plures institutiones secundū Ia.

tuere ei liceret, [a] & substituit Titium. mutus ducit vxorem [b] post mortē patris & nascitur ei filius. quęro, an rumpatur testamētum. Respōdi: Beneficia quidem principalia ipsi principes solēt interpretari: [c] verùm voluntatē principis inspicientibus, [d] potest dici eatenus id eū tribuere voluisse, quatenus filius eius in eadem valetudine perseuerasset: ut quēadmodum iure ciuili pubertate finitur pupillare testamentum, [e] ita princeps imitatus sit ius in eo, qui propter infirmitatem testari non posit. Nā & si furioso † filio substituisset, diceremus desinere valere testamentum cùm † resipuisset, q̄a iam posset sibi testamentum facere. Etenim iniquum incipiet fieri beneficium principis, si adhuc id valere dicamus. auferret [f] enim testamenti factionem homini sanæ mentis. Igitur etiam agnatione sui hæredis dicendum est rumpi substitutionem: quia nihil interest, alium hæredem instituerit ipse filius [g] posteà, an iure habere cœperit suum hęredem. Nec enim aut patrem aut principem de hoc casu cogitasse verisimile est, vt eum qui posteà nasceretur, exhæredaret. Nec interest quemadmodum beneficium principale intercedat circa testamenti factionem, vtrum in persona vnius, an complurium.

¶ Species temporis derogat generi temporis. Bartolus.

¶ Item quæro, si ita facta proponatur substitutio, Filius meus si intra decimum annum decesserit, Titius hæres esto. si intra quartumdecimum, [h] Mæuius. filiusque octo annorum decesserit, [i] vtrum Titius solus ex substitutione ei hæres erit, an & Męuius: quia certum est & intra decimum, & intra quartumdecimum annum filium decessisse? Respondi, omne quidem spatium, quod est intra pubertatem, liberum esse patri ad substituendum filio: sed finis huius † pubertas [k] est. Magis

sobrinam [a] nostram duxerit uxorem, ex dodrante: [b] qui non duxerit, ex quadrante hæres esto. [c] aut nubit alteri, aūt non uult nubere. consobrinam qui ex his duxit† habebit dodrantem, eritq́; † alterius quadrans. Si neuter eam duxerit uxorem, non quia ipsi ducere noluerunt, sed quia illa nubere noluit, † ambo in partes æquales [d] admittuntur. Plerunque [e] enim hæc conditio, Si uxorem duxerit, si dederit, si fecerit: ita accipi oportet, quòd per eum non stet quo minùs ducat, det [f] aut faciat.

† Fl. duxit uxorem. † Fl. deest, que. † Fl. noluerit.

¶ Papinianus li. 6. Resp. L. XXIIII.

QVi ex fratribus meis Titiā consobrinam uxorem duxerit, ex besse hęres esto: Qui nō duxerit, ex triente hæres esto. Viuo testatore [g] consobrina defuncta ambo ad hæreditatem uenientes, semisses habebunt: quia uerū est [h] eos cohæredes † institutos, sed emolumento portionum euētu nuptiarum discretos.

† Fl. hŕdes.

¶ Modestinus lib. 9 Regu. L. XXV.

SVb conditione hæres seruus institutus, sine iussu domini cōditioni parere non potest. [i]

¶ Pōp. li. 2. ad Q. Muciū. L. XXVI.

SI pupillus sub conditione [k] hęres institutus fuerit, conditioni etiam sine tutoris authoritate parere potest. Idemq́ue est & si legatum ei sub conditione relictum fuerit: quia conditione expleta, p̄ eo est, quasi purè ei hęreditas uel legatum relictum sit. [l]

¶ Conditio, quæ continet inhumanitatē, respuitur: & ex sermonibus incongruis p̄sumitur quis non sanæ mentis, nisi probetur contrarium. Bar.

¶ Modestinus lib. 8. Rñ. L. XXVII.

QVidam in suo testamento hæredem scripsit sub tali conditione, Si reliquias eius in mare abiiciat. Quærebatur, cùm hæres institutus conditioni non paruisset, an expellendus esset ab hæreditate? Modestinus respondit: Laudandus est [m] magis quàm accusandus hæres, qui reliquias testatoris non in mare secundum ipsius uoluntatem abiecit, sed in memoriam† humanæ conditionis sepulturæ tradidit. Sed hoc prius inspiciendum est, ne [n] homo qui conditionem talem imposuit, † non † compos mentis esset. [o] Igitur si perspicuis rationibus hæc suspicio amoueri potest: [p] nullo modo legitimus hæres de hæreditate controuersiā faciet scripto hæredi. ¶ Quē † testamento purè instituit, codicillis

† Flor. sed memoria. † Flor. posuit. † Fl. æque. † Flo. Hŕdi quē test. &c.

Testatoris uoluntati sp̄ parendum.

Mens sana ex uerbis probatur.

pro æquali portione: quia per eos non remanet quin conditionem adimpleant: sicut si essent instituti hæredes si darent centum Titio, vel facerent mihi monumentum: & per eos non remaneret quia darent centum uel monumentum facerent, & idem esset si dicta consobrina decessisset uiuo me testatore: & ita certum est quod p̄ eos nō remanet quin conditio nem adimpleāt. & hoc dicit cum l. seq. Viuianus.

a ¶ Consobrinam.] quæ dicitur consobrina, habes instit. de gradi. §. quarto. & licitum est tale matrimonium secundum leges: ut insti. de nup. §. duorum autem. & intellige hoc verum quando honeste ei nubere poterat: aliàs conditio pro non adiecta habetur: ut C. de insti. & substi. l. secūda. & infrà de cōditio. & demonstra. l. cum ita. & l. seq. & l. Titio. §. primo & sic tunc uterque admittitur in semisse: ut infra, proxi. satis probatur. sed secundum canones constat talem conditionem p̄ non adiectā debere haberi: cum interdictum sit tale matrimonium Azo.

b ¶ Dodrante.] id est ix vncijs.

c ¶ Hæres esto.] hæc institutio est pura: sed distributio partiū sub conditione: ut infrà l. proxi. in fin. unde uiriles habent portiones deficiente conditione & secundum hoc non est contra infra. de condi. & demonstra. l. in testamento. ubi aliter distinguitur: quia ibi sub conditione fuit relictum.

d ¶ Aequales admittūtur.] Quid si alteri nupserit, & per alterum non stetit quo minus ei nuberet? Respon. secundum Ioan. alter 9. alter 3. habebit. licet finis huius l. ei sit contrarius. Azo. sed non ob. quia utrique nubere non poterat. Item pone quod neuter uult eam ducere. Ioan. uiriliter admittentur: quia duplex est institutio: scilicet pura sine parte, item cum partibus discretis sub conditione: ut j. l. proxi. sicut sunt duo arbitri præcepta: ut supra, de arbi. l. Celsus. cum ergo deficit conditionalis, remanet pura: ut s. titu. 2. l. si quis ita scripserit. Et sic quatuor casibus uterque admittitur in uirilē portionem, & æqualem: id est uterque in semissem: pute si illa moriatur uiuo testatore, uel etiam postea, dummodo antequam sit in mora contrahendi: ut infra. l. proxi. & j. de conditio & demonstra. l. penult. §. i. Item si in illa non uult. Item quando uterque sine iusta causa non uult. Item quando honeste eam ducere non possunt: ut dictum est. E contra in duobus æqualiter: scilicet si alter nupserit post mortem testatoris, uel in uita post testamentum: ut hic, & C. de insti. & substitutio. l. si quis hæredem. Item si alter noluit ducere uolentem: ut hic in fin. colligitur.

e ¶ Plerunque.] nam quandoque non sic est: ut potest colligi ex distinctione quam no. s. eo. l. j. H.

f ¶ Det.] sic in auth. ut exactio. instan. do. §. fin. & facit ad l. infra, de secundis tabulis. l. 2. §. si quis ita. & de annuis lega. l. Mæuia. in principio. & C. de conditio. inser. l. 3. & C. de institutio. & substitutio. l. 1. & infra, de leg. 1. l. turpia. §. 2. & de contrahen. emp. l. hæc uenditio. & supra, de hære. insti. l. quoties. §. si quis. & j. de condi. & demon. l. si Titius. & j. l. proxi.

g QVi ex fratribus.] Viuo testatore uel post mortem ante morā ut supra. l. proxi. no. Item dic q̄ & in uita testatoris potest impleri ut ibi no.

h ¶ Quia uerum est.] hæc est rō quare hæc & superior. l. non obstāt distinctioni quæ fi. j. de cond. & demon. l. in testamento. & facit ad hæc s. l. proxi. cum suis concor.

SVb conditione.] CASUS. Institui mihi hæredem Stichum seruum Titij sub conditione si ascenderit ipse Stichus capitolium, & postea decessi. certè non potest Stichus adimplere conditionem inuito dn̄o suo, scilicet, quantum ad hoc, ut dominus fiat hæres. Sed pupillus sub conditione institutus, uel cui sub conditione est legatū relictum bene potest parere conditioni etiam sine authoritate tutoris: quia pp̄ hoc non efficitur statim pupillus hæres, uel acquirit legatum: sed in eo statu efficitur quasi purè ei hæreditas relicta sit, vel legatum. & hoc dicit cum l. seq. Viuianus.

i ¶ Non potest.] ut dominus fiat hęres: paret tamen, & facit puram, vt dominus possit iubere adire: ut infra, de conditio. & demonst. l. in conditionibus. §. primo quæ est contra. Vel dic quod nec eam purificat si domino non placet, quod facit. alioquin sic, ut ibi: ut ita possit iubere adire. & facit infrà l. proxi.

K SI pupillus. Sub conditione.] si seruierit illi per mensem: secus si in dando: vt no. infra de condi. & demon. l. in conditionibus. in prin.

l ¶ Relictum sit.] quasi dicat, non eo ipso quæritur hæreditas vel legatum. nam nec pure relicta statim quæritur ut supra eodem l. si quis ita & ibi not. & supra. de condi. ob cau. l. 1. § primo.

QVidam.] CASUS. Titius instituit sibi hęred. Seiū sub conditione si reliquias eiusdem Titij testatoris proijceret in mare. & postea decessit dictus testator: Seius autem prædictus hæres non proiecit reliquias in mare: sed tradidit eas sepulturæ in memoriam humanæ conditionis. nunquid repellitur dictus hæres ab hæreditate? & vī q̄ sic: quia dictus testator vī propter suum præceptum non fuisse sanæ mentis: & ideo non potuisse aliquem instituere: & sic illum qui esset legitimus hr̄s ab intestato, posse de iure hŕditatem hr̄e: & ita uerum est, nisi hæres scriptus p̄bet contrarium, s. testatorem non fuisse furiosum. si autem probet, nō est ab hæreditate repellendus: laudandus est enim ex eo quod non p̄iecit dictas reliquias in mare.

¶ Quem testō.] Ei Titio quem testō pure instituit sibi hŕdem Sei*, codicillis à se Seio postea factis adscripsit conditio. dictus Seius i dictis codicillis: & ita scripsit: Volo mihi esse hæredem Titiū si det Caio centum. nunquid si uult hæreditatem Titius, tenetur dare centum dicto Caio? & dico q̄ non. hæreditas enim non pōt adimi in codicillis: & dictus testator intelligitur cogitasse de ademptione hŕditatis i codicillis facienda, si hæres non adimpleret dictam conditionem in codicillis appositam. sicut aūt non pōt adimi hæreditas in codicillis, ut dictum est: ita nec dari. & hoc dicit tota lex. Vii.

m ¶ Laudandus est.] est. n. derisorius s. eo. l. conditiones. sic & afs uoluntati testatoris non paretur: ut j. ad Trebellia. l. debitor. ibi, nā & eum &c. & C. de his qui. ut indig. l. non oportet. & infra, de lega. j. l. seruo alieno. §. fina. & s. de relig. & sum. fu. l. at si quis. §. at si quis. & §. hæc actio. & C. de insti. & substi. l. reprehendenda. Azo. Item facit s. de peri. & commo. rei uend. l. i. §. licet. Sed arg contra j. de cond. & demon. l. Mæuius. Sol. hic fauore religionis speciale. ar. s. de relig. & sump. fu. l. sunt personæ.

n ¶ Ne.] id est an.

o ¶ Mentis esset.] Quod est uerum ut præsumatur non fuisse compos mentis, nisi probetur contra.

p ¶ Amoueri potest.] per scripturam probantem eum fuisse sanæ mentis, ex sermonibus enim præsumitur non sane mentis: hoc est talis præsumitur, cuius verba gerit: ut hic, & supra, de tut. & cura. da. ab his. l. is qui. §. i, & §. diuus. & infra de leg. i. l. apud Iulianum. §. fin. & l. 4. § primo sic & talis, cuius & gesta ducitur j. de iniur. l. item apud. §. si quis uirginem. quo non probato institutio nulla est, ut s. de testa. l. qui in

adscripsit [a] conditionem, quæro, an ei parere necesse habeat? Modestinus respondit: Hæreditas codicillis neque dari [b] neq; adimi potest. Porrò in defectū † conditionis, de ademptione hæreditatis cogitasse intelligitur [c].

† Fl. defectu.

¶ Filio instituto sub conditione potestatiua, quæ non pōt impleri ultimo uitæ spiritu decedentis, antē q̄ impleat conditionē, fit locus substituto & uenientibus ab intestato ipso uiuo: secus in ea cōditione, quę ultimo uitæ spiritu potest adimpleri: quia tunc ipso mortuo admittuntur. Bar.

¶ Papinianus lib. 13. quęst. L. XXVIII.

SI filius [d] sub conditione hęres erit, & nepotes [e] ex eo substituentur: cùm non sufficiat sub qualibet conditione filium hęredem institui [f], sed ita demum testamentum ratum est, si conditio fuit in filij potestate: consideremus nunquid intersit quæ conditio fuerit descripta, vtrum quæ moriente filio impleri non potuit: veluti, Si Alexandriam [g] ierit filius, hæres esto: isq́ue Romæ decesserit: an verò quæ potuit etiam extremo vitæ momento impleri: veluti, Si Titio decem dederit [h] filius meus †, hæres esto. quæ conditio nomine filij per alium [i] impleri potest. Nam superior quidem species cōditionis [k] admittit viuo filio nepotes [l] ad hæreditatem: qui [m] si neminem substitutū haberet, dū moritur [n], legitimus patri hæres existeret. Argumentoq; est, quod apud Seruium quoque relatum est. Quendam [o] enim refert ita hæredem institutum, Si in capitolium ascenderit: quòd si non ascēdisset, legatū ei datum: cumque ante quam ascenderet, mortē obiisse [p]: de quo respondit Seruius conditionem [q] morte [r] defecisse: ideoq; moriente eo legati diē cessisse [s]. Altera verò species cōditionis viuo filio [t] nō admittit nepotes ad hęreditatē: qui si substituti nō essent, ab † itestato auo hæredes existerent [u]. neq; enim [x]

† Fl. deest meus. † Fl. deest est.

qui in potestate. & sic legitimus faciet controuersiā hęreditatis. & facit C. qui test. fa. pos. l. 3. & C. de codicillis. l. nec codicillos. Itē no. ar. quod si quis utatur re ut dominus, quod præsumitur dominus, licet non sit, quia possideat.

Vtēs re ut dn̄s præsumitur dn̄s.

a ¶ Adscripsit conditionem.] sub. ei quem &c.

b ¶ Dari.] directo, ut s. eo. l. instituto. & institu. de codici. §. fi. & C. de codicilli. l. ij. nisi à milite. ut j. tit. 2. l. quærebatur, & l. militis. in princip.

c ¶ Intelligitur.] sed an cum effectu est cogitatio? Respondet. quidam sic, ut confiscetur, ut C. de his qui. ut indig. l. hereditas. Sed ibi expressim dixit eos indignos. Item pro eis. j. de lega. 3. l. cum quis decedens. §. Seiam. in fine. Sed ibi alij assignauit. Et eodem modo respon. ad l. j. ad Trebel. l. Sequo la. Item pro eis infra, de his qui. ut indig. l. quidam. Sed ibi præfectum fuit secundum testamentum. hic codicillus. Sed Azo dicit quod in uanum cogitauit, ut infra, de codicil. l. diuus. & initia. de codicil. §. final. ibi, neque conditio &c. item pro eodem C. de testa. l. hac consultissima. §. si quis autem. s. interpretari potest, ut supra. de testa. l. hęredes. §. ii.

S I filius.] CASUS. Ego habens filium in potestate: & ex eo duos nepotes: institui mihi hęredem dictum filium sub conditione quæ erat in eius potestate. nam nec sub alia conditione poterā eū instituere ad hoc ut ualeat meum testamētum, & dictos meos nepotes ei substitui, postea decessi. & postea uenit ad mortē dictus meus filius antequam adimpleret dictam conditionem. quæritur utrū dicti nepotes ueniant ex substitutione filio in mortis articulo cōstituto? & distinguitur inter potestatiuas conditiones. nam aut fuit talis quæ non potuit impleri moriente filio. ueluti si ad Alexādriā ierit filius, hęres esto. & dictus filius Romę est i mortis articulo, quę valde ab Alexādria distat. aut fuit talis potestatiua cōditio, quę potuit impleri extremo momento vitę ueluti si Titio x. dederit filius, hęres esto. quę vltima potest adimpleri per aliū nomine filij prędicti. primo casu ueniunt nepotes ex substitutione filio in mortis articulo constituto & adhuc viuo. nam cum certū sit eo tempore filiū Alexandriam ire non posse, ergo certum est eum nō exiturum hęredē, & sic ueniunt substituti ad hęreditatem. si autem retento eode casu non habuisset aliquem substitutum filius, existeret mihi hęres legitimus ipse idem filius in mortis articulo constitutus. & ad istū eundem casum adduco tale simile, Titius instituit sibi hęredem Seiū, si in capitolium ascenderit. quod si nō ascenderit, legauit ei cētū. postea dictus Seius fuit in mortis articulo constitutus ante quā capitolium ascenderet: & ita certū est cum ascendere non posse capitoliū, & sic non posse esse hęredē. certè incipit cedere dies legati, statim, cum cępit esse Seius in mortis articulo. Secundo autem casu, i. q̄ filio meo quem institui, apposui conditionē potestatiuam, q̄ poterat adimpleri ultimo vitæ momento. non admittuntur ad hęreditatē nepotes prędicti filio substituti viuo ipso filio, licet in mortis articulo constituto: qui quidē mei testatoris nepotes existerent mihi auo hęredes ab intestato mortuo dicto meo filio, si eos nō substituissem eidem filio: nec eis nepotibus ab intestato mihi succedentib. ut proxime dictum est, filius prędictus iam mortuus potest obstare quin mihi succedant ab intestato. quia demum post mortem eiusdē mei filij destitutum est testamentum meum in quo eū institui, ut dictum est. quasi dicat. si destitutum fuisset testamentum ante mortem filij non obstaret filius nepotibus ab intestato succedere uolētib. sicut in primo casu dictum est. quando scilicet talis fuit cōditio apposita institutioni filij, quę ultimo uitę momento adimpleri nō potest. sic nec in isto casu quē statim pone, obstat filius nepotibus, puta exhęredaui filium meum, & institui mihi hęredes nepotes ex eo cū ipse filius morietur. nam non pōt hoc casu obstare nepotibus, cū ipsi ueniant ex testamento ad hęreditatem meam aui, demum mortuo filio. & hoc dicit hęc lex. Vi.

d ¶ Si filius. Ad euidentiam no. duas regulas. s. quod quandiu loc* est successioni ex testamento, nō habet locum ab intestato. Itē quādiu locus est institutioni, non est locus substitutiōi. & probant istę regulæ infrà, de acqu. hęred. l. quandiu. & de regu. iur. l. quandiu. & C. communia de success. l. ante. H. Item not quod filius non pōt sub conditione institui, nisi sic potestatiua sub qua institutus non facit patrem intestatum nō parendo, si habeat cohęredem uel substitutum. aliàs sic, ut supra, de hæred. institu. l. suus. circa princ. Item not. quod potestatiua alia est, quę potest tūc impleri ultimo vitæ spiritu, ut dare decē, & tunc nec substitutus nec ab intestato aliquis uenit, nisi post mortem filij. alia quæ non potest tunc impleri vltimo vitæ spiritu, ut si ascendat capitolium, & tunc substitutus admittitur etiā filio uiuo. uel si substitutus non est, admittitur legitimus. & cum ipse filius sit legitim* ipse idem succedit patri ab intestato in articulo mortis existēs.

e ¶ Nepotes.] uel qui liber extraneus: ut supra de hæred. institu. l. suus. H. imo caute dicit nepotes: quia ut substituti uel ut legitimi admitterentur: vt j. hac l.

f ¶ Institui.] alias instituisse.

g ¶ Alexandriam.] cum ipse impropriè sit tempore testamenti institutus, ut sic sit potestatiua. sed alij dicunt hic poni exemplum de mista, ut C. de inst. & substitu. l. si pater. quod non placet.

h ¶ Decem dederit.] cum diues sit.

i ¶ Per alium.] ut supra, de sta. homi. l. Arethusa. in fin. sed superior non.

k ¶ Superior species conditionis.] si Alexandriam ierit.

l ¶ Filio nepotes.] substitutos. nam moriente instituto constat quod ipse non potest implere conditionem. ergo ea deficiente admittitur substitutus vel cohæres, alias si non haberet substitutum vel cohęredem, idem filius succederet ut legitimus patris ab intestato defecta ei conditione in articulo mortis posito, ut hic subijcit, & supra de hæredi. instit. l. suus. §. fin. sed an cum nepotes admittuntur, quærent patri morienti. ut sic habeant postea ut hæreditatē patris. an non, & ita habeant ut aui, argu. quod non quærant. C. de bonis quæ libe. l. j. in fine. contra quod sic. argu. j. de acquiren. here. l. placet.

m ¶ Qui.] scilicet filius.

n ¶ Moritur.] idem filius.

o ¶ Quendam.] extraneum.

p ¶ Mortem obiisset.] & sic conditio eo uiuente defecisset.

q ¶ Conditionem.] institutionis.

r ¶ Morte.] superueniente, in uita tamen.

s ¶ Cessisse.] & sic ad hęredem transit. quod alias non fieret. ut C. de cadu. tollen. §. sin autem sub conditione.

t ¶ Viuo filio.] quia quandiu ipse viuit, possibile est conditionem impleri, & cum possit locus esse institutos cessat substitutio. Itē post mortem filij demum incipit esse certum conditionē impleri nō posse: & sic admittunt substituti. uel si nulli sunt substituti, cum tunc certum sit patremfa. decessisse intestatum, soli nepotes inueniuntur proximiores, & sic succedunt auo ut legitimi, ut hic subiicit, & instit. de hęred. ab intest. §. cum autem. Nec ob. in eod. titu. §. ita demū vbi tempore mortis morientis inspicitur qs tūc est pro ximior. q̄ illud nullo conditio testamento. quæ distinctio [a] probatur instit. de leg. ag. suc. § proximus.

a Istam distinctionē tenet Bart. in l. qui se patris. C. vnde liberi ver. pręter istam lecturam oppo. vide ibi.

v ¶ Hæredes existerent.] uel sub. auo non filio, qui nunquam fuit hæres. sed Ro. dicit ipsi filio qui ab intestato patri successisset deficiente conditione instit. cum nullum cohæredem uel substitutū haberet, ut s. de hęredi. instit. l. suus. quod non placet. cum nō sit eo viuo conditio impleta, & ita non fuit hęres, & hoc statim probat, neque enim &c.

x ¶ Neque enim.] bene dico quod nepos succedit auo ab intestato, quoniam filius, qui non successit, ille non impedit eos quin auo immediate succedant.

Universidad de Deusto Biblioteca

a ¶ Quemadmodum.} innuit quod ualeret testamentum in quo filius exhæredatus est, etiam post mortem suam, si demum post mortem filij exhæredati destituatur testamentum. & sic est cōtra. s. de lib. & posthu. l. si ita. §. fin. vbi ab initio non tenet. Sol. hic destituit ab initio, ut & ibi: & similitudo quæ fit per uerbum quemadmodū, est vt deferatur: ut hic, & suprà, sed nō in tēpore, quia supra post mortem filij, hic eo viuo. Item non in hoc ut admittantur nepotes in vita: sed superiori sic. uel hic habuit cohæredem, nepos, ibi non: ut ibi nota. Sed tunc quomodo deferitur testamentum post mortem filij? Respon. vtcunque non possit rumpi per querelam: & sic admittuntur nepotes instituti. Vel dic qđ fuerit exhęredatus sub conditione potestatiua: scilicet si non dederit illi x. & sic optimè cōuenit cū prædictis. Sed tunc ob. s. de liber. & posthu. l. iij. § purè. sed ibi prohibet sub casuali uel mista. & in institutione distinguitur. Vel dic, destituitur rupto testamēto per querelam. quando cohæredem habebat nepotē purè institutum. & facit infra, unde libe. l. scripto.

filius videt obstitisse, post cuius mortem patris testamentum destituitur: quemadmodum [a] si exhæredato eodē filio, nepotes, cū filius moreretur, hęredes fuissent instituti.

De iure deliberandi.

TITVLVS VIII.

¶ *Seruo hęredi instituto nō datur ius deliberandi: sed domino suo. h. d.*

¶ Vlpianus lib. 60. ad edictum. LEX I.

SI seruus fuerit hæres institutus, vtique non ipsi [b] præstituemus tēpus ad deliberādum, sed ei cuius seruus est: quia pro nullo isti habentur apud prætorem [c]. Itemque si plurium seruus sit, vtique omnibus dominis præstituemus. ¶ Ait prætor: Si tempus ad deliberādum petet [d], dabo. ¶ Cum dicit tempus, nec adiicit diem, sine dubio ostendit esse in ius dicētis potestate [e] quē diem [f] præstituat [g] †.

¶ Paulus lib. 57. ad edict. LEX II.

ITaque [h] pauciores quàm centum dies † non sunt dandi.

¶ Vlpianus lib. 60. ad edict. LEX III.

NEc non illud sciendum est, nōnunquam semel, nōnunquam sæpius [i] diem ad deliberādum dandum esse; dummodo † prætori suadeatur † tempus, quod primum aditus præstituerat, non suffecisse.

¶ DE IVRE DELIBERANDI. ¶ *Hędes instituti de quibus dictū ē, deliberāt de adeūda hęreditate: ideo đ hoc dicit.* SI seruus. CASVS Titius instituit sibi hæredem Stichum seruum meum. vult seruus tēpus ad deliberandum vtrum adeat hæreditatem, uel non. certè non debet ei dari. nam seruus pro nullo est, sed debet mihi dari. si uolo, qui sum dominus eius.

† Concor. in c. pen. cū gl. ij. extrà de tēpo. or. & facit. c. si nē litibus. cum gl. fin. ibi, & hoc est generale. de dolo & contu.
† Flo. pauciores centum dierū.
† Fl. dum.
† Fl. suadetur.

¶ Ait prætor.] Ita dixit prætor, Si aliquis hęres institutus petet à me tempus ad deliberandum, ego dabo ei, posteà dicit Vlpianus, cum dixit pręetor. tempus dabo, nec adiecit quantum tempus: ostendit esse in potestate iudicis quantum tempus det: non tamen debet dare minus, quam centum dies, sed & pluries potest dare tempus ad deliberandum: ueluti si primum tempus datum non sufficit hæredi: sed non debet dare ultra semel, nisi ex magna & iusta causa per hæredem probata. & istud est in fauorem & adiutorium creditorū: scilicet quod hæredibus præstituatur tempus intra quod adeant. s3 & hęredibus debet subuenire pręetor scilicet iubendo creditoribus hęreditariis, ut faciant hęredibus copiam instrumentorum suorum inspiciendorum, ut exinde possint hęredes se instruere expediat eis agnoscere hęreditatem, necne. & hoc dicit usque ad l. Aristo. §. i. Vi.

b ¶ Non ipsi.} quia nec conditioni sine iussu domini parere potest ut s. tit. i. l. sub cōditione. nec adire, nisi pręcedat iussus: ut j. de acq. hęred. l. si quis mihi. §. iussum. sed nolle adire potest, ut C. de hęred. instit. l. iij. in fin. Azo.

c ¶ Apud prætorem.} nec quantum ad ius ciuile: ut j. de regu. iur. l. quod attinet. & l. seruitutē. & s. de test. l. qui testamēto. § seruus. nec pręetoris edicto, ut ibi, & hic, & j. de ope. no. nun. l. de pupillo. § seruo, & j. de vsufru. l. nunquam. §. seruus.

d ¶ Petet.} hęres. non autem legatarius: cum tantum lucrum afferat legatum, ut s. man. l. si hæreditatem. & no. quod hic dicit de maiore quam sit pupillus: et j. eod. l. ait pręetor. dicit de pupillo.

e ¶ Potestate.} sic j. de bo. autho. iudi. pos. l. in venditione. § de tempore. & j. de leg. j. l. si quis à filio. §. si quis plures. & j. de effra. l. j. §. expilatores. & j. de verborum obligatio. l. continuus. §. cum ita.

f ¶ Diem.} dūmodo non ultra nouē mēses. Sed à principe annū: ut C. eod. l. fi. §. sed quia quidam.

g ¶ Præstituat.} post centum dies tamen: ut j. l. proxi.

h ITaque.} pro &: vel illatiuè: quia prætor diem non adiecit, itaq; non adiiciamus.

¶ Idem lib. 61. ad edictum. LEX IIII.

SEd hoc impetrari non debet nisi magna ex causa.

¶ Idem lib. 70. ad edict. LEX V.

ARisto scribit, non solùm creditoribus, sed etiam † hæredi instituto prætorem subuenire debere [k]: hisque [l] copiam instrumentorum [m] inspiciendorum facere: vt proinde † instruere se possint expediat nécne agnoscere hęreditatem. ¶ Si maior [n] sit hęreditas, & deliberet hæres, & res sint in hæreditate, quæ tractu temporis deteriores fiant: adito prętore potest is qui deliberat, sine præiudicio eas iustis pretijs vendere: qui possit etiam ea, quæ nimium sumptuosa sunt, veluti iumenta aut vænalitia [o], itē ea, quæ mora deteriora fiant, vendere, quique prætereà curaturus sit, vt æs alienum, quod sub pœna vel pretiosis pignoribus debeatur, soluatur.

¶ Caius lib. 23. ad edi. puin. LEX VI.

IGitur [p] si quidem in hęreditate sit vinum, oleum, frumentum, numerata pecunia, inde fieri debebūt impendia. si minùs, à debitoribus hæreditariis exigēda est pecunia. Quòd si nulli sint debitores, aut iudicem prouocent: vænire [q] debent res superuacuæ.

¶ Vlpianus lib. 60. ad edi. L. VII.

AIt prætor: Si pupilli pu-

i NEc non. Sæpius.} dummodo ultra centum dies, & si minus ix. mēsibus à iudicibus, nec minus anno à prīcipe iter co tum: ut C. e, l. fin. §. sed quia. quæ est contra. Alij quod illa corrigitur: sed hodie hoc tempus est superuacuum, si fiat inuentarium: ut C. eo. l. fi. §. j. & instit. de hære. quā. & dif. §. pe & facit supra, de eden. l. si quis ex argentariis. §. fina. & l. seq. & C. de dila. l. ij. & infrà, vt lega. no. ca. l. j. §. si ei cui. & infrà, de leg. 3. l. xj. §. si quis decem. & C. si sæpius in integ. resti. po. l. j & infrà, de bo. autho. iudi. poss. l. fina. §. fin. & supra, de mino. l. si ex causa. §. fina. & l. seq.

ARisto.} Casus in prin. huius legis continuatur l. j. suprà, eod.

¶ Si maior.} Institui mihi hæredē Titium in magna mea hæreditate, in qua erant vinum, & oleum, & frumentum, & numerata pecunia, & iumēta ad vendendum: & erant etiam credita in hæreditate mea, quæ debebā sub pœna vel sub pretiosis pignoribus: & posteà decessi. & dictus hæres deliberat. Nunquid pendente đliberatione potest sine pręiudicio suo vēdere dictas res quæ propter moram deteriores futuræ sunt, vel nimium sunt sumptuosę, & dicitur quod sic. Item debet soluere dicta debita, & etiam facere sibiipsi impendia ex dictis rebus sumptuosis, uel quę tempore sunt periturę, si autem non sint ibi res pręedictę: propter prædicta expedienda, est exigenda pecunia à debitoribus hęreditariis, si autem nō. sint in hęreditate debitores, vel sint, sed soluere nolunt: debet pręedictus hęres deliberans vēdere res superuacuas propter prædicta expedienda. h. d. cum l. seq. Viuianus.

† Fl. &.
† Fl. perinde.

k ¶ Debere.} statuendo diem adeundę hęreditatis: ut j. de cura. bo. dan. l. j. & de bo. autho. iu. pos. l. si seruus. & s. de hęre. instit. l. si qs instituatur. §. j.

l ¶ Hisque.} hæredi & creditoribus, ad quod infra, de acqui. hære. l. Arist. & de bo. autho. iud. pos. l. fi. sed post aditionē creditores non petunt instrumenta. edi.

m ¶ Instrumentorum.} hæreditariorum: ut d. l. Aristo. vel secundū quosdam existentium pęnes creditores hæreditarios. & facit quod no. s. de eden. l. j. §. edenda. & d. l. de bo. autho. iud. pos. l. fi.

n ¶ Si maior.} quàm sint onera. vel id est, quia multæ res sunt in ea. Accursius.

o ¶ Vænalitia.} id est serui vænales. & facit infra, de cura. bo. dan. l. j. & de ven. in pos. mit. l. j. §. mulier. & infrà, de acqur hęre. l. pro hęrede. §. seruos. & suprà, de peti. hære. l. diuus. in prin. & l. si bonæ fidei pos. & s. de psocu. l. procurator totorum. & j. eo. l. ait prætor. & s. de ser. l. solent.

p IGitur.} facit ad hoc. C. de bo. quæ li. l. fi. §. vt autem. & C. de admini. tuto. l. lex. in fi. & l. seq.

q ¶ Venire.} i. vendi.

AIt prætor.] CASVS. Filium meum impuberem mihi hęredē institui, & ei Titium tutorē dedi. datū est tutori nomine pupilli tēpus ad deliberandum. nūquid pōt interim diminui de bonis

hæredi

hęreditariis per tutorem? & dicit prætor quod uetabit interim diminutionē, nisi causa cognita & viri boni arbitratu fiat dicta diminutio. Vlpianus autem laudat illud quod dixit prætor: & uult similiter dicere quid contineātur appellatione diminutionis per prætorē verité. & certè per dicta uerba nō solum impeditur alienatio rerū, verumetiam exercitium actionum hæreditariarum. Item dicit dictus Vlpianus quæ sit causæ cognitio de qua prętor mentionē fecit. Et dicit q̃ si iusta causa sit diminuendi, debet permitti diminutio, puta causa funeris. Item permittit causę eorum quæ sine periculo non possunt præteriri: & vescendi gratia: & ut ędificia hęreditaria sartiantur: & ne agri hæreditarij remaneant inculti: & ut restituatur creditori pecunia, quæ ei debetur sub pœna uel pignore. quæcunque autem dictarum causarum interueniat, siue alia similis, debet cum permissu prætoris fieri diminutio, & nō aliter. Viuianus.

a ¶ Postulabitur.} p Prætorem.

b ¶ Actiones exerceri.} sed in procuratore secus cui exercitiū demandaē, nec tamen vendit: vt s. de procura. l. procurator totorum. & in tutore & curatore: ut supra, de admini. tuto. l. fi. Item in omni ecclesiastica persona: ut C. de sacrosan. eccles. l. iubemus. Item quod hic dicit, est uerum, nisi sint res perituræ: ut s. eo. l. Aristo. §. j. cum concor. & infra, hac l. & s. de peti. hære. l. diuus. & inf. ut in pos. lega. l. si is cui. §. qui legatorum. & l. penul.

c ¶ Permissu.] sed nō ne: alias uendit tutor sine iudice res, quæ seruari non possunt: ut C. de admini. tut. l. lex quæ. In fi. Respond. ibi erant pupilli: hic nondum. Item quare de pupillo specialiter dicit in princi. huius legis, cum supra. l. j. generaliter dixerat? Respōd. quòd sibi plus permittitur: quia etiam causa uescendi: quod suprà, non erat. Item siue erat hęreditas maior: siue non. quod suprà, in l. Aristo. §. j. non erat, secundum Ir.

† Flo. sit.
† Fl. nisi si.
† Fl. deest autem.
† Concor. gl. j. prope fine i versi. & dicit tex. i c. edoceri eẽ de rescr. & gl. j. in c. ptingit eẽ de transac.
† Fl. piaculo.
† Flor. vrguet.

pillæve nomine postulabit [a] tempus ad deliberandū an expediat eū hęreditatem retinere, & hoc datum erit †: si iusta causa esse videbitur, bona intereà diminui, nīsi † causa cognita boni viri arbitratu, verabo. ¶ Meritò prętor impedit interim diminutionem, quandiu nomine pupilli petitur tempus ad deliberandum. ¶ Quid sit autē, diminui vetabo, videamus. His aūt † verbis prætor non tantùm alienationē impedit, verum etiā actiones [b] exerceri non patitur. Est enim absurdū, † ei cui alienatio interdicitur, permitti actiones exercere. & ita Labeo scribit. ¶ In causæ autē cognitione hoc vertetur, an iusta causa sit, vt diminuere prætor permittat. Ergo & funeris causa diminui permittet; item eorum, quæ sine periculo † nō possunt pteriri. Vescendi gratia æquè diminui pmittet. Sed & vbi vrget †, ex alijs quoq; causis permittere eum oportet: putà vt ædificia sarciantur: ne agri inculti sint: si qua pecunia sub pęna debetur, vt restituatur, ne pignora distrahantur. Ex alijs quoque iustis causis prætor aditus diminutionē permittet. Neque enim sine permissu [c] eius debet diminutio fieri.

¶ Idem lib. 61. ad edict. LEX VIII.

SI qs suus hæres posteà quàm se abstinuerit, tūc petat tempus ad deliberandum, videamus an debeat īpetrare. Magisq; est, vt ex cā debeat impetrare, cùm nondum bona venierint. [d]

¶ Paulus lib. 58 ad edict. LEX IX.

FIlius dum deliberat, alimēta habere debet ex hæreditate.

¶ *Quando sunt plures gradus hæredum, cuilibet p se assignatur tempus ad deliberandum. Paulus.*

¶ Marcellus lib. 28. Digest. LEX X.

SI plures [e] gradus sint hæredum institutorum, per singulos obseruaturum se ait prętor id, quod de prefiniendo tempore deliberationis edicit; videlicet, vt à primo quoque ad sequentē translata hęreditate, quàm primum inueniat successorem, qui possit defuncti creditoribus respondere.

¶ *Appellatione filij continetur naturalis in seruitute conceptus, & in figura matrimonij. Paulus.*

¶ Iabolenus lib. 4. ex poste. Labeo. L. XI.

QVi † filium [g] libertinum [h] habebat, hęredem eum instituerat: deinde ita scripserat: Si mihi filius nullus erit qui in suam tutelam [i] veniat, tunc Dama seruus liber & hęres † esto. is filius pupillus & † libertinus erat. quęrebatū si Dama liber esset. Trebatius negat [k]: quia filij appellatione libertinus quoq; continetur [l]. Labeo contrà, quia eo loco verum [m] filium accipi oportet. Trebatij sententiam probo: si tamen testatorem de hoc filio locutum esse appareat [n].

SI quis.} CASVS. Institui mihi hæredem filium meum quem habebam in potestate. me mortuò ipse abstinuit ab hæreditate mea: uendita tamen non fuerūt posteà adhuc bona mea per creditores: nec alius hæreditatem meam adiuit posteà adhuc: nunc petit dictus meus filius tempus ad deliberandum. nunquid habere debet? Et dicitur quòd sic: & pendente deliberatione debet habere alimēta ex hęreditate. & h. d. cum l. seq. Viuianus.

d ¶ Venierint.} Not. suum repudiantem posteà adire indistinctè si bona sint in suo statu: ut hic, & C. de repu. hęre. l. fi. in prin. hodie maior intra triennium, nisi res alienatę sint: minor habet trienniū post utilem annum etiam rebus alienatis per in integrum restitu. ut C. e. l. fin. Sed contrà huic & illi. C. de iur. & facti igno. l. iij. Sol. ibi in tacendo: hic expresse. Vel verius ibi erat substitutus: at legitimus suum non excludit nisi post triennium hodie: ut argumen. suprà, de mino. l. quod si minor. §. Scæuola. uel dic ut not. plenè. C. de iur. & fac. igno. l. ij. Item quid in emancipato? Item quid in materna hæreditate repudiata? Respond. ut nota. C. de repud. hæred. l. fin. & facit infrà. ad Tertul. l. filij mater. §. j. & infrà, de op. leg. l. mancipiorū. in fin. Item extraneus post repudiationem non potest adire: ut C. de repu. hære. l. sicut, nisi minor, in quo dic vt suprà, de mino. l. quòd si minor. §. Scæuola.

Legitimus suum non excludit.

e FIlius.} Aliud in extraneo, nisi sit pupillus. Ioan. ut suprà, eodem. l. ait prætor. & facit supra, de inoffic. testa. l. si instituta. §. de inofficioso. Azo. & C. de ordi. cog. l. fina. & supra de peti. hære. l. hæres furiosi. §. sed & si quid. & infra, ut in pos. lega. l. qui legatorum.

SI plures.} CASVS. Institui mihi hęredem Titium, & substitui ei Seium. & decessi: posteà petit primus tempus ad deliberandum. certè bene debet habere: & si deliberatione habita repudiet hęreditatem, & Seius substitutus petat similiter tempus ad deliberandum, habere debet. dando enim prętor tempus ad deliberandū etiam substituto, quàm primum, i. d est citius inueniet successorem, q̃ respondeat creditoribus defuncti. Viuianus.

f ¶ Si plures.} facit in frā, titu. ij. l. quandiu institutus. & quod no. C. de curato. bon. dan. l. j.

QVi filium.} CASVS. Titius habens filium impuberem ex ancilla sua, & sic suum seruum, manumisit eum: & ita effectus dst libertinus. instituit dictus Titius sibi hæredem dictum suum filium impuberem & libertinum: & posteà ita dixit: si filius mihi nullus erit qui in suam tutelam veniat, tunc Dama seruus meus liber & hæres esto. & decessit dictus testator. quærebatur an Dama liber esset ex dictis uerbis testatoris? Et dicit Trebatius quòd non, ea ratione, quia filij appellatione libertinus quoque prædictus filius testatoris continetur: & ipse libertinus erat pupillus: & sic in suam tutelam veniebat: ergo Dama non debet habere libertatem, cùm testator ita dixerit, ut dictum est: si filius mihi nullus erit qui in suam tutelam veniat, tunc Dama seruus meus liber & hæres esto. & uerum dixit Trebatius, si appareat ex aliquo iusto iudicio testatorem de hoc filio locutum esse. Labeo autem uoluit dicere contrarium: sed reprobata est eius sententia. Viuianus.

† vide Alc. li. 4. parer. c. 4. & Iac. cuia. lib. obser. iij. c. 37.
† Fl. deest, & hæres.
† Flo. deest &.

g ¶ Qui filium.} pupillum.

h ¶ Libertinum.} habuit enim ex ancilla sua uel ex aliena, & posteà fuit manumissus: & sic non erat legitimus, sed naturalis.

i ¶ Tutelam.} id est, adultam ætatem: ut j. de leg. iij. l. cum filio.

k ¶ Negat.} scilicet eum statim liberum esse. nā hic articulus tūc, extremum tempus significat: vt infrà, de conditio. & demonstra. l. iiij. §. finali.

l ¶ Continetur.} No. appellatione filij etiam naturalis cōtinetur. sic & infrà, de lega. ij. l. Lucius. §. fin. & l. cùm pater. §. uolo. & inf. ad Trebellia. l. hæredibus. §. fina.

Nota de dictione tūc. Filij appellatione ēt naturalis continet.

m ¶ Verum.} id est iustum & legitimum: sed hic non fuerat legitimus: ergo nullus erat filius qui in suam tutelam uenire posset: unde videbatur quod statim esset liber: sed contrà est, ut subiicit. Et no. secundum Labeonem quod appellatione filij, legitimi tantum continentur. sic C. de insti. & substi. l. generaliter. §. fin. in eo quod dicit, iusta sobole &c.

n ¶ Appareat.} in dubio perpenditur hoc ex dignitate & uoluntate & conditione eius, qui fideicōmissum reliquit: ut j. ad Trebellianum. l. ex facto. §. si quis. & facit ad l. istam suprà, de hære. institnen. l.

quo-

quoties.in prin. Sed argu.contra in dicta l.generaliter.§.fin.C.de in stit.& substitu.

¶DE MILITARI TESTAMENTO.¶ *Quia dicit in genere de testamentis:nunc in specie,sed in C.econtra.*

Militibus.§ CASVS. Quia milites sunt simplices à legum obseruatione: ideo uoluerunt imperatores antiqui & noui quod rata esset eorum voluntas quoquo modo testati fuissent, et si nuda voluntas eorum sit in testamento. Secundò plane dicit unde dicatur miles. Tertiò dicit vnde dicatur exercitus. Quartò reddit rationē quare ꝑtor tractat in infortiato đ testamētis militum separatim à testamētis paganorū de qbus dictū est,scilicet quia cognouit prætor ex ꝯstitutionib', principū obseruari singularia iura & propria in testamētis militum. & h.d.cū l.seq.Viuianus.

a ¶ Mandatis. § principum.

b ¶ Cum in notitiam.§alias, cum innocentiam, alias cum in notitiam.

c ¶ Commilitones.§No. q appellat se militē. sic j. de ver.signi.l.familiæ.Azo.& no. fidelissimos. als secus sicut in clericis:ut C.de epis. & cle.l. generaliter. & j.e. l.testamēta eorū. in prin.& §.j.

d ¶ Nuda.§à solēnitate: & dic aut ē domi: & tunc iure communi: ut C.e. l.penul. aut in prælio:& tūc etiā nullo vocato teste : ut C.e.l.milites. dum tamen duobus saltem testibus ꝓbetur:vt j.eod.l. Lucius.aut i tētorio & tūc sunt duo vocandi:ut infra,e.l. diuus.

e ¶ Milites.§ alludit uocabulo.sic infra,de acquirēd. poss.l.j.in prin.

f ¶ Millesimum.§ qa de mille vnus strenuus eligebatur.

g D E militū. Ideo.§ sic ifrà,de iniur.item apud.§.hoc edictum.

† Fl. de testamēto militis.

† Fl. deest &.

† Fl. prolatum.

† Fl. poterint.

† Flo.uel à militia.Haloan. aūt legit, uel à malitia.vide Alcia.li. ꝑteemis. ij. hoc ipso titul.

† Per Antiphrasim militem enim (inqt Sex. Pom. fest. de verborū ner.sig.lib. j.) Aelius à mollitia dictū putat q nihil molle, sed potius asperū quid gerat.

Digestorum, seu Pandectarum.

LIBER XXIX.

De militari † testamento.

TITVLVS I.

¶ Vlpianus lib.45.ad edictum. LEX I.

Militibus liberā testamenti factionē primus quidē diuus Iulius Cæsar concessit:sed ea cōcessio temporalis erat : posteà verò primus diuus Titus dedit: post hos Domitianus:† & posteà diuus Nerua plenissimā indulgentiā in milites cōtulit:eamq; & Traianus secutus est.& exinde mādatis[a] inseri cępit caput tale:Caput ex mādatis. Cū in notitiam[b] meā perlatū sit, subinde testamēta à commilitonibus relicta proferri, quæ possint in controuersiam deduci, si ad diligentiam legum & obseruantiam reuocentur: secutus animi mei integritudinē erga optimos fidelissimosque commilitones[c], simplicitati eorum consulendū existimaui : vt quoquo modo testati fuissent, rata esset eorum voluntas. Faciant igitur testamenta,quo modo volēt: faciant quo modo poterunt† :sufficiatq; ad bonorū suorum diuisionē faciendam nuda[d] volūtas testatoris. ¶ Milites[e] autē appellanī vel à mollitia† ,id est duritia† , quā pro nobis sustinent : aut à multitudine : aut à malo quod arcere solent† : aut à numero mille hominum:dictum à græco verbo tractatum χίλια † nam Græci mille hominum multitudinē χιλιάδα† appellant : quasi millesimum[f] quemque dictum. vnde & ipsum ducem χιλίαρχον appellant. Exercitus autem nomen ab exercitatione traxit.

¶ Caius lib.15.ad edictum prouincia. LEX II.

De militū testamētis ideo separatim procōsul edicit, quòd optimè nouit ex constitutionibus principalibus ꝓpria atque singularia iura in testamentis eorum obseruari.

¶ *Id quod ex nostra voluntate dependet, intelligimur facere omni iure, quo melius facere possumus.h.d.*

¶ Vlpianus lib.2.ad Sabinum. L. III.

Si miles† qui destinauerat cōmuni iure testari, antè decesserit † quàm testaretur: Pomponius dubitat[h]. Sed cur non in milite diuersum[i] probetur? Neque enim qui voluit iure communi testari,statim beneficio militari renunciauit. Ne credendus est quisquam genus[k] testandi eligere ad impugnanda sua iudicia[l]: sed magis vtroque genere voluisse[m] ꝓpter fortuitos casus: quem admodum pleriq; pagani solent, cùm testamentum faciunt, per scripturā adiicere, velle hoc etiā vice codicillorum valere[n]. Nec quisquam[o] dixerit, si imperfectū sit testamentum, codicillos non esse. Nam secundùm nostram sententiam etiam diuus Marcus rescripsit.

¶ Idem lib.1.ad Sabinum. LEX IIII.

Iure militari surdum[p] & mutū testamētum facere posse ante causariam missionem[q] in numeris[r] manentem,placet.

¶ Idem lib.4.ad Sabinum. LEX V.

Milites etiam ijs qui sibi hæredes extiterint, possunt substituere[s], in ijs duntaxat,quæ sunt ex testamento, eorum consecuti.

¶ Idem lib.5.ad Sabinum. LEX VI.

† Fl. milites solent. Fl. ducitū à græco uerbo, tractum à tagmate. † τάγμα.

† Fl. de militis testamento.

Facit ad hāc legē q. cū sup abbatia. cum gl. & extra de offi. delega. & ad itell. huius l.uid. Iaco. de nigr. in l.j.§.si quis ita. nu.55. đ uerb.ob.

† Fl. deserit.

S I miles.§ CASVS. Quidam miles cùm posset iure militari testari, cępit eo iure facere testamentū quo pagani communiter faciunt: & antequam compleret testamentum, decessit : fuit tamen quæsitum an ualeat illud quod fecit de testamento ? Et respond. quòd sic.licet enim in pagano non valeret testamentum incœptum & non consummatum:tamen in milite diuersum debet probari, scilicet ut valeat.licet de hoc Pōpo.dubitauerit.neq; enim dictus miles qui uoluit testari iure communi,uidetur statim renūciasse beneficio militari:nec credendum est quòd elegerit dictum modum testādi ad impugnandum illud quod faceret testādo:sed magis voluisse ualere iudicium suum utroque genere testandi, scilicet communi & militari.& hoc propter fortuitos casus ualentes contingere circa testamētum suum iure militari factum :qui casus illud uitiare possent : & vnus casus esse posset, si transiret annus à tēpore missionis de militia : quo casu non valet testamentum iure militari factum : vt institu. eodem §.& qd in castris. & sicut dictus miles tacitè uidetur uoluisse quòd testamentum suum valeat vtroque genere testandi, ut dictum est : ita plerique pagani, testamentum facientes solent, expressè per scripturam adiicere in testamento,uelle valere testamentum etiam iure codicillorum : & tunc sine dubio erunt codicilli, si sit testamentum dicti pagani, imperfectum: & iure codicillorum valebit. Viuianus.

h ¶ Dubitat.§an valeat iure militari, vel non.

i ¶ Diuersum.§quam in pagano,in quo non tenet: ut C. de testa.l. hac consultissima.§.si quis autem. & §.ex imperfecto.

k ¶ Genus testandi.§ iure communi.

l ¶ Iudicia.§iure speciali. & ad hoc quod eligens vnum non renunciat alteri. infrà, titul. primo l. Claudius. & infrà, si quis omis. causa testamen. l.quia autem.primo responsum. Sed argumen. cōtra. C. de testamen. l non codicillum.& supra de diuor l.fina. §. fina.

m ¶ Voluisse.§ testari.

n ¶ Valere.§vt & C. de codicil.l.fina. & suprà,de vulga. substi. l. cohæredi.§.cùm filiæ. & ad idē. C. de codicillis l.j.

o ¶ Nec quisquam.§ alias nec quisquam. alias deest nec: & tunc subaudi non dicet, &c. & alias est quis. & lege interrogatiuè.

Iure militari.§ CASVS Surdus & mutus miles in militia existens potest iure militari, facere testamentum. Viuianus.

p ¶ Surdum. § id est, cum qui est surdus & mutus.quid autem fit in pagano, plenè dicitur C. qui testa.fa.poss.l.discretis.& §. de testa.l.qui in potestate.§.fina. & l.seque.H.

q ¶ Missionem.§sed an post,dic vt institu.eo.§ quinimo.

r ¶ In numeris.§id est exercitu.

s Milites Substituere.§ directo cùm illi decesserint. alias nullū esset priuilegium:ut instit.de pupil.sub.§.fin.& probat hoc j.eod.l.miles ita.§. exhæredato.& C.e.l.in testamento.in fi.& §.tit.ij. l.Centurio.

Si miles.

S I miles.§CASVS. Si miles instituat sibi hæredem Titiū ex fundo:quantum ad totum aliud suum patrimoniū remaneat intestatus.miles enim potest decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus:quod non est in pagano. Viuian.

a ¶ Creditur.§imò ꝓ:ut j.eod.si certarum.quæ est contra.Sol.creditur hic, scilicet à iure: si probatur hoc uoluisse militem. nam præsumo q hæredi omnia dare uoluerit : vt ibi. Itē contrà. C.e.l quāquam. Sol.ut modò dixi. uel ibi instituit ex vncia uel unciis: unde non potest ibi probari contrarium. hic in re incerta & est ratio, quia ibi in quotis: & ideo secundum eā proportionabilitatem in cæteris videtur quod hic in singulis non uidetur sic fieri.si autem unum ex paganicis instituat, uel ex castrensibus, illa sola habet: vt C.eod.l.j & 2.& ibi no.distinctè & facit §. de hær.instit.l.j.§.si ex fundo.& de uulg substit.l.cohæredi.§.final. & j.ad Trebe.l.cogi §. sed & si. & j.de regu. iur. l.ius nostrum.& j. de castren.pecu.l.hæreditas.§.j & institu. de hære. institaen.§ non autem.

Q Vi iure.§ CASVS. Miles iure militari faciens testamentum, & ignorans uxorem suā prægnantem esse, cùm esset prægnans, præteriit posthumum : uel in ueritate non erat prægnans,sed post testamentum viuo dicto milite concepit & peperit : & vtroque prædictorum casuum fuit eo animo dictus miles, nec uellet suū hæredem esse illum quicunque sibi nasceretur.nō rumpitur testamētum eius.Et idem est si post testamentum arrogauit filium.nam non rumpet eius testamentum arrogatus si maluit miles prædictus decedere durante eodem testamento.idemque est similiter si post testamētum nepos successit ei in filij mortui locum. & idem est si post testamētū natus est filius ei viuo se:& ita est in isto alio casu: Quidam paganus fecit testamentum non iure:& posteà cœpit militare:& uoluit q dictum testamentum suū ualeret iure militari.Certè bene incipiet ualere iure militari.& h.d.cum duabus legib.seq. Viuia.

b ¶ Qui iure.§facit C.eo.l.sicut.& l.si cum.& j.e.l.si filius.& §.de iniusto testamen.l.si quis filio.§.irritū.ver.qua ratione. & j.e.l.in fraudem.§.2.& insti.e.§.sed & si quis.

c ¶ Non rumpitur.§f.agnatione posthumi.

d Dem est & si arrogauerit.§post testamentum.

e ¶ Nepósue.§ i.natus ex filio arrogato.

f ¶ Filij.§quia non rumpitur testamentum.

g Demque.§eodem. s.testamento quod antè fecerat.

h ¶ Maluit.§de hoc dic ut j.eo l.Tribunus.

F Acere.§ CASVS. Miles in hostium potestate positus non potest facere testamentum iure communi : nec etiam iure militari. Viuianus.

i ¶ Facere.§§.de testa.l.eius. in princ.

E X militari.§ CASVS. Miles capite damnatus ex militari delicto potest testari super bonis castrensib,& non super aliis: & iure militari,non alio iure. Si autem fidem sacramenti rupisset dictus miles,non posset aliquo iure testari. Quid si miles sit incertus an sit sui iuris? Certè potest facere testamentum: & idē dico si incertus esset an pater suus viueret.Sed qd si pr dicti militis decesserit, & ipse miles ignorabat,& fecit testamentum in militia? Certè bona sua castrensia pertinebūt ad hæredē,& nō bona patris sui,qa milites relinquunt scriptis hæredib.ea duntaxat, quæ habent : paterna autem bona non habebat adhuc dictus miles:quia pro hærede adhuc non gesserat.Sed quid si dictus miles sciebat bene patrem decessisse,& instituit sibi hæredem Titium in castrensibus & paternis bonis:& postea cogitauit de testamento mutando,& de instituendo sibi alium hęredem in paternis bonis solis ? nunquid dicta bona habebit primus hęres, scilicet Titius ? Et dicitur q non sicut nec §. in proxi. casu. habebunt ergo hoc casu prima bona uenientes ab intestato : & non primus hēs.neque ille quē in secundo instituere in corde gesserat.Sed si retēto eodem casu decessit factus ueteranus, uniuersa bona debent ad Titium primum hæredem pertinere, & non ad uenientes ab intestato.& est ratio:quia postquam factus est ueteranus,non potuit de parte bonorum testari, & de parte non.& h.d. usque ad l.neque.§.j. Vi.

k ¶ Licet.§ secus in pagano:ut §.de test.l. eius qui.§.1.& §.fi.

l ¶ Vt iure militari § aliàs natura ii: ut suprà de iniusto test. l.si quis ex.§.irritum.et j.de lega.3.l.si quis.in prin. §. miles.& j.de uete.mili. sue.l.prima.Sed contra C.de inoffic.testamen.l. si quando Solut. ut ibi. & adde hic distinctionem quæ est C.eod.l. à militibus.

ADDITIO. Dic secundum Bartolum hic quod si cum milite loquebatur, intelligitur quod facit iure militari. nam sermo debet intelligi secundū conditionem personæ ad quam dirigitur: ut hic, & l.plenū §.equitij. suprà de usu & habita. & per Dyn. in ca.ea,quæ:de regu. iur. lib.sexto.

m ¶ Sacramēti fides. § i.si non fecit ꝯ aliquod capitulum quod iurauit:ut ire ad hostes:uel uendere arma.

S I miles unum ex fundo hæredem scripserit, creditur[a] quā tum ad residuum patrimonij, intestatus decessisse. Miles enim pro parte testatus potest decedere, & pro parte intestatus.

¶ *Inspicitur animus militis circa testamētum ut non rumpatur agnatione: quod in pagano secus esset.*

¶ Idem lib.9.ad Sabin. LEX VII.

Qui iure[b] militari testatur, & si ignorauerit prægnantem uxorem,uel non† fuit prægnans: hoc tamen animo fuit, ut uellet,quisquis sibi nasceretur,ex hæredem esse, testamentum non rumpitur.[c]

¶ Marcellus lib.x.digest. LEX VIII.

Idem & si arrogauerit[d] filium, nepósve[e] successerit in locum filij.[f]

¶ Vlpianus lib.9.ad Sabin. LEX IX.

Démque erit dicédum & si nato filio,uiuo se,maluit eodē[g] testamēto durante decedere. Nā uidetur iure militari refecisse testamentum:ut est rescriptam a diuo Pio in eo, qui cùm esset paganus, fecit testamentum,mox militare cępit. Nam hoc quoque iure militari incipiet ualere, si hoc maluit[h] miles.

¶ Idem lib. 11.ad Sabin. LEX X.

Facere[i] testamentum miles in hostiū potestate positus,† nō iure militari potest.

¶ *Sermo debet intelligi secundum conditionem personæ ad quam dirigitur. Bar.*

¶ Idem lib.45.ad edictum. L. XI.

Ex militari đlicto† capite damnatis testamētum facere licet,[k] super bonis duntaxat castrēsibus.Sed utrum iure militari, an iure cōi, quęritur. Magis autē est ut iure[l] militari eis testādum sit. Nam cùm ei quasi militi tribuaī ius testandi:consequens erit dicere iure militari ei testandū. Quòd ita intelligi oportet, si non sacramenti fides[m] rupta sit. ¶ Si miles incertus an sui iuris sit,[n] testamētum fecerit, in ea conditione est testamentum eius,ut ualeat.Nam etsi incertus[o] an pater suus uiuat, testamentum fecerit, testamentum eius ualebit. ¶ Si filiusfamilias ignorans[p] patrem suum decessisse,de castrensi peculio in militia testatus sit: non pertinebūt[q] ad hæredem eius,patris bona,sed sola castrensia.

¶ Papinianus lib.6.Respon. L. XII.

Milites enim eā duntaxat q̄ habēt,† [r] scriptis, r̄liquūt.

¶ Vlpianus lib.45 ad edic. L. XIII.

Idem est,[s] & si de testamento mutando cogitauerit, non qa adimere uolebat castrensia bona hæredi scripto, sed quia de paternis testari uolebat, & alium hæredē scribere.Sed si iam ueteranus[t] decessit, uniuersa bona,[u] etiam paterna,ad hæredem debent pertinere castrensium.†

¶ Marcellus lib.xj.Digest. L. XIIII.

† Ita ēt in Fl.Haloā. aūt legit vt cā ꝑgnātē sciēnt hoc tū animo sit,ut velit, quisqsibi, &c.

† Fl.Facere testamē tū hostium potius. Vide in hunc locū Anto. Augu.li.4. eme. c.x.

† De militarib delictis diffusè Alc. ab Ale.li.2.c.13.

† Fl. hērēē

† Fl.ad hērēdē pertineā castrensiū: & iscriptio sequentis legis huic orōni annectit.& principiū legis sequentis. ēt deportati,uero e §.

n ¶ An sui iuris sit.] quia dubitat an fuerit competens iudex,uidelicet ille coram quo fuit emancipatus : quod est opus: ut C. de emancipati. libero .l prima. & l fina. uel an sint latrones, uel hostes qui eum cœperunt,ut in pagano dicitur: ut infra,de lega.tertio.l.prima. in prin.

o ¶ Nam & si incertus.§ secus in pagano ut supra,de testa.l.destatu. & infra,de leg.1.l.j.in princi.& de codicil.l.Aristo.& infra,de acquirenda hæreditate. l. hæres. quæ sunt contra. sed si hęres de statu suo dubitet,non nocet aditioni.ut infra, titu. primo.l. sed & si de sua. & dic ut ibi.

ADDITIO. Pro intellectu istius glo.dic quòd si est incertus an sit filiusfamilias uel paterfamiliàs miles,potest testari: quia quomodocūque se habet, permittitur sibi testari : secus si miles sit incertus an sit sui iuris uel seruus:puta est icertus an sit captus ab hostib. uel à latronibus:quia tunc non potest testari secundum Iacobum de Rauen.Petrum & Cynum,& Baldum.

p ¶ Ignorans.] Maxime,secundum quosdam.Accur.

q ¶ Non pertinebunt.§ secus si paganus, id est ueteranus est factus: ut infrà.l.tertia.in fin.& infra,de castren.pecu.l. hæreditate.§. i. Accursius.

r Milites. Habent.§ & tenent.s.in castris.sic infra,de verborum obligatio l.stipulatio ist: habere.& subaudi scilicet si uoluerit.& de paganis remanet intestatus.ut C.eo.l.i.& 2.hic enim de paganis testari noluit.

s Idem est.§ ut hæres castrensium non habeat nisi castrensia.

t ¶ Veteranus.§ post annum missionis:secus si ante:ut institu. eo. §.sed hactenus.

v ¶ Vniuersa bona. § ut infra, de castren. pecu. l. hæreditate. §. primo.

Neque

Universidad de Deusto Biblioteca

NEque enim.} CASVS. in §. deportati. vsque in finem legis cū lege sequenti. Non solum deportati, sed etiam omnes illi qui aliàs ex testamento capere nō possunt, à milite hæredes institui possunt, præter seruum pœnæ, quem hæredem instituere non potest. sed si tempore mortis dicti militis inueniatur in ciuitate dictus pœnæ seruus, conualescit institutio: & idem est in omni alio non capace à milite instituto & postea capace inuento tempore mortis militis. Quid si dictus miles instituat sibi hæredem seruum suum quē liberum esse credebat, & non dedit ei libertatem? Certè non ualet institutio. Sed quid si dictus miles instituit sibi hæredem Titium, & ei substituit Seium & dicto suo seruo libertatem dedit: & rogauit dictum institutum & substitutum ut hæreditatem restituerent dicto seruo: & postea decessit dictus miles: & posteà antequā adirent decesserunt institutus & substitutus: nunquid habebit libertatem & hæreditatem dictus seruus? Et dicit quòd sic, ac si libertas & hæreditas data esset ei directo. In testamento autem pagani distingueretur in prædicto casu: quia si decederent institutus & substitutus viuente dicto testatore & sciente, tunc nihil noui statuendum esset, & sic nō ualeret libertas testamēto data dicto seruo. si antè decessissent dictus institutus & substitutus ignorante testatore, vel post mortem testatoris: subueniendum, vt valeat libertas, & habeat hæreditatem dictus seruus libertate donatus. Viuianus

† Fl. deest, de parte si.
† Flo. sed.
† Flo. incipit.
† Fl. credidisset.
† Flo. in ea conditione est, ut institutio nō ualeat.
† Fl. Seuero.
† Flo. est.

NEque enim [a] iam potuit de parte bonorum testari, de parte [b] non. † ¶ Deportati, [c] & ferè [d] oēs ij, qui testamenti factionem non habent, à milite hæredes institui possunt. Sed si seruū [e] pœnæ, hęredem scribat, institutio non valebit: licet † si mortis tempore in ciuitate inueniatur, institutio incipiat † cōualescere, [f] quasi nunc data hæreditate. Et generaliter in omnibus id poterit dici, quos miles scribit hæredes; ut institutio incipiat uires habere, si mortis [g] tempore talis inueniat, vt à milite institui potuerit. ¶ Si seruum proprium, quem liberum esse credidit, † miles hęredem sine libertate instituit; in ea cōditione est institutio, ut non ualeat. † [h]

¶ *Fauore militis & fauore libertatis & institutionis fideicommissaria libertas trahitur ad directam.*

¶ Cùm miles in testamento suo seruo libertatem dederit, eidemq; & à primo, [i] & à secundo [k] hærede per fideicommissum hæreditatem reliquerit; [l] quamuis & primus hæres & substitutus prius q̃ adierint hęreditatem, mortē obierint, [m] nō debere intestati exitum facere, Imperator noster cū diuo Vero † rescripsit: sed perinde habendum esse, † ac si eidem seruo libertas simul & hæreditas directò data [n] esset: quæ utraq; ad eū peruenire testatorem uoluisse, negari non potest.

¶ Marcellus † Marianus lib. 4. fideicommissorum. LEX XV.

TRactabatur [o] an tale aliquid & in paganorum testamentis indulgendum esset. Et placuit, non sine distinctione hoc fieri: sed si quidem uiuo testatore & sciente decessissent, nihil [p] noui statuēdum: si autem ignorante, aut post mortem eius, omnimodo subueniendum. [q]

¶ Vlpianus † libro 45. ad edictum aliàs Marcellus. LEX XVI.

IN fraudem [r] planè creditorū nec miles amplius, quàm unū necessarium facere poterit. ¶ Sicut autem hæreditatem miles nuda [s] uoluntate dare potest, ita & adimere potest. Denique si cācellauerit testamentum suum, uel inciderit, nullius erit momenti. Si tū testamentum cancellauerit, & mox ualere uoluerit, ualebit ex suprema uolūtate. Et iō cū miles induxisset testm̄ suū, mox annulo suo signasset, [t] q̃ sup ea re cogniturus [u] erit, cōsiderabit quo ,ppo sito id fecerit. Nā si mutatæ uolūtatis eū pęnituisse ,pbabit, renouatū testamētum ītelligetur. Quod

† aliàs.

Testm̄ sine istitutione q̃nq; ualet.

Priuilegiū cuipiā in alterius dānū indulgeri nō debet.

a ¶ Neque enim.} continuatur cum superiori lege. l. idem, &c.
b ¶ De parte.} cum iure communi debeant testari: ut insti. eo. §. sed hactenus.
c ¶ Deportati.} hi non capiunt iure communi: ut C. de hæred. insti. l. j. & j. de bonorum possess. l. edicto prætoris. sed ex testamento militis sic: vt hic, & j. de lega. 3. l. si deportati. §. si miles. sic ergo hic passiuè accipitur testamenti factio: ut instit. de hæred. quali. & diffe. §. testamenti.
d ¶ Et ferè.} sunt autem multi: ut no. insti. de lega. §. legari. ferè aūt dicit propter illud quod est j. prox. §. & §. si seruum. & de his quæ ,p non scri. ha. l. fin. & j. de his quib. ut indig. l. mulierem. & j. e. l. miles. §. mulier. & C. de hære. l. fin. & sic facit C. eo. l. in testamento.
e ¶ Seruum pœnæ.} ad hoc j. de his quæ pro non scriptis. l. 4.
f ¶ Conualescere.} sic j. de reb. dub. l. si cognatis. Argu. contrà j. de reg. iur. l. quæ ab initio.
g ¶ Mortis tempore.} in aliis tria tempora: ut s. de hære. insti. l. si alienum § j.
h ¶ Non ualeat ut instit. qui da. tut. pos. §. planè. sic & j. de fideicom. lib. l. generaliter. §. si quis tu. Sed contra C. de hære. instit. l. cum proponas. ubi tenet testamentum. Sol. nec ibi tenet institutio in primo casu: & ideo substitutus admittitur. Item in secundo ideo ibi tenet, quia erat communis: unde erat cui quærere posset, hic proprius. vñ non erat cui quęrere posset, nisi ipsi testanti, uel eius futuro legitimo facto hæredi: quia erat eadem persona secum. Item facit. C. de necess. ser. l. 1.
i ¶ A primo.} s. instituto.
k ¶ Secundo.} s. substituto.
l ¶ Reliquerit.} s. ut qui eorum esset hæres, restitueret.
m ¶ Obierint.} Viuo uel mortuo testatore. sed in pagano distinguitur: ut j. l. proxi.
n ¶ Data esset.} quod quidem tam militiæ q̃ libertatis fauore ptingit. R. & sic est C. ad Treb. l. pe. §. cùm aūt. & j. ad Treb. l. facta. in fi.

o ¶ TRactabatur.} an tale aliquid, quale est illud quod dictum est de militis testamento. s. l. proxi. in fin.
p ¶ Nihil noui.} i. nil ualebit. & sic non ualet libertas eo testō data potuit enim mutare, & non fecit: & ideo uidetur firmare: ut suprà, e. l. idem erit. & arg. C. de inoffic. test. l. 3.
q ¶ Subueniendum.} ex testamento, ut valeat, et quidem fauore libertatis: sed hodie videtur hoc ius commune etiam sine fauore libertatis, uel militiæ: ut C. ad Trebel. l. pen. §. cum autem. ubi mortuo instituto transeunt actiones sine restitutione. sed illud quādo est in quem trāseāt: hic erat seruus in quē transire non potest fideicommissum, nisi sit liber: & liber esse non potest, nisi adita hereditate: ut C. de cad. tollen. l. prima. §. in nouissimo. sed dispensatur fauore libertatis: ut hic & j. ad Trebel. l. facta. §. fi. & s. l. proxi. fauore libertatis & militię: & sic not. ualere testamentum sine institutione.

IN fraudem.} CASVS. in princi. est planus vsque ad §. sicut autem. Miles potest dare hæreditatem suā nuda sua uoluntate, & etiam adimere ei cui dedit. unde nullius erit momenti militis testamentum, si ipsum miles cancellauerit uel inciderit. si autem post cancellationem ualere uoluerit testamentū suū: ualebit ex suprema eius uoluntate. Quid si miles induxit testamētum suum: & postea cū annulo suo signauit ipsum? Certè tunc distinguitur quo proposito signauit. nam si signauit ex eo q̃ pœnituit eum quod mutauerat uoluntatem cum induxit testamentum: intelligitur renouatum testamentum. si autem ideo cū annulo signauit quia uolebat ita stare clausum testm̄, ne possent legi ea, q̃ in eo scripta fuerant: æstimabit potior cā iudicij militis facti irriti p̄p dictā inductionē & ita sicut erat irritum testm̄ per inductiones, ita remanebit.
¶ Testm̄ ante.} Titius paganus fecit non iure testm̄: & postea fact' miles decessit. nunquid militari iure ualeat dictum testamentum? Et dr̄ q̃ sic: nisi dictus miles contrarium dixisset. Sequens §. dicit, q̃ si aliquis scribat se hæredem in testō militis: non remittitur ei pœna senatusconsulti Liboniani, de qua dr̄ j. de falsis. l. diuus.
¶ Miles & ad tempus.} Hic §. dicit quatuor quæ permittuntur militi quæ non permitterentur pagano. Primum est: quia potest Titium instituere usque ad pascha: & dicere q̃ à paschate in antea sit sibi hæres Seius. Secundū est: quia pōt dicere ita in testamento suo: Titius sit mihi hæres: & postquam nauis ex Asia uenerit, Seius sit mihi hr̄s. Tertium est: quia pōt ita dicere: Titius sit mihi hr̄s usque dum nauis ex Asia uenerit. Quartum est: quia sibi & filio suo pōt facere testm̄ iure militari, & soli filio, & non sibi: & hoc casu cum facit soli filio testamentū, ita demum ualeret si miles prędictus in militia decesserit, uel si decessit domi intra annum à tempore quo fuit missus de militia.
¶ Bonorum.] Generaliter determinatum est instit. de bono. poss. §. fina. intra quantum tempus potest peti bono. pos. nunquid post illud tempus poterit hæres militis petere bono. poss. in bonis militis? Et dicitur quod non: & sic etiam utitur iure communi in hoc alio casu: Legauit miles Titio fundum sibi in dotem inæstimatum datum. certè sicut lex Iulia prohibet in paganis: ita & in militibus. & h d. l. cū l. seq. Viuianus.
r ¶ In fraudem.} facit s. de hære. insti. l. qui soluendo. & l. soluendo. nec enim in alterius damnum alteri debet dari priuilegium: ut C. de emanci. l. nec auus.
s ¶ Nuda.] à solēnitate uerborū. uerbis tñ opus est: ut j. eo. l. Luci'.
t ¶ Signasset.} i. sigillasset & clausisset. Accur.
u ¶ Cognituus.] i. iudex considerabit.

Si ideo

a ¶ Si ideo.} s. clausit & sigillauit.
b ¶ Potior.} quam cām reformari. nam neque firmatur. sed quid in dubio? Respon. non cancellatum remaneat, ut hic, & quia dixit probabitur. s. prox. & facit ad l. s. de testa. l. ad testium. §. si signa. & l. si testamentum quod resignauerit. & j. si tab. test. l. j. §. si hæres. & s. eod. l. idem erit. & j. eod. l. tribunus. §. fi. & l. Titius. in fin. & instit. eo. §. sed et si quis.
c ¶ Testamentum.} non solemne.
d ¶ Ante militiam.} sed quomodo erat miles ante militiam? Respon. miles non militans: & in eo hoc intellige, secus si paganus erat: ut hic, & infrà, e. l. tribunus. §. fina. & supra e. l. idem, quæ sunt contra.
e ¶ Iure.} ciuili, mutato personæ statu plenius tenet prima uolūtas: ut s. eod. l. neque. §. j. & arg. s. de ac. em. l. si quis alienam. & de rei uen. l. si à Titio.
f ¶ Senatusconsulti.} scilicet Liboniani: qd̄ fuit factum ad supplēdam. l. cor. de fal. & quod dicit pœna, dic falsi, ut j. de fal. in rubri. & l. diuus. sic ergo priuilegium testantis nō tollit delictum scribentis, sed priuilegiū scribentis tollit: ut C. de his qui sibi adscri. l. quod adhibitus. & facit j. de his qui sibi adscri. l. si.
g ¶ Miles.} facit infrà eodem l. miles ita. §. 2. & l. quęrebatur. §. fi. & C. eo. l. certi. Sed aliud in pagano: ut s. de hære. insti. l. si hæreditas. & insti. de hære. instit. §. hæres purè. Hug.
h ¶ Soli filio.} ut j. e. l. miles ita. §. fi. in pagano secus: ut s. de uulg. substitu. l. 2. §. quisquis autem.
i ¶ Quod testamentum.} scilicet solius filij.
k ¶ Tempora.} c. dierum uel anni: ut insti. de bo. pos. §. liberis.
l ¶ Generalis.} s. ut non sit ulla exceptio.
m ¶ DOtalem. Legem Iuliam.} quæ inhibet alienationē fundi dotalis: ut institu. quali. non licet, in princ. & facit j. de leg. 2. l. cum pater. §. qui dotale. Et nota priuilegium nō tollere priuilegium. sic s. ex quib. cau. ma. l. fin. Sed an debeatur hoc casu æstimatio? Resp. non, cum legatarius non habeat eius commercium: ut j. de lega. 2. l. mortuo. §. Labeo.

† Fl. deest, subiuncta. Hunc locū pulchrè ac subtiliter explicat Viglius in cō ment. ad §. sed & si qs ante. de mili. testa. insti. lib. 2.
† De hoc §. ui. in c. j. in gl. super verb absq; deductiōe. circa med. ibi. compē diosa, quæ sic his uerbis. extrà, de testa.
Testantis priuilegiū. delictū scribentis non tollit.
Priuilegiū non tollit priuilegiū.

si ideo, [a] ne ea quæ scripta fuerint legi possint; causa irriti facti iudicij potior [b] existimabitur. ¶ Testamentum [c] ante militiam [d] factū à milite, si in militia decesserit, iure [e] militari ualere, si militis subiuncta † uoluntas cōtraria nō sit, diuus Pius rescipsit.

¶ *Priuilegium militis non tollit delictum scribentis. Bart.*

¶ Si quis se scribat heredem in testamento militis, non remittitur ei senatusconsulti [f] pœna. ¶ Miles [g] † & ad tempus hæredem facere potest, & alium post tempus, uel ex conditione, uel in conditionem. Item tam sibi, quàm filio iure militari testamentum facere potest: & soli filio, [h] tametsi sibi nō fecerit: quod testamentum [i] ualebit, si fortè pater uel ī militia, uel intra annum militiæ decesserit. ¶ Bonorum possessionem ultra tempora [k] edicto determinata nec militis posse agnosci Papinianus libro xiiij. quæstio. scribit: quia generalis [l] est ista determinatio.

¶ Paulus lib. 43. ad edict. L. XVII.

DOtalem fundū si legauerit miles, non erit ratum legatum, propter legem Iuliam. [m]

¶ Caius lib. 5. ad edict. prouin. L. XVIII.

SI certarum rerum hæredes instituerit miles; ueluti alium urbanorum prædiorum, alium rusticorum, alium cæterarum rerum: ualebit institutio, perindeq; habebitur atque si sine partibus hæredes eos instituisset, resque omnes suas per præceptionem cuique † legando distribuisset. [n] ¶ Iulianus etiam ait, si quis aliū castrensium rerum, alium cæterarum scripsisset hæredem, quasi duorum hominum duas hæreditates [o] intelligi: ut etiam in æs alienum quod in castris contractū esset, solus is teneatur qui castrensium rerum hæres institutus esset: extra castra contracto ære alieno is solus obligetur, qui cæterarum rerum hæres scriptus esset. Cui scilicet conueniens uidetur respōdisse, ut ex quacunque † causa debeatur militi, uel huic hæredi, uel illi, ipso iure debeatur. Quòd si alterutra pars bonorum æri alieno quod ex ea causa pendebit, nō sufficiat, & propter hoc is qui ex ea parte hæres institutus est, non adierit: alterum qui adijsset, compellendum esse, aut defendere totam hæreditatem, aut totam creditoribus soluere. [p]

¶ *Miles pōt hæditatem relinquere: & eandem adimere in eodem testō. h. d.*

¶ Si eodē [q] testamēto miles eūdem hæredem, deinde exhæredē scripserit: adempta videtur hæreditas: cum in paganorum testamento sola hæreditas exhæredatione adimi nō † possit. ¶ Si pr̄ à filiofamilias milite ex castren-

† aliàs delegando.
† Flor. quaqua.
† aīs adimi posit. Vid Ant. Aug. li. i. emend. ca. 3.

¶ Si eodem.} Titius miles instituit sibi hæredem Seium: & in eodem testamento exhæredauit dictum Seium, certè adempta uidetur Seio hęreditas: paganus autem non posset ita adimere per exhęredationem.
¶ Si pater.} Filiusfamilias miles, & castrense peculium habens instituit sibi hæredem patrem suum in dicto peculio: & quibusdam legata reliquit. pater autem nolens legatarijs respondere, omisit aditionem ex testamento, & possidebat alio modo quasdā res ex dicto peculio. certe tenetur legatarijs. & idem esset, si dolo desijsset possidere distas res peculiares.
¶ Si miles testamentum.} Titius miles fecit testamentum in militia existens, & legata in speciebus certis in dicto testamento quosdam reliquit: & postea in eodem testamento ita dixit: si quos codicillos faciam, eos confirmo in hoc meo testamento. his completis remissus fuit de militia: & postea domi existens fecit codicillos. & reliquit quibusdam alijs legata in speciebus certis similiter: & ita annum quo fuit de dicta militia missus, decessit. nunquid in codicillis seruabitur forma iuris ciuilis & communis: scilicet ut de dictis legatis in codicillis relictis possit detrahi quarta, cum quadrans solutis legatis non remaneat hæredi? & uidetur quòd non quia dicti codicilli fuerunt (ut dictum est) confirmati in dicto testamento in militia facto. unde sicut de legatis idicto testamēto relictis non potest detrahi Falcidia iure militum speciali, ita uidetur quod non possit detrahi Falcidia de dictis legatis in codicillis relictis. Dicitur tamen hic quod bene possit detrahi Falcidia de dictis legatis in codicillis relictis: & hoc ideo, quia iam desierat esse miles cum fecit codicillos. Viuianus.

SI certarum.} CASVS. Titius miles instituit sibi Seium hæredē in vrbanis prædiis suis, & Sempronium in rusticis, & Caium in omnibus aliis suis rebus: posteà decessit dictus miles. nunc quæritur an ualuerit dicta institutio? Et dicitur q̃ sic, & perinde haberi debet ac si instituisset eos sine partibus, & prælegasset dicto Seio vrbana prædia, & Sempronio rustica, & Caio alias suas res, vt sic habeant æquales partes vniuersæ hæreditatis: sed dictas res habet unus ab aliis suis cohæredib. per præceptionem. Sed quid si instituit Seium in castrensibus suis rebus, Caium autem in aliis? nunquid ille qui institutus est in castrensibus, tenebitur ære alieno per militem contracto in aliis rebus, uel econtra? Et dr̄ q̃ non, imò quilibet hæredum tenebitur pro illo tantum ære alieno quod contractum est in illis bonis in quibus ipse institutus est. & quod dixi in debito à milite: idem est in credito. Sed quid si pars instituti in castrēsibus rebus non sufficiat æri alieno per militem contracto super castrensib. bonis, & ita noluit hæreditatem adire: & institutis in paganicis rebus quæ non erant grauatæ multum ęre alieno, adiuit pro sua parte. nunquid tenetur satisfacere etiam illis creditoribus qui crediderunt super bonis castrensibus? Et dr̄ q̃ sic: aut si non vult satisfacere, debet eis dimittere totam hæreditatem. & quod dixi in instituto in paganicis, idem esset in instituto in castrensibus econtra.

n ¶ Distribuisse.} sic & in pagano: ut supra, de hære. insti. l. ex facto §. primo & facit s. eod. l. si miles. & quod ibi nota. & C. eod. l. 1. & 2. & quæ ibi no.
o ¶ Duas hereditates.} ad hoc suprà, de compen. l. si cum militi. & suprà, famil. ercisc. l. heredes. §. i. & facit s. eo. l. si miles. & quod ibi no. & C. eo. l. j. & ij.
p ¶ Soluere.} id est tradere: & hoc ne priuilegium noceat creditoribus: ut supra, eodem l. cum filius. & est ad hoc infra, titu. primo l. cum hæreditate. & infra. de bono. poss. l. sed cum patrono. in princip. Item contra. j. eodem. l. si duobus. Solu. ut ibi. Item contra supra, quibus mod. vsusfru. amit. l. si sub conditione. sed ibi sunt duo testantes: hic unus. Item ibi duo testamenta. hic unum. Item quare in princip. huius legis non concomitatur æs alienum res, ut hic? Respon. ibi nō est uniuersitas, hic sic. nam bona castrensia una uniuersitas est: & sic est paganica alia: & ita ibi totum patrimonium intuetur æs alienum: ut j. ad Treb. l. i. §. si heres, & s. de iud. l. si fideicommissum. §. tractatū.
q ¶ Si eodem.] prout habes in fi. §. non possit: pone casum in seruo hærede instituto, & libero. nam eod. testamento potest ei adimi hr̄ditas sola sine libertate: & hoc à milite, non à pagano: ut & s. de lib. & posthu. l. si ita. §. regula. Et quod dicit exhæredem: id est hęreditatem adimendo, dicēdo, exhæredo uel adimo. Itē pone in libero extraneo instituto, & eod. testa. postea exhæredato. nam hoc miles facere pōt, non paganus: quia res est in extraneo inepta exhæredatio: ut j. de uerborum obligation lege, quidam cum filium. sed miles nuda uolūtate aufert.

Universidad de Deusto
Biblioteca

auferri: ut ī. eo. l. in fraudem. §. j. & ſm hoc ordina literā in fin. niſi ſola exhæredatione non poſsit, &c. Si uerò habeas, ſiue non, dic ꝙ miles poteſt adimere hæreditatem datam eodem teſtamento: cum hoc poſſit paganus: & fortè fiet iſtud etiam per uerbū exhæredo, quod aptè ponitur iam eo inſtituto. aliàs non: ut d. l. quidā. & facit ſ. de teſtam. l. hæredes. §. ſi q d poſt. & C. de teſt. l. hac conſultiſsima. §. ſi quis autem. & l. ſancimus.

† Fl. poſsidebit.

ADDITIO Dic ſecundum Bal. hic ꝙ prima caſus poſitio eſt uera ſm literam negatiuam: ultima ſecundum affirmatiuam eſt uera: ſed media eſt falſa: ut ſ. de hæredi. inſtitut. l. ſi pater.

a ¶ Legatorū actio. } vt in eum qui omiſſa cauſa teſtamenti ab inteſtato poſsidet hæreditatem: ut ī. ſi quis omiſſ. cau. teſta. l. j. & intellige patrem teneri ad finē peculij & perpetuo: licet aliàs deberet teneri, & ſoleat nomine peculij uſque ad annum tantum, ſcilicet cum ab inteſtato filius deceſsit: ut omnia hæc probantur apertè ī. de caſtrenſi. pecul. l. pater qui. H. Item dic ꝙ niſi fuiſſet teſtatus pater, iure peculij occupaſſet: ut ī. de caſtrē ſi. pecu. l. 1.

b ¶ Si miles. } ad euidentiam dic ꝙ Falcidia ceſſat in teſtamento militis: ut C. ad l. Falci. in teſtamento. & C. eo. in teſtamento.

c ¶ Pleriſque. } & bene.

d ¶ Regulam. } id eſt, ſolemnitatem, ut habeat locum Falcidia.

ſi peculio hæres inſtitutus, omiſſa cauſa teſtamenti aliquid ex peculio poſſederit† dolóve malo fecerit quò minus poſsideret, datur in eū legatorū actio.[a] ¶ Si miles[b] teſtamentum in militia fecerit, codicillos poſt militiam, & intra annum miſsionis moriat̄; pleriſq;[c] placet in codicillis iuris ciuilis regulā[d] ſpectari debere: quia nō ſint à milite facti: nec ad rem pertinere ꝙ teſtamento cōfirmati ſunt,[e] ideóque in iis legatis quę teſtamento data ſunt, legi Falcidię locū nō eſſe: at in iis, quę codicillis ſcripta ſunt, locum eſſe.

¶ Triphonius lib xviij. diſput. L. XIX.

SI uerò compoſita[f] vtraque legata, tam ea, quæ teſtamento, quàm quæ codicillis data ſunt,[g] vltra dodrantem ſint;[h] quæritur, quatenus minuantur ea in quibus Falcidia locum habet[i] Commodiſsimè autem id ſtatuetur, ut ex uniuerſitate bonorum inſolidum ſolutis legatis quæ teſtamento miles dederit, id quod ſupererit, pro dodrante[k] & quadrante diuidatur inter hæredes, & eos quibus codicillis legata data ſunt. Quid ergo, ſi conſumant uniuerſorum bonorum[l] quantitatem legata q̄ teſtamento data ſunt?[m] vtrum nihil ferent ij quibus codicillis legatū eſt? an aliquid? Et quoniam[n] ſi adhuc miles[o] hæc quoque legaſſet,[p] contribuerentur omnia, & pro rata ex omnibus decederet ea portio, quam amplius[q] legauerat quam in bonis habuerat: nūc quoque idem fiet: deinde conſtituta[r] quantitate legatorum quę codicillis data ſunt, ex ſumma quæ efficiebatur debita, ſi æquo iure[s] omnia deberentur, quartam deducet is ſolis[t] quibus codicillis legata ſunt. Quòd ſi poſt[u] utraque legata ſolida computata deprehenderetur, quod remaneat apud hæredem, non tamen ſufficiens quartæ[x] eorundem legatorum:[y] quod ei deeſt, detraheretur iis ſolis quibus codicillis, legata data ſunt.

¶ Vlpianus libro quarto diſputa. LEX XX.

QVærebatur, ſi miles qui habebat iam factum teſtamētum, aliud feciſſet, & in eo cōprehendiſſet, ſe fidei hæredis cōmittere, ut priores tabulæ ualerent,

e ¶ Confirmati ſunt. } & ideo uidebatur tempus teſtamenti tantum inſpiciendum: & perinde ac ſi in teſtamento eſſent relicta legata in codicillis, ut ī. de codicil. l. 1. §. codicillorum. ſed tamen ſecus: ut hic dicit, & ī. l. prox. & ī. ad leg. Fal. l. ſi miles. H. & no. argu. ꝙ ſi legatus reſeruat ¹ ſibi primā uacaturā in aliqua eccleſia: & excōicauit rebelles: & eo facto priuato cœpit locus uacare: ꝙ non teneat eius excōicatio: ut tempus in quo præbenda debet conferri, inſpiciatur: & non quo ipſe retinuit. ſic arbiter non poteſt ſtatuere diem in tēpus in quo non eſt futurus arbiter: ut ſ. de arbi. l. ſi cum dies. §. ſi intra. & facit ī. de codicil. l. conficiuntur. §. ſi miles. & C. de manu. teſtam. l. j. & continua. l. ſequentem.

¹ Adde rōnē ad hanc gl. q a reſeruatio legalis dr̄ expirare cū legatione. in c. pſenti. d offi. legati. in 6. Card. ī cle. j. 4. q. eā, de pbē.

S I uerò. } CASVS. Pone quòd in dicto teſtamento & in dictis codicillis: ut in proxi. §. l. præceden. reliquit dictus miles legata in quantitate conſiſtentia: & tot reliquit, quòd utriſque ſimul compoſitis & computatis excedunt dodrantem, & tangunt quadrantem qui debet ad minus remanere hæredi de iure, quo minuentur per Falcidiam legata in quib. dictum eſt locum habere Falcidiam, i. legata in codicillis data? Reſpon. ꝙ ex omnibus bonis debent ſolui ſolida legata in teſtamento data: quia de eis non debet detrahi Falcidia, ut dictum eſt. illud autem quod ſupereſt de dictis legatis, debet diuidi inter hæredes ex una parte, & illos legatarios quibus legatum eſt in codicillis, ex alia: hoc modo, ſ. vt legatarij habeant dodrantem, & hæredes quadrantem. Sed quid ſi dicta legata in teſtamento relicta conſumant quantitatem vniuerſorum bonorum? nunquid habebunt aliquid illi legatarij quibus legatum eſt in codicillis, an nihil? & certè hic talis modus ſeruabit̄. Pone ꝙ dictus miles habebat in bonis xij. & in teſtamento legauit xij. & in codicillis iiij. & ſic legauit. iiij. plus quā haberet in bonis. certè iſta iiij. debēt ſtatim detrahi de utriſque legatis: & ita remanebunt legata teſtamenti x. & legata codicillorū duo. certè de duob. quæ remanent relicta in codicillis, detrahetur Falcidia & non de x. quæ remanent relicta in teſtamento. & hoc ideo, quia etſi antequā eſſet miſſus de militia dictus miles, legaſſet non ſolum in teſtamento, ſed etiam in codicillis dicta xvj. contribuerentur omnia legata. & pro rata ex oīb. legatis decederet dicta portio quam amplius legauerat. quam in bonis ſuis habebat, id eſt, dicta quatuor. Si autem legaſſet in dicto teſtamēto quinq;, & in dictis codicillis alia quinq;, cum habeat in bonis ſuis xij. ſoluunī integra

quinque legatarijs teſtamenti: & quod deeſt hęredi ad quartam, ſupplebitur eidem de legatis in codicillis relictis, id eſt, de alijs quinq;. vnde hęres habebit tria, & legatarij codicillorum habent quatuor. Viuianus.

f ¶ Si uerò compoſita. } id eſt, computata: cum ſint in quantitate relicta. nam ſupra locutus eſt ubi ſunt in ſpecie relicta: ut ſi uni fundum, alij domum legauit: & tunc euidēs eſt de quo detrahitur & quid debeat ſoluere hęres: ſi vero in quantitate ſunt hęc & alia relicta: tunc merito quęritur quantum uel quomodo debeat ſoluere hęres Azo.

g ¶ Data ſunt. } i. relicta uidentur.

h ¶ Vltra dodrantem ſint.] ita quòd totam, ſubſtantiam conſumant: ut differat ab ultimo caſu legis §. quod ſi poſt &c. Vel dic quod hic aliquid remanebat hęredi: ut & ibi: & ſic ſit idem caſus. Et dicit quòd Titius cccc. habebat in bonis & in teſtamento tempore militię facto legauit ccc. i codicillis factis, poſt militiam intra annum legauit nonaginta. & deceſsit intra eundem annum. de primis ccc. non detrahet Falcidiā hęres cum ceſſat in teſtamento militis: ſed de relictis in codicillis ſic: quia tunc non erat miles. Secundo quęritur ſi in teſtamēto cccc. codicillis. c. legauit. Rń. idem eſſe quod eſſet hic alio caſu. ſ. quando omnia quingenta in teſtamento legaſſet. nam tunc ſicut anteà deduceret quod in bonis nō eſt, diminuēdo cuilibet legatario quintam eius quod ei relictum eſt: ſic & nunc deducet de quolibet quintam tam de legatis teſtamenti quàm codicillorum: & ſic legatarij codicillorum debent habere lxxx. ex quibus detrahitur quarta, ſcilicet xx. at legatarijs teſtamenti nil detrahitur, ſed detracta quinta quadrigentorum, ſ. lxxx. quod non erat in bonis, ſolidum reſiduū habent, ſ. cccxx. ſic ponitur caſus. ī. ad l. falc. l. ſi poſt miſsionem.

i ¶ Locum habet. } ut ſunt relicta in codicillis: ut ſupra l. proxi. in fine.

k ¶ Pro dodrante. } ut dodrantem legatarij, quadrantem hęres ferat.

l ¶ Bonorum. } quę ſunt cccc.

m ¶ Teſtamento data ſunt } quia cccc. teſtamento, codicillis c. legauit.

n ¶ Et quoniam. } nunc adducit ſimile per quod ſoluet.

o ¶ Adhuc miles.] i. nondum miſſus de militia.

p ¶ Legaſſet. } in teſtō quę dedit in codicillis.

q ¶ Amplius. } pręmitte legauerat amplius &c. hoc enim fieri dēt ut inſtitu. ad leg. fal. in fi. & facit. C. eo. l. in teſtamento. §. ſane. & ī. ad l. fal. in ratione. §. quod uulgo.

r ¶ Conſtituta. } conſi derata, quę eſt lxxx.

s ¶ Aequo iure. } nam ſi nulli detraheretur Falcidia, ita his deberetur totum quinta detracta quę in bonis nunc erat, ut legatarijs teſtamenti: ſed in noſtro caſu debetur ęquo iure, cum his detrahatur Fal. illis non.

t ¶ His ſolis. } i. ab his ſolis.

v ¶ Quòd ſi poſt. } redit ad primum caſum legis.

x ¶ Quartę. } quę ſunt xx. de lxxx.

y ¶ Legatorum.] ſ. in codicillis relictorum: ut in primo caſu huius legis. non autem dicas quod hrs retineat ſibi quartam totius hęreditatis de legatis in codicillis quia ſic nihil eis remaneret.

QVærebatur. } CASVS. Titius miles fecit teſtamentum, & inſtituit ſibi hęredem Seium: & quibuſdam alijs reliquit legata: & quibuſdam fideicō. & quibuſdam ſeruis libertatem dedit: & poſtea fecit aliud teſtamentū, & inſtituit in eo Caium hrēdē, & ſidei Caij commiſit ut prius teſtamentū ualere. modo quęritur utrum valeat

ualeat prius teſtamentum. & ſi ualet, utrum ualeat directo, an per fideicommiſſum: & an ualeat quantum ad inſtitutionem: & quantum ad omnia alia quæ in eo ſunt? & antequam reſpōdeat ad dictas quæſtiones, dicit ꝙ licitū eſt militi plura facere teſtamēta: & ſiue faciat ea ſimul, ſiue ſeparatim, ualebūt, ſi ſpecialiter dixit miles ne ſuperius per inferius rumperetur. Item dicit quod miles poteſt pro parte decedere teſtatus, & pro parte decedere inteſtatus. Item dicit quod ſi miles fecit codicillos, & rogauit uenientes ab inteſtato ut reſtituerent hæreditatem ſuam Sempronio per fideicommiſſum, & poſteā fecit teſtamentum, & in eo dixit, uolo quod dictus Sempronius habeat hęreditatē meā per codicillos ſupradictos: efficietur directa inſtitutio codicillorum, quæ prius erat precaria. Si poteſt facere miles dicta tria: ergo & in noſtra quæſtione debet ualere prius teſtamentum in quo inſtituit Seium: & ualebit iure fideicommiſsi, & non directo. nam cōmiſit fidei hæredis in ſecundo teſtamento inſtituti ut prius teſtamentū ualeret; & non ſolum alia quæ ſunt in teſtamēto primo, ualebunt iure fideicommiſsi: ſed etiam inſtitutio, niſi cōtrarium ſcripſiſſet teſtator.

¶ Si quis à milite. } Titius miles inſtituit ſibi hæredem Seium uſq; ad paſcha: & Caium à paſchate in antea. certè pro cōſtanti ponit quòd ualet inſtitutio utriuſque. Sed nunquid legata à primo hærede data debebit ſoluere ſecundus poſt paſcha? Et dicitur ꝙ non: niſi teſtator hoc uoluiſſet. Viuianus.

† Fl. id ꝙ.

† intel. huius. §. uid. apud. Io. Cal. in Rubri. C. de impuber. nu. 9. & 10.

quid iuris eſſet. Dicebam: Militi licet[a] plura teſtamenta facere. ſed ſiue ſimul[b] fecerit, ſiue ſeparatim, utiq; ualebūt, ſi hoc ſpāliter expreſſerit; nec ſuperius[c] per inferius rumpetur: cum & ex parte hæredē inſtituere poſsit: hoc eſt ex parte teſtatò, ex parte inteſtatò decedere.[d] Quinimo & ſi codicillos an̄ fecerat, poterit eos per teſtamentum ſequens cauendo, in poteſtatem inſtitutionis redigere, & efficere directam inſtitutionem, quæ erat precaria. Secundum hæc in propoſito[e] referebā ſi hoc animo fuerit miles ut ualeret[f] prius factum teſtamentum, idque† cauit,[g] ualere oportere; ac per hoc effici ut duo teſtamenta ſint. Sed in propoſito[h] cum fidei hæredis committatur ut ualeat prius teſtamentum; apparet eum nō ipſo iure ualere uoluiſſe, ſed magis[i] per fideicommiſſum. id eſt, in cauſam fideicommiſsi & codicillorum vim prioris teſtamenti conuertiſſe.[k] Vtrū autem totum teſtamentū in eam cauſam conuerſum ſit, hoc eſt, etiam hęredis inſtitutio, an uero legata tantum & fideicommiſſa & libertates, quæritur. Sed mihi uidet̄ non ſolùm cætera præter inſtitutionem hæredis, ſed & ipſam inſtitutionem in cauſam fideicommiſſi uertiſſe; niſi aliud teſtatorē ſcripſiſſe probetur. ¶ Si qs† à milite hæres ad tempus[l] ſcriptus ſit,† & alius ex tempore; quæritur, an poſterior hæres à priore relicta legata debeat? Et arbitror hunc nō debere,[m] niſi alia uoluntas militis probetur.

¶ Iulianus lib. 27. Digeſtorum. LEX XXI.

TRibunus militū ſi intra dies certos, quàm ſucceſſor eius in caſtra uenerat, manēs ī caſtris codicillos fecerit,[n] & ibi deceſſerit; quoniam deſinit[o] militis loco haberi poſtquàm ſucceſſor eius ī caſtra uenit, ideo communi iure ciuium Romanorū codicilli eius æſtimādi ſunt. ¶ Cum aliquis facto teſtamento militare cœperit, id quoque teſtamentū quod antè quàm militare cępit, †fecerat aliquo caſu intelligitur militię tempore factum: ueluti ſi tabulas inciderit,[p] & legerit teſtamētum, ac rurſus ſuo ſigno ſignauerit.[q] amplius & ſi aliquid interleuerit, ꝑduxerit, adiecerit, emendauerit. Quòd ſi nihil horum inciderit, teſtamentum eius ad priuilegia militum non pertinebit.[r]

¶ Africanus li. 24. quæſtio. L. XXII.

QVòd cōſtitutum[s] eſt, ut teſtamētum militiæ tēpore factum, etiam intra annum poſt miſsionem[t] ualeret: quā tum ad uerba eius,[u] ad eos duntaxat, qui mitti[x] ſolent, id beneficium pertinere exiſtimaui: ſecūdū qd', neq;, pręfectos, neq; tribunos, aut cęte

a ¶ Licet. } i. licitum eſt.

b ¶ Simul. } aliàs ſemel aliàs ſimul. i. incontinenti unū poſt aliud: ut ſ. ſi cer. peta. l. lecta. § dicebam. ADDITIO. No. ex hac gl. quod illa ſimul fieri intelliguntur, quorum unum fit poſt alterum ſine tēporis interuallo. unde facit ad quæſtionē an poſsint teſtificari duo per foramen uiderūt duos adinuicē commiſceri. de hoc no. iij. quæſtio. 8. c. nihilominus. Not. etiam ex iſta gl. quod dicitur ſimul fieri quod fit plures ſine temporis interuallo: & facit ad no. in l. vulgaris. in princi. ī. de fur. ſecundum. Bal. hic.

¹ Limita niſi codicilli eſſent eadem die facti: & non apparet de prioritate: & eſſent ꝯtrarij: quia tunc nō ualerēt. Bart. in l. 3. C. d codicil alij dnt ꝙ ultimus ī quo adimitur, ꝙ in cęteris fuerat diſpoſitum uide Bal. i ꝑdicta l. 3.

c ¶ Nec ſuperius. } In priuato uero ſemper unum per aliud rumpitur: ut ſ. de iniuſt. teſtam. l. j. & ij. uel utrunque uice unius habetur: ut infrà, de ſecund. tabu. l. j. §. ſed in duobus. Azo. at codicillos plures ¹ priuatus poteſt facere: ut inſtitut. de codicillis. §. codicillos.

d ¶ Decedere.] ut & ſ. eo. titu. l. ſi miles. in fi.

e ¶ In propoſito.] i. in primo caſu legis.

f ¶ Vt ualeret. } ſcilicet prius teſtamentum, ſcilicet directo iure: quamuis uerba non portent: quia fidei commiſit hæredis.

g ¶ Cauit. } expreſſe.

h ¶ In propoſito. } i. in caſu primo.

i ¶ Magis per fideicommiſſum. } infrà, eodem. l. ſi militis. §. j. contrà, ubi utrunque directo ualet. Solut. hic miles uidetur expreſsiſſe ut priores tabulæ iure fideicom. ualerent. ſic enim dixit, fidei hæredum alioquin ſi in ſecundis non faceret mentionem priorum, utrūque ualeret directò ut ibi. nec obſtat quod ſuperius dixit, ſi hoc ſpāliter &c. quia ſubaudi ibi maximè: uel exigitur expreſsè quando uerba non portant.

K ¶ Conuertiſſe. } ergo inſtitutus in ſecundo tam hæreditatem reſtituit inſtituto in primo, quàm legata relicta in primo ſoluet, tanquàm in ſecundo relicta: & hoc ſubiicit, utrum autem totum &c.

l ¶ Ad tempus. } ſ. eo. l. in fraudem. § penul.

m ¶ Non debere. } aliud in ſubſtituto pupillo: ut ī. ad l. falcid. in l. ratione. §. quod vulgo. & vulgariter: ut infrà, de leg. j. l. licet hic autem non eſt ſubſtitutus.

TRibunus. } CASVS. Tribunus cuiuſdā cohortis militum finiuit tempus ſuum: & fuit ei miſſus ſucceſſor in tribunatu in caſtris in quibus erat cauſa militiæ: & ſciens dictus tribunus ſucceſſorē ueniſſe, fecit codicillos adhuc manens in dictis caſtris: & ibi deceſsit. modo quæritur an dicti codicilli ualeāt iure militari? Et dicitur ꝙ non: imo iure communi. unde ſi non ſint in eis ea, quæ debent eſſe in codicillis iure communi factis, non ualebunt.

¶ Cum aliquis. } Titius paganus fecit teſtamentum, non iure pone: & poſteà cępit militare: & exiſtens in militia aperuit dictum teſtamentum, & legit: & poſteà ſuo ſigillo ſignauit. certè incipit ualere dictum teſtamentum ac ſi in militia factum fuiſſet, & idem eſſet ſi poſtquā factus eſt miles, aliqd interleuit de dicto teſtamēto: uel perduxit pęnnam ſuper aliqua parte ipſius teſtamenti: uel ſi adiecit aliqd uel emēdauit. aliàs autem non ualet iure militari. Viuia.

† Fl. cęperit.

n ¶ Codicillos fecerit. } ſciens ſucceſſorē aduenisse: alioqui fortè ſecus: ut ſ. de offic. præ. l. ſi fortè.

o ¶ Deſinit. haberi. } ſic & ſimplex miles tantum dum eſt in numeris: ut infrà, eod. l. ex eo. licet antea factum duret ibi poſteā ꝑ annum: quod hic nō eſt: ut ī. l. proxi. Item facit ī. de bonos. poſ. ex teſta. mili. l. j. Sed arg. contra in aut. de ad mini. §. penul. ubi ꝑ decē dies ante deſinit præſes. ADDITIO. Dic ſecundum Bald. hic, ꝙ hic loquitur de priuilegio: ibi de iuriſdictione inter ſubditos exercenda. Et eſt ratio quare citius clauditur adminiſtratio: quia in fine officij officiales conſueuerunt eſſe nimis gratioſi: ut not. C. unde vi. l. meminerint.

p ¶ Inciderit. } ſcilicet incidendo filium, ut aperiret & legeret.

q ¶ Signauerit. } per quod probare uidetur: ut ſ. quod iuſſu. l. j. §. ſed & ſi ſerui. & ſ. quibus mod. pig. uel hypo. ſol. l. Titius. §. ſi. & ī. de codici. l. conficiuntur. §. ſi miles. Item facit ſ. de inſti. & iur. j. ius ciuile. & ī. eo. l. idēmque. in fi. & ſ communia prædi. l. ſi.

r ¶ Non pertinebit. } ut & infrà eod. l. Titius. Nec obſtat ſuprà, eo. l. in fraudem. §. teſtamentum. quia ibi miles non militans. hic paganus fuit teſtator.

QVod conſtitutum. } CASVS. Conſtitutū eſt ſ. e. l. in fraudē. §. teſtamentum. ꝙ teſtm̄ à milite militiæ tempore factum ualeat, etiam intra annum à tēpe quo miles fecit teſtamentum, miſſus eſt de militia. certè quantū ad dictā uerba conſtituti pertinet tm̄ ad eos qui de militia mitti ſolent, & nō ad illos qui deſinunt militare ſine miſsione. ſ. ſucceſſoribus acceptis. ſicut eſt præfectus & tribunus, & alij q ſine miſsione deſinunt militare: ut ēt ſ. leg. ꝑx. ī prin.

s ¶ Quod conſtitutum. } ut inſti. eo. §. & quod in caſtris & ī. eo. l. quod dicitur & C. eo. l. ex teſtamento.

t ¶ Poſt miſsionem. } cauſariā uel honeſtam. ſunt enim multa genera: ut ī. de re mili. milites §. miſsionum.

u ¶ Eius. } conſtituti.

x ¶ Mitti } id eſt remitti ſolent.

Militare

a ¶ Militare.§ id est, militię præesse. nō.n. erāt milites: ut j. de bono. posse s. ex testamen. mili. l. j. Sunt enim quidam ad pugnādū inepti, sed ad disponēdum aptitur j. de capti. l. postliminium. §. fi. Secus ergo si isti essent cōmilitones. & facit s. eo. l. tribunus. in prin. & s. q bus ex cau. maio. l. abesse.

Miles.§ CASVS. Titius filiusfamiliàs in militia existens fecit testamentum: & posteà durante militia fuit à patre emancipatus, uel in adoptionem datus, & ita capite minutus, sicque fuit ruptum testamentum suum minima capitis diminutione interueniente: & posteà durante eadē militia dixit, quoquo modo uelle ualere primum testamentum. certè ualebit ex noua uoluntate. Et idem esset, si paterfami. miles de castrensibus dūtaxat testatus se dederit arrogandum durante militia. nam quāuis per arrogationem ruptum sit dictum testamentum tamen si militia durante dicat quoquo modo quòd uelit ualere, ualebit ex noua uoluntate. si non dedit arrogandum eo tempore quo eratiam de militia missus, & sic desierat esse miles non ualebit testamentum ex noua uoluntate: ruptum enim est testamentum postquam militare desiit. h. d. cum l. seq. Viuianus.

b ¶ Si capite.§ minima capitis diminutione, ut subiicit. si autē maxima, dic ut s. de iniusto testamē. l. si q s filio exhæredato. §. sed & si quis. si autem media: tunc uide glos. instit. de capi. dimi. §. cum autem. quia ibi dicitur idem quod in minima capi. diminu. & hoc fauore militis. secus in primatis.

c ¶ Vel.§ pro id est.

d ¶ Voluntate.§ scilicet prima, quoquo modo retineat uoluntatem. ruptum enim fuerat minima capitis diminu. ut instit quibus mod. testamen. infir. §. alio. & §. non tantum. & facit institu. e. §. sed & si quis.

ros qui successoribus acceptis militare[a] desinunt, hoc priuilegiū habituros.

¶ *Testamentum militis filijfamiliàs rumpitur minima uel media capitis diminutione. h. d.*

¶ Martianus lib. 4. Instit. L. XXIII.

Miles filiusfamiliàs si capite[b] minutus fuerit, uel[c] emancipatus, uel in adoptionē datus à patre suo; testm̄ eius ualet, quasi ex uoluntate.[d]

¶ Tertylianus lib. sing. de castr. pecu. LEX XXIIII.

Idem est & si paterfamiliàs miles de castrensibus rebus dūtaxat[e] testatus, arrogandū se dederit. Si uero missus[f] iam hoc fecerit,[g]† non ualet testamentum.

¶ *Verba testamentorum militum debent seriosè esse dicta de instīone hæredis, non iocosè, aut cū quadam leuitate. h. d.*

¶ Florentinus lib. x. Instit. L. XXV.

Diuus Traianus[h] Statilio† Seuero ita rescripsit: Id priuilegium quod militantibus datū est,[i] ut quoquo mō facta ab his testaméta rata sint: sic intelligi debet, ut utique prius cōstare[k] debeat testamētum factum esse: qd & sine scriptura, & à non militātibus fieri potest. Si ergo miles de cuius bonis apud te quæritur, cōuocatis[l] ad hoc hominib' ut uolūtatem suam testaretur, ita locutus est, ut declararet quem uellet sibi hęredem esse, & cui libertatem tribuere; potest uideri sine scripto hoc modo esse testatus: & uoluntas eius rata habēda est. Cæterùm, si (ut plerunq; sermonibus fieri solet) dixit alicui, Ego te hæredem[m] facio: aut Bonamea tibi relinquo: nō oportet hoc pro testamento obseruari. Nec ullorum magis interest, quā ipsorum quibus id priuilegium datum est, eiusmodi exemplū nō admitti,[n] alioquin nondifficulter post mortem alicuius militis testes existerent, qui affirmarent se audisse dicētem aliquem, relinquere se bona sua cui uisum sit: & per hoc iudicia uera subuerterentur.†

† Fl. fecerat.

† Aliàs Catilio.

† Fl. subuertuntur.

¶ *Qualitas iuncta uerbo uel participio, dēt intelligi secūdū tps uerbi uel participij. h. d. ista solennis lex. Bar.*

¶ Marcellus lib. sing. Respons. L. XXVI.

Titius[o] priùs quàm tribunus legiōis factus esset, testamētum fecit: & posteà cinctus, manēte eodem[p] defunctus est. Quęro, an militis testamentum uideatur esse? Marcellus respondit, Testamentum quod ante tribunatum fecisset, nisi posteà quàm ab eo factum esset, dictum probaretur quod ualere uellet, ad cōmune ius pertinet. Constitutionibus enim principum, non militū testamenta,[q] sedquæ à militibus[r] facta sunt confirmantur. Sed plane fecisse testamentum eum interpretādum est, qui se uelle testamētum quod antè fecerat, ualere, aliquo modo declarauit.

¶ *Priuilegium datum militibus ut eorū testamenta ualeant intra annum missionis, habet locum in honesta missione, non ignominiosa. idem in filiofa. hoc dicit usque ad l. centurio.*

¶ Martianus† LEX XXVII.

Testamenta eorum, qui ignominiæ causa missi sunt, statim desinūt militari iure ualere: quod[s] anni spatium testamentis eorum[t] qui honestam uel causariam missionem meruerunt, tribuitur. ¶ Ius testandi de castrensi peculio, quod filiisfamilias militantibus concessum est: ad eos qui ignominiæ causa sunt missi, non pertinet: & quod hoc[u] præmij loco merentibus tributū est.

† Aliàs Macer lib. ij. militariū.

Testes rogati in militis testamēto quādoq; requiruntur.

Præmiū reportare nō debet qui, unde pœnā meretur.

h ¶ Diuus Traianus.§ de uerbo ad uerbum habes instit. eod. §. j.

i ¶ Datum est.§ ut suprà eodem. lege prima.

k ¶ Constare.§ legitimis probationibus: ut infrà eodem l. lucius.

l ¶ Conuocatis.§ sic ergo debent esse rogati testes cum nō est mortis angustia præpeditus. quod dic ut no. C eodē l. milites & facit infrà. de lega. iij. l. Pamphilę. Accursius.

m ¶ Hæredem.§ non rogando testes: nec in angustia mortis impeditus. & est sic. C. de testa. l. si.

n ¶ Non admitti.§ sic C. de rescinden uendit one. l. ratas. & institut. ad legē. falci. in principio.

Titius.§ CASVS. Titius paganus fecit testamentum, pone non iure: & posteà fuit factus tribunus legionis militum: & existens in dicta militia decessit, manente eodem testamento. quæritur utrum ualeat iure militari? Et dicitur quod non n. si dictus tribunus in militia existēs declarauit aliquo modo se uelle ualere. per constitutiones enim principum non confirmantur omnia testamenta militum, sed illa sola quæ fecerunt in militia. fecisse autē in militia, dictum testamentum dictus tribunus uidetur cū aliquo modo declarauit se uelle ualere testamentum quod ante fecerat, ut dictum est. Viuianus.

o ¶ Titius.§ paganus. nec ob. supra, eodem. l. in fraudem. §.

e Idem est. Duntaxat.§ secus fortè de aliis.

f ¶ Missus.§ id est, remissus de militia, & sic iam paganus factus.

g ¶ Hoc fecerit.§ i. dederit se arrogādū: quia rumpitur postquàm desiit militare. Accur.

Diuus Traianus.§ CASVS. Datū est s. e. l. j. priuilegiū militantibus, ut testamenta ab eis facta quoquo mō, sint rata & forma. mō pone quod quidā militans dixit alicui per ludū, ego facio te hæredē. uel relinquo tibi bona mea. nunquid habebit ille bona militis cui miles ita locutus est? Et uidet quod sic: quia uerba sunt ita larga quoquo modo facta testamenta à militibus, sint rata. dicitur tū hic quod non debet pro testamento obseruari: alioquin priuilegiū militū in eorum læsionem retorqueretur. quia post mortē alicuius militis de facili inuenirentur aliqui testes qui dicerent se audiuisse militem dicētem se relinquere bona sua ei quo dicere uellent: & per hoc subuerterentur uera militum iudicia. sed hoc mō debēt restringi dicta uerba, quoquo mō &c. ut ad minus hoc faciat miles uolens facere testamentum. debet enim uocare quoscūq; testes vult, & dēt eis dicere: ego uocaui uos ad hoc ut ultimam meam uoluntatem tester corā uobis: & postea dēt nominare corā eis hęredē, & seruū cui vult dare libertatem: & ei dare: & tunc uidebitur sine scriptura testatus esse, & erit rata eius uoluntas. Viuia.

testamentum.

p ¶ Eodem testamento.§ id est, non facto alio.

q ¶ Testamenta.§ scilicet, quælibet.

r ¶ A militibus.§ id est, in actu militiæ existentibus. & facit suprà eodem. l. idemque. in fine. & l. tribunus. in fi. & infrà, de leg. iij. l. j. §. primo.

Testamenta.§ CASVS. Titius miles fecit testamentum in militia minus solēne, cum esset sui iuris: & postea honesta uel causaria missione fuit remissus domum: & mortuus est intra annū à tēpore missionis. certè ualet testamentum iure militari: secus autē si ignominię causa missus fuisset: quia tūc nō ualeret. & quod dictum est in eo milite qui sui iuris erat tempore testaméti, idē in eo qui erat in potestate patris. Vi.

s ¶ Quod.§ id est, quia.

t ¶ Eorum.§ scilicet tantùm. nam unde debent puniri, non debēt præmium reportare: ut suprà, de negotiis gestis. l. siue hæreditaria. & facit suprà. eodem. l. quod cōstitutum. & infrà eodem. l. quod dicit. in prin. & §. j.

v ¶ Quod hoc.§ id est, quia. Accur.

Centurio

¶ Si in societatem. ¶ Titius filius meus me uiuo inchoauit societatē cum quibusdam, & post mortem meam perseuerauit in eadē societate. nūquid propter hoc uidetur se imiscere hæreditati meæ, ut oneribus hæreditariis teneatur? Et distinguitur, utrum rem cœptam in dicta societate sub patre perfecit post mortem patris: & tūc uidetur se immiscere hæreditati meæ. an nouam inchoauit, & tunc non uidetur se immiscere. Quid si seruum meum manumisit post mortem meam? certè bene uidetur se immiscuisse. Quid si dictus meus filius erat miles, & de castrensi pecu. emit à me seruos, & ego posteà eū hęredē instituo, & rogaui eū qd̄ dictos seruos manumitteret, & posteà decessi, & ipse abstinuit se ab hæreditate mea. & posteà manumisit dictos seruos, nunquid uidetur se immiscuisse hæreditati meæ? Et dicitur quòd non. nisi hoc euidenter ostendat quòd, l quasi hæres manumisit. Viuian.

[†] Fl. principiū huius legis est, Iulianus lib. 26. digesto. scripsit si pupillus.

a ¶ Idem lib. 46. ad edictū. L. XXXIX.

b ¶ Qui repudiat paternam, potest adire pupillarem hæreditatem, si habet cohæredem aliàs secus. Bartol.

c ¶ Hæreditati. ¶ sperta paterna hæreditate.

d ¶ Nam qui. ¶ quasi dicat. ex quo non uult paternam: dimittat & pupillarem, & suam, uel utranque, uel nullam. & est ad hoc infrà, ad Trebellia. l. ita. §. qui suspectam. & de cōtra tabul. sub cōditione. §. final. & de iis, quib. ut indig. l. v. §. qui principale. & de leg. præst. l. qui filium. §. omnibus. & §. non solùm. & suprà de vulga. substitutio. l. is qui.

e ¶ Oppugnauerit. ¶ spernendo hæreditatem patris.

f ¶ Consequi. ¶ ratione pupilli.

g ¶ Amplecti. ¶ si ex asse, non: quia cùm nullus adiit paternam, ergo uitiatur testamentum primum, & per consequentiam pupillare: ut suprà, de vulga. substi. l. ij. §. adeò. habebat igitur hic cohæredē, q. adiuit. Et dic extraneum non pupillum. quia tunc secus: ut ¶. de vulga. substit. l. sed & si. §. filio, quæ est contra. Et dic distinctionem, quæ est C. eo. l. quidam.

h ¶ Filius. Abstinuit. ¶ in qua erat institutus.

i ¶ Fratris. ¶ cui fuit substitutus: ut in fi. l. & hoc potuit fieri ut insti. de pupil. substi. §. non solùm.

m ¶ Obtinere. ¶ mò cùm non sit adita ex paterno, non tenet pupillare: ut ¶. de vulga. substit. l. ij. §. adeò. & ¶. l. proxi. in fi. Sol. & hic alius cum filio fuit institutus, qui adiuit. Vel dic speciale in filio abstinēte quia adhuc uidetur esse hæres, ut ¶. de fideicom. lib. l. cùm quan. §. fed. & si quis. Vel illud fauore libertatis. & sic tenebis primam. uel

n ¶ Si pupillus. ¶ aliàs Iulianus lib. xxvj. Digest. scribit. sed tūc non habetur paulò post, Iul. scribit, aliàs, si pupillus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Abstinuisset.⁊ per in integrum resti. postquàm se immiscuerat: Vel dic, ab initio se abstinuit: sed habebat cohęredem qui adiuit: uel nullum habebatur: iam dicam. Accur.
b ¶ Eum.⁊ scilicet hęredem pupilli.
c ¶ Paternis.⁊ id est patris pupilli.
d ¶ Ei.⁊ id est pupillo. Accur.
e ¶ Inclinat.⁊ scilicet Iulianus per hoc quod dicit, nisi substitutus.
f ¶ Vt putet.⁊ sed malè, ut statim subiungit.
g ¶ Substitutum.⁊ scilicet pupilli.
h ¶ Patris.⁊ pupilli.
i ¶ Subiturum.⁊ hoc ideo, quia patris uolũtate succedit. Azo.
k ¶ Notata.⁊ id est reprehensa.
l ¶ Impugnat.⁊ sententia Iuliani.
m ¶ Qui.⁊ pupillus.
n ¶ Saltem.⁊ & si partem non habeat.
o ¶ Successorẽ.⁊ sub stitutũ scilicet, quamuis pater non habeat. & hoc notat saltẽ. sed si nõ tenet paternum, quomodo tenet pupilare: ut §. de vulg. substi. l. ij. §. adeò. & §. eod. l. quæsitum. in fin? Respond. pater non habuit hunc, sed alium. uel pater nullũ alium habuit, & tenet eius testamentum, licet hic abstinuit: quia semel fuit hæres: sed per restitutionem est abstentus: unde nihilominus hæres permanet: ut §. de mino. l. & si fine. §. sed quod Papi. Vel dic quòd ab initio abstinuerit: sed nihilominus remanet hęres: ut J. de fideicõ. lib. l. cùm quasi. §. sed & si quis.
p ¶ Quis.⁊ substitutus impuberi. Accur.
q ¶ Impuberis.⁊ scilicet tantum, non patris.
r ¶ Alioquin.⁊ prędicta in extraneo instituto: alioquin &c.
s ¶ Inquit.⁊ Iuli. temperando quod dixerat. Vel dic, Marcellus, q. d. & si uerum dixisset Iulia. alia uia occurreretur eius dicto.
t ¶ Frater.⁊ testatoris., ut J. apparet, ibi, si quid &c.
v ¶ Possidebit hęreditatem.⁊ scilicet impuberis. & hoc innuit cũ posteà dicit, pupilli hæreditas implicaretur.
x ¶ Nec enim uidetur.⁊ No. non committit dolum, qui fraudẽ repellit. sic J. de leg. ij. l. cùm pater. §. Titio. & J. si qs omis. cau. testa. l. qui autẽ. §. non simpliciter. & l. mater. §. i. & §. de inoffi. testa. l. Papinianus. §. quarta. in fi. §.
y ¶ Edictum.⁊ quod coercet eos, qui omissa causa testa. possident ab intestato: ut J. si quis omissa cau. testa. l. i.
z ¶ Hæreditas.⁊ quam adiit. Accur.
a ¶ Testatoris.⁊ qui aliàs ab intestato erat habiturus bona impuberis, quia patruus. Acc. Floren.
b ¶ Cęterum. Iuam frater pupilli respondebit creditoribus paternis: alioquin non bene continuatur, nisi sic exponas. Sed hic quritur, utrum ille frater impuberis erat institutus in parte, & substitutus in alia parte, an substitutus tantum? primo casu potest paternam repudiare, & pupillarem adire: ut suprà, de vulga. substi. l. ij. §. adeò. Respondet hic institutus pro parte, & substitutus in alia: & non exponas ut dicas esse teneri creditoribus: patris, sed ita, frater testatoris existat uoluntarius, sed frater pupilli necessarius: quia quos possum &c. ut suprà, de vulgar. substi. l. sed si plures. §. j. Azo. & erit hic necessarius patri, uel etiam fratri: ut d. l. dicitur. H. sed & tunc poterit adire ex substitutione, & impetrare separationem bonorum paternorum ex æquitate prætoris: ut suprà, de vulgar. substitutio. l. si filius. & hoc dixit hic licet abstinere possit. Vel aliter intellige legem illam, ut ibi notatur. & adde distinctiõem, quam feci ad solutionem multarum legum. C. eodem. l. quidam. & suprà, eodem. l. i. & iij. & suprà, de uulga. substitut. l. sed & si. §. filio. & l. si filius. & suprà, eodem. l. quæsitum.
c ¶ Existet.⁊ patris: nec non impuberis: sed poterit abstinere à paterna si vult. ut §. de uulga. substi. l. si filius.
d ¶ Perfecerit.⁊ & tunc adire uidetur.
e ¶ Inchoauit.⁊ pest mortem patris.

† Flo. deest Iulian' scribit, pp legis principium quod supra adnotauimus.
† Fl. fuit.

tate se abstinuisset[a], deinde ei aliquis hęres extitisset, Iulianus scribit[b] non esse eũ[c] compellendum creditoribus paternis[d] respondere: nisi substitutus ei[e] fuisset[f]. Inclinat[e] enim ĩ hoc, vt putet[f] substitutum[g] etiam patris[h] onera subituru[i]. Quæ sentẽtia à Marcello rectè notata[k] est: Impugnat[l] enim vtilitatẽ pupilli, qui[m] ipse saltem[n] potest habere successorem[o]. Metu enim onerũ patris timidius qs[p] etiã impuberis[q] hęreditatẽ adhibit. Alioqn[r] (inquit[s])& si frater[t] fuerit, omissa causa testamenti ab intestato possidebit[u] hæreditatem & quidem impunè. Nec enim videtur[x] voluisse fraudare edictũ[y], qui sibi, ꝓspicit ne oneribus patris pupilli hæreditas[z] implicaret. Sed quod in fratre scripsit, credo ita intelligendũ, si nõ impuberis frater fuerit, sed testatoris[a]. Cæterùm[b], vtiq; si frater à patre fratri impuberi substitutus sit: sine dubio necessarius hæres existet[c].

¶ *Qui perseuerat in inchoatis in vita patris, se uidetur immiscere: secus, si noua inchoaret. Bartol.*

¶ Si in societate†, quã viuo prẽ inchoauerat filius, post mortẽ patris perseuerauerit: Iulianus rectè distinguit interesse, vtrum rem cœptam sub patre ꝓfecerit[d]†, an nouam inchoauerit†. Nam si qd nouum ĩ societate† inchoauit[e], non videri[f] se immiscuisse hæreditati patris scripsit.

† Fl. societatem.

¶ *Qui manumittit seruum paternum, uidetur se immiscere: secus, si seruum castrensis peculij. b. d. cum §. seq. Bar.*

¶ Si seruum paternũ filius[g] manumiserit, sine dubio miscuisse se paternæ hæreditati videbitur.

¶ Proponebatur filius à patre de castrensi peculio seruos cõparasse, eosq; à patre manumittere rogatus, cùm hæres esset ab eo institutus. quærebat, si se abstinuisset paterna hæreditate, eosq; manumisisset, an miscuisse se paternæ hęreditati videret†. Dicebamus, nisi euidenter quasi hæres manumiserit, non debere eum calumniam[h] pati, quasi se miscuerit hęreditati.

† Fl. videatur.

¶ *Per seruum hæreditarium, non potest quæri aliquid quod sit hæreditatis. Bar.*

¶ Iulianus lib. 30. Digest. LEX XLIII.

HAeres per seruum hęreditarium eiusdẽ hæreditatis partem[i] vel id quod eiusdem hęreditatis sit acquirere non potest.

¶ *Gesta per pupillũ bona fide, habentẽ rata eo p restitutionẽ non abstento. Bar.*

¶ Idẽ lib. 47. Digest. L. XLIIII.

QVoties pupillus patri hæuum.⁊ CASVS. Institui mihi Titium hæredem, & decessi. Titius iussit seruo, qui erat in hæreditate mea, ut dimidiã hæreditatis meę apprehẽderet, uel etiam equũ hęreditarium. & ita fecit seruus. certe non acquirit dicto Titio.

¶ Partem.⁊ quotam. & sic no. q; nec pars, nec res singularis hrditatis, ratione ꝓprietatis uel possessiõis, ut hic, nec tota hęreditas, nec aliquid aliud quæritur per eum: ut J. de acquir. rerum do. l. per hæreditarium. & l. hæreditas. & de acquiren. posse. l. i. §. ueteres. nec obstat. J. de acquir. pos. l. i. §. itẽ acquirimus. q; ibi impropriè dicit hæreditarius, id est, hæredis: quia iam adiuit. Sed quæ est ratio? Respõ. quia antequam adeat, non est suus: igitur per eum nõ quærit posteà quàm adiit. non quærit per hæreditarium: q; suus est factus cùm desinit esse hæreditarius. nisi impropriè quandoque. ut modò dixit. Alij dicunt rationem esse urgentem disputationem: ut Ioan. Alij dicunt quia dedignatur per comparem quæri. nã & asinus auribus intumesceret, si per comparem se uideret comprehendi. Itẽ est & alia bona ratio, quia hæreditas, in qua est institutus, non potest per alium acquiri: ut J. eod. l. per procuratorem. licet secus sit in ea, in qua seruus est institutus. Nec obstat quod dicitur in d. §. ueteres. per seruum legatum uel donatum posse quæri. nã hæc nomina uel participia designant titulos. undelicet sit factus dominus legatarius, aduc seruus legatus dicitur, & ita de cæteris. Sed hoc nomen hæreditarius legatarius designat 1 dominam, hęreditatem scilicet: unde non dicitur hæreditarius, si factus est hæredis.

Asinus ita mescit cum pecoribus uidet se cõprehendi.

, Est ramẽ domin' rei legatę: quæ est uerũ à tempore aditę hęreditatis ad l. à Titio. J. de furt. & l. si hęredis seruus. j. fi. de leg. j.

QVoties.⁊ CASVS. Filium meum pupillum mihi hæredem institui, & ei tutorem dedi. & decessi. & dictus meus filius extitit mihi hæres, & quædam prædia hęreditaria uendidit cum authoritate tutoris & bona fide Sempronio. posteà uidens tutor qd nimis erat onerosa pupillo hæreditas mea propter æs alienũ imminẽs, petit restitutionem in integrum nomine pupilli: & ea habita abstinuit ab hęreditate. & ita creditores mei acceperũt bona hæreditaria. nũquod poterunt dicti creditores recuparare dicta ꝓdia à dicto Sẽpronio? & dicitur quòd non, nec est uis utrum dictus pupillus sit soluendo ad satisfaciendum Sempronio qui emit, an non: quia semper erit Sempronius securus. Viuianus.

f ¶ Non uideri.⁊ hoc ideo, quia sui iuris factus uoluntati paruisse dici non potest: quia huic rei non assensit. ubi uerò cœptam patris iussu perficit, patris iussui parendo adire uidetur. Azo. sic aliàs refert perficiat quis cœptum an inchoet nouum: ut suprà, pro socio. l. si id quod. §. fi filius. & suprà, de admini. tuto. l. tutorem qui. & suprà, de tuto. & ra. dist. l. si posteà. & §. de negoti. gest. l. eum actum. & l. Proculus. & l. at qui natura. & l. nam & seruus. & de mino. l. iii. §. fi. & §. Scio.

† Fl. perficit.
† Fl. inchoauit.
† Fl. societatem.

g ¶ Filius.⁊ suus: secus in emãcipato: quia de iure ciuili sola uoluntate adire non potest: sed quędam solennitas in bo. pos. petenda ibi desideratur: ut C. eo. l. i. quæ est cõtra. Item secus in militeiut J. §. proximo.
h ¶ Calumniam.⁊ speciale in milite. ut §. ꝓxim. §. Vel est hoc ideo. quia primò se abstinuerat: ut ipsa litera dicit & hoc constabat: unde non est in eo speciale: imò idem est in quolibet alio. Azo. ut C. de rẽpu. hęredi. l. sicut. & facit quod no. §. l. pro hęrede. §. Põponius.

HAeres per ser-

Dolum nõ committit qui fraudẽ repellit.

a ¶ Et abstinuit.⁊ per in integrum restitutionem.
b ¶ Bona fide gesserit.⁊ uel ipse, uel eius tutor: secus si mala: ut infra, quæ in fraudem credi. pupillus & de condi. indebi. l. tutores. & l. non est notum. Accur.
c ¶ Fundum.⁊ ex hæreditate. & facit ad hanc legem infra, de bo. autho. iud. pos. l. si non expedierit. §. j. & suprà, de minor. l. in integrum. & l. si mulier.

A Ditio hæreditatis.⁊ CASVS. Hæc l. ponit unam regulam, ad quam ponit siue subiicit tria exempla, & in fine respondet tacitæ obiectioni, quæ posset fieri contra regulam. Regula autem est talis. Aditio hæreditatis non est in opera seruili. Primum exemplum regulæ est tale: Habeo seruum in dotem ab uxore mea: & sic omnia, quæ acquirit dictus seruus ex operis suis, debent ad me pertinere. Modò pone quod dictus seruus fuit institutus hæres à Seio, & adiuit hæreditatem. nunquid debet ad me pertinere dicta hæreditas, ita quòd soluto matrimonio non teneat restituere uxori meæ? an uerò tenebor ei restituere? & dicitur quòd teneor ei restituere: & hoc ideo, quia aditio hæredi. non est in opera seruili. si non est in opera seruili, ergo mihi uiro non acquiritur. Secundum exemplum regulæ est tale. Titius & Sempronius inierũt societatem inter se quæstus & compendij: & ita quicquid quilibet eorum acquirit ex operis suis, debet esse commune. Quid ergo si unus eorum institutus fuit hæres à quodam tertio, & adiuit hęreditatem? nunquid debet esse communis? & dicitur quod non, imò illius tantùm, qui fuit institutus: quia ut dicit dicta regula, aditio hæreditatis non est in opera. Tertium exemplum regulæ est tale, ego habeo usum fruct. in Sticho, & Titius proprietatem, & sic acquirit mihi dictus seruus, quicquid acquirit ex operis suis. pone ergo quod dictus seruus fuit hęres institutus à Caio. nunquid potest iussu meo adire hæreditatem dictus seruus? & dicitur quod non: quia ut dicit dicta regula, aditio hæreditatis non est in opera. Tacita autem obiectio quæ posset fieri regulæ, est talis. Pone quod ego bona fide possideo Titium liberum hominem: & ita quicquid acquirit ex opera sua, mihi acquirit: pone ergo quod Caius instituit eum hærędem propter me: nunquid possum eum iubere adire? & dicitur quod sic, & mihi acquireret; ergo uidetur quod aditio sit in opera, sed respondet iurisconsult. & dicit quod in dicto casu non uidetur mihi acquirere dictus liber homo dictam hæreditatem ex opera sua, imò ex re mea, fuit enim institutus propter me, ut dictum est: sicut acquireret mihi stipulando, & per traditionem accipiendo ex re mea, & ita non obstat dicta oppositio. Viuianus.

¶ Aditio.⁊ ponit lex ista unum, quod dicit in prinis uerbis: & illud nititur probare esse uerum tribus rationibus siue arg. siue exemplis. quartò inducit arg. in contrarium siue rationem: & ei respondet. Primum est illud, idcirco &c. Secundum, & cum quæstus &c. Tertium præterea &c. Quartum, & quod à quibusdam. Et ei quarto arg. in contrarium respond. cùm dicit, potest uerum esse, ut intelligatur, &c. Azo.
d ¶ Adierit.⁊ ad hec suprà solu. marit. l. si ꝓtale. & de pecu. l. hinc quæritur. §. potest. Accur.
e ¶ Ex operis.⁊ uel ex re mariti, ut C. de iure uxo. act. §. cumque. & suprà de iure dot. fi legato.
f ¶ Acquirit.⁊ ut & §. pro soc. l. cohæredi. & ll. sequentib. & l. duo. §. fin. hoc autem nisi sint socij omnium bonorum: ut in eo. tit. l. iij. §. j. uel nisi contemplatione societatis sit aliqs institutus: ut ar. J. in fi. huius legis. & no. §. pro socio. l. socium qui. & l. seq.
g ¶ Hæreditatem poterit.⁊ ut suprà eo. l. si quis mihi. in princip. & dic ut ibi not.
h ¶ Respondetur.⁊ ut J. de acquire. do. l. liber homo.

i ¶ Propter me.⁊ quod præsumitur si dicat illum seruum illius: ut C. eo. l. cùm aliquis.
K ¶ Non opera.⁊ quia liber homo est.
l ¶ Sed ex re mea.⁊ sic. J. de acquir. rerum do. l. liber homo. & suprà, de uulg. substi. l. sed si plures. §. in arrogato. & facit insti. per quas per so. §. item nobis acquiritur quod serui. & qd ibi nota. & dicta lege, liber homo. Item facit §. de usu & habi. l. per seruum.

adire hæreditatem; potest uerum esse, ut intelligatur non opera sua mihi acqrere, sed ex re mea[l]: sicut stipulando[i], & per traditionem accipiendo ex re mea, mihi acquirit.

¶ *Quæstio falsi non impedit aditionẽ eius qui suo facto est certus de uiribus testamenti. Bar.*

¶ Africanus. lib. 1. quæst. L. XLVI.

CVm falsum testamentum dicetur, si quidem ipse hæres accusetur[m]; quoniam certus esse debet[n] se falsum non fecisse rectè adibit hæreditatem. sin autem alius arguetur, citra conscientiam eius[o] non potest adire[p]; quasi dubitet uerum esse testamẽtum.

CVm falsum.⁊ CASVS. Cum Titius diceret se meum hæredem, & monstraret testamẽtum, in quo dicebat se à me institutum uenit Seius, & dixit dictum testamentũ esse falsum, & dictum Titium accusauit de falso. nunquid potest dictus Titius adire hæreditatem meam? & dicitur q; sic. certus enim debet esse se falsum testamentum prædictum non fecisse. si autem dictus Seius accusaret, & argueret Caium falsum fecisse dictum testamẽtum, citra conscientiã dicti Titij, non potest adire hæreditatẽ meã dictus Titius. potest enim dictus Titius iustè dubitare utrum sit verũ dictum testamentum, uel falsum. & sic cum dubitet, adire non potest. Viuia.

† Fl. sicut ĩ stipulando.
† Not. ex hoc tex. & gl. conscieciã uerũ esse iudicen. sic in glo. q; a Iaso. commendatur ĩ §. sed iti. col. xxv. institit. de ac. in l. semper cum in coniunctionib. de reg. iur. q; i conscienciã bonũ uirũ dicit. sicl ea eus Tho. tenuit secunda secundæ q. lxvij, arti cu. j.

¶ Iussus ꝓuocatur furore superueniente. Bartolus.

¶ Idem. lib. 4. quæst. L. XLVII.

QVi seruum suum hæredem institutum adire iusserat, priùs quàm ille adiret, furiosus ẽ factus[q]. Negauit[r] rectè seruum[s] aditurum: quoniam non nisi uoluntate domini acquiri hęreditas potest: furiosi autem uoluntas nulla est[t].

¶ *Furor superueniens nõ ꝓuocat ea quæ sunt perfecta uigore mandati, sed impedit perficienda. Bar.*

Infortiatum.

quam. & §. de iur. & facti ignor. plurimum. quandoque tamen & suum factum dicitur quis ignorare iustè: ut §. de condi. indeb. l. sed & si me. & de pact. do. l. inter. §. ij.
o ¶ Eius.⁊ s. hæredis. Accur.
p ¶ Non potest adire.⁊ s. quia ista est ignorantia alterius facti. ut infra. pro suo. l. fi. Et not. citra conscientiam: ut si probabiliter in alieno potest scire, & tunc potest adire: ut J. eo. l. Pantonius. §. rei. quæ est ar. contra. & hoc subiicit, quia dubij &c. ad quod. §. eod. l. sed & si de sua. §. cum autem. & facit §. e. l. cum quidam. in fi. & l. nec. is in prin. Sed contra. C. de edicti Hadria. tol. l. ij Sol. ibi iam adierat, cum quęstio quasi falsi fuit mota. Vel hic tractatur de aditione, quæ fit uoluntate sola, & tribuit dominium: ubi de sola possessione, quæ datur a parente scripto.

Q Vi seruum. CASVS. Titius Stichum seruum suum hæredem à Seio institutum iussit hæreditatem adire. prius autem quam Stichus adiret, furiosus effectus est dictus. certè non rectè adibit amodo Stichus. & est ratio: quia Titio non potest acquiri hæreditas, nisi sua Titij uoluntate. ipse autem est furiosus: ergo nullam habet uoluntatem. Secus autem esset, si Stichus adiuisset, uel bonorum poss. petiisset antequam Titius inciperet furere. quia tunc bene est acquisita Titio bo. poss. Item secus esset si Titius cœperit ante furere quam seruus suus Stichus peteret bono. possessio. & post petitam efficiatur sanæ mentis, & ratum habeat: quia tunc acquiritur ei Titio. & h. d. cum l. seq.
q ¶ Est factus.⁊ qui iussit, i. dominus.
r ¶ Negauit.⁊ Africanus. de se enim in tertia persona loquitur. sic no. §. fol. matri. l. diuortio.
s ¶ Seruum.⁊ alienum infra eodem lege, cum hęres. in princip.
t ¶ Nulla est.⁊ ut infra de regulis iuris. l. furiosi. sed aliquando tacita in eo dicitur uoluntas esse: ut supra soluto matrimo. l. secunda §. uoluntatem. & supra de iis qui sunt sui vel alien. iur. l. patre. & facit infra. l. proxima. & l. si per epistolam. & supra eodem. l. si quis mihi bona. §. fin. Accursius.

ADDITIO. Dic q; ista iura hic allegata loquuntur in retinendo: hic loquitur in acquirendo de nouo. Vel dic melius q; in dicto §. uoluntatem. si sanæ mentis esset, non posset contradicere. In l. patre non sufficit uoluntatem cessare: imò requiritur expressus dissensus: ut §. de diuortis per totum. furiosus autem non dissentit: quia uoluntatẽ non habet, secundum Bartolum hic.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a SI quis alicui.⁊ filio uel seruo institutis:ut ʒ.eo.l. si quis mihi bona §.iussum, Vel dic procuratoris:ut J.de bo.poss.l iij.§. acquire re.in aditione secuti:ut J.eo.l.placet.
b ¶ Si existimauerit.⁊ bene enim potest sic mandari:ut J.eo.l.cum qui.§.i.& ʒ.eo.l.si quis mihi bona.§.pater.
c Sibi.⁊ mandanti. Accursius.
d ¶ Acquisita.⁊ retinet enim eam quartam, quæ iuris est: sicut eam quæ facti est: ut J.de ulucap. l. nunquam. §. seruus. & infrà.de acquiren.posses. l.fi is.nam & matrimonium: ut supra, de iis qui sunt sui uel alie.iu. l.patre.
e ¶ Ille.⁊ filius uel seruus, uel similes.
f ¶ Acquisitam.⁊ sicut ergo morte reuocatur mandatum petendæ bonorũ posses. ut infra rem ratam habe.l.si is.& infrà eod.l. si per epistolam. & sicut per pœnitentiam. suprà eo. l. si quis mihi bona.§ fina sic per furorem:ut hic, & supra l.proxi. Non ergo ob. supra, de condictio. indeb l.indebitam. quia ibi nõ fuit mandatum reuocatũ expresse uel tacite.
g ¶ Confirmari.⁊ per furiosum factũ sanæ mẽtis:vt C.de curatu. furiosi. l. fin. §. tali. & intra tempora petendæ bonorum possessionis:ut infra rem ratam habe.l.bonorũ.in princip. quæ tamen tempora cum sint utilia, furioso non cedunt: ut infra de bonorum possessio.infan. fur. con.l. j.in princip. & facit in

† Fl.dicendum nõ est

¶ Paulus.li.1.manualium. L. XLVIII.

SI quis alicui [a] mandauerit, vt si existimauerit [b], peteret sibi [c] bonorum possessionem; & posteà quàm ille petiit, furere cœperit; nihilominus acquisita [d] est ei bonorum possessio. Quòd si antè quàm ille [e] petat, is qui mãdauit petendam, furere cœperit; dicendum est, non esse † statim ei acquisitam [f] bonorum possessionem. Igitur bonorum possessionis petitio ratihabitione debet confirmari [g].

¶ *Tutor qui non gerit, sed qui gererr potest, authorari potest. Bar.*

¶ Africanus li 4.quæstionum. L. XLIX.

PVpillum etiam eo tutore authore, qui tutelam non gerit, hæreditatem adeundo obligari ait [h].

¶ *Morte tutoris reuocatur mandatum factum ab.eo.Bar.uel sic: Epistola de adeũda hæreditate à tutore scripta, non habet effectum, si tutor moritur ante aditam hæreditatem.*

¶ Modestinus.li.singu.de Eurematicis. LEX. L.

SI per epistolam seruo pupilli tutor hæreditatem adire iusserit; si post subscriptam epistolam tutor moriatur antè quàm ex epistola seruus adiret; nemo dubitat an ius hæreditatis ad pupillum transeat. Sed & si quis ita dixerit: Si solum hæreditas est, adeo hæreditatem, nulla aditio est [u].

P Vpillum.⁊ CASVS. Titius pupillus habens duos tutores, quorum unus administrabat, alius non, fuit hæres institutus à Seio: & eam hæreditatem adiuit cum authoritate illius tutoris, qui non administrabat. nunquid obligatur hereditati? & dicitur quod sic quamuis enim dictus tutor non administraret, tamen non erat ei interdicta administratio.
h ¶ Obligari ait.⁊ contra supra, de author. tut. & si pluribus. Sed ibi non fuit concessa, id est denegata: hic autem concessa fuerat, licet non gereret: uel si non fuerat concessa. non tamen denegata. Azo. & facit ad legem illam infrà, de solu. l. quòd si fortè. §. primo. & C. de iure deliberand. l. potuit. & supra eodem l. more. & l. pupillus. & insti. de autho. tut. §. neque. & supra de autho. præstan. l. obligari. §. antepenul. Accursius.

O I per epistolam.⁊ CASVS. Titius pupillus habebat seruum & habebat tutorem Seium. dictus seruus fuit institutus hæres a Caio: & dictus tutor absens misit epistolam dicto seruo, in qua iussit ei ut adiret hæreditatem dicti Caii: & in fine epistolæ subscripsit dictus tutor nomen suum, & postea decessit dictus tutor antequam seruus adiret ex epistola. & postea seruus adiuit. nunquid obligatur dictus pupillus dictæ hæreditati? & dicitur quod non. & hoc dicit. Vinianus.
i ¶ Hæreditati.⁊ quia uoluntas quæ fuerat deficit: ut supra eodem. l. qui seruum. & l. si quis mihi bona §. fina & infra rem ratam habe. l. si is. si ergo non defecisset, teneret aditio: ut hic dicit. & sic est contra, supra de autho. præstan. l. obligari. §. tutor. & instit. de authori. tuto. §. tutor. ubi dicit. quòd præsens debet esse: sed illud cùm pupillus contrahit cum alio, hic quasi contrahit. Vel ibi authoratur pupillo, hic iubet seruo: & sic iussus inter absentes: ut ʒ.e.l. si quis mihi bona. §. iussum. Item hoc quando pupillus est infans alias & ipse deberet iubere: ut C.eo.l.potuit. Accursius.

H Vm qui.⁊ CASVS. Titius fecit testamentum, & instituit sibi hæredem Seium. postea fecit aliud testamentum, & instituit sibi eundem Seium. dubitat autem dictus Seius an posterius testamentum sit falsum, uel non. Nunquid ex aliquo dictorum testamentorum potest adir- hæreditatem? & dicitur q̃ non. non enim potest dubitare de secundo, quin dubitet an primum ualeat.
¶ Filiusfamilias.⁊ Titius filius meus Imolæ existens fuit hæres institutus a Seio, ipse autem filius meus misit literas mihi Bononiæ existenti, in quibus continebatur q̃ sibi filio uidebatur esse soluendo hæreditas dicti Titij. & ideo uolebat adire, si mihi placebat. ego autem rescripsi ei, q̃ quidam renunciabant mihi dictam hæreditatem non esse soluendo, & ita scripsi ei, q̃ ipse deberet diligentius explorare an dicta hæreditas esset soluendo, & ita adiret eam si idoneam comperisset. filius autem meus prædictis meis literis acceptis hæreditatẽ adiuit, non explorando, aliter nunquid obligatur hereditati me patrẽ? & dicitur quòd non. Sed quid si ita dixisset dictus filius in adeundo: adeo hæreditatem, si soluendo est. nunquid ualet aditio? Et dicitur quòd non. actus enim legitimi non recipiunt conditionem. Vinianus.

† Fl. num.
† Flo. scriptus.
† Fl. deest familias.
† Fl. deest sed.
† Fl. dicetur

K ¶ Eum qui duobus testamentis.⁊ diuersis temporibus factis.
l ¶ Ex neutro.⁊ ex ultimo non: quia dubitat an falsum sit. ex primo non: quia cum dubitat an ultimum sit uerum, ergo dubitat an primum sit irritum: ergo an ualeat igitur adire ex eo non potest: nisi accusaretur de falso ipse: ut supra eodẽ.l. cùm falsum. & l. hæres. & l. sed & si de sua conditione. §. cur autem. & l. cùm quidam. §. finali. & l. nec is. in principio. & idem intellige, si dubitet an ultimum sit solenne uel minus solenne, quando ex neutro adire potest. quia si est solenne, primũ tollitur: ut institut. quibus mod. testa. infir. §. j. & infra, de secun. tabu. l j. in principio. alias non: ut dicto §. ex eo. nisi in duobus casibus: ut C.de testa. l. hac consultissima §. penult. & l sancimus. si autem utrũque sit solenne testamentum, nec appareat quod prius uel posterius: habebit locum quæstio mota a domino R. Azo. quam not. C.de edic. diui. Hadria. eo.l.l.fin.
m ¶ Videri sibi.⁊ filio. Accur.
n ¶ Hereditatem.⁊ sibi delatam.
o ¶ Renunciari.⁊ a quibusdam.
p ¶ Itaque.⁊ quæ pro & sic sunt uerba remissiuæ epistolæ patris: & non habeas ibi §. filius. secundum R. quod placet: uel dic itaque illatiuum. & est respon& erit ibi §. filius.
q ¶ Explorare.⁊ scripsit pater, secundum R.
r ¶ Acceptis literis.⁊ quibus pater scripserat hæreditatem uideri sibi parum idoneam. R.
s ¶ Ei.⁊ s.patri. Vel dic filio secundum eundem casum. R. ut ʒ.eo.l. si quis mihi bona. §. pater.
t ¶ Non obligasti.⁊ hereditati. id est, filius non obligauit patrem hæreditati per uerba epistolæ, uel per aditionem. uel ergo non habeas §. secundum R. uel potest uterque §. legi per se: ut dicas quòd illud itaque sit illatiuum, & incipiat ibi responsio. & uerba quæ precedunt, uideri sibi &c. sunt uerba remissiuę epistolę patris. nam hoc ipso uidetur ei mandat& permittere adire si est idonea. Vel fortè ita subiunxit quod ipse filii deberet explorare & uidere an esset idonea vel non: & ita adire, uel tũ adire: ut supra eod.l. si quis mihi bona §. pater. Sequens §. loquitur uando pater direxit epistolam quandam filio ut adiret hereditatem iusdam, quæ filio deferebatur si persuaderet sibi, id est, filio idoneam, & postea expone persuasum ei non sit, scilicet filio. Vel dixerat pater persuaderetur sibi, id est, patri. & postea expone ei, id est, patri &c differt unus ab alio, cùm non fuerit hic nisi una epistola, scilicet patris. Item plenius scripsit quàm supra. Accursius.
u ¶ Aditio est.⁊ ut infra de regulariis.l.actus.

Cum

CVm hæres.⁊ CASVS. Quantuis filius in potestate patris constitutus non possit adire sine suo iussu, ut supra.l.proxima, in fi. tamen si pater est furiosus, potest adire filius ab aliquo institutus.
¶ Qui ex parte.⁊ Institui mihi hæredem Titium pro dimidia purè, & ex alia dimidia institui eundem sub conditione, & decessi. postea Titius adiuit pro dimidia puta pendente cõditione alterius dimidię. certe ex asse hęres ẽ. sed & si decedat Titius prædictus ante dictam cõditionem existentem & postea extiterit conditio, non solum pars quam adiuit Titius pertinet ad hæredem suum, sed etiã pars cuius postea extitit conditio; nisi in cõditionalem partem habuit Titius substitutũ: quia tunc nõ existente conditione habebit eam substitutus. sed si eidem Titio dedi cohæredes, & cohæredum partes aliqua ratione defecerunt tacitè accrescunt Titio etiam inuito. & h. d. cũ tota.l.seq. Viui.

† Fl. erat.
† Fl. habebat.
† Fl. permisique ei.

Patria potestas furore nõ dissoluitur.

a ¶ Potestate.⁊ durat enim post furorem patria potestas: ut supra, de iis qui sunt sui uel alie iur. l. patre. & tamen filius erit curator patris: ut ʒ. de curat. furio. l.j. & ij.
b ¶ Manumittere.⁊ & cætera facere ut hęres. Et sic no. quędam facere filium propter defectum patris corpore uel mente. sic ʒ. de ritu nup. l.si nepos. & l.si ita. & l.si filius. & institu. de nup. §. ij. & C. de nup. l.si furiosi & C.de epis. audi. l. tam dementis. & ʒ. solu. matri. l.si cum dotem. §. necnon. & de procur. l.si filius in prin. & inf. de iniur. l. sed si unius §. filio. Item an pater sit hæres: quod uidetur per l. istam. Sed quomodo posset filius manumittere? nõ potes dicere ut curator ut inf. de manu. l. seruum. Dicas ergo non fieri patrem hæredẽ: ut C. de cura. furio. l.fi. §. tali. Sed ex priuilegio fieri hæredem filium ac si esset sui iuris, ut hic dicit. & sic de iure communi manumittere. uel si dicas patrem fieri hæredem, est arg. C.de cur. furio. l.fi. §. si autem. & ex priuilegio manumittit seruum patris.
c ¶ Solus.⁊ accipe ex asse &c.
d ¶ Omnino. J existat uel deficiat conditio alterius partis, ne inuitatur decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus: ut insti. de ęredi. insti. §. non autem. ergo bonum est expectare conditionem cũ in omni euentu sit etiam illam partem habiturus: ut ar. ʒ. de hæ. inst. l.fi quis ita scripserit Titius. & l.si quis ita scripserit hęredem. & ʒ. ad Vel. l. aliquãdo. §. fi. & inf. eo. l.fi quis hæres ita. & ʒ. de iniusto rest. l. nam & fi. in princip. & de lib. & posthu. l. posthuma. & de condi. inde. l. Iulianus. §. j ij. respon. Sed arg. contra in eadem l. §. i. & ʒ. fi cer. pet. l. pecuniam. & inf. quando di. leg. ce l. huius. & de uerbo. obli. l. in illa stipulatione si calend. §. liberis.

ADDITIO. Respondeo ad d l huius. & dic secundum Dy. q̃ ibi expectatio potest impedire transmissionem, & ideo aliquid operatur, hic non Ad l. in illa stipula. si calendis. dic quod ibi expectatio affert debitori cõmodum dilationis: hic expectare nihil operatur. Nec obstat l. aliquando ʒ. ad Velle. quia ibi reprobatur tota obligationis substantia: vt l.si mulier. §. fi. supra eod. ritu. ad Velleia. Bar.
e ¶ In conditionalem.⁊ quo casu expectatur defectus conditionis. & sic est pro opinione Io. & nostra in quæstione, quam f. cimus supra si pars hæredi. pet. l. secunda. & facit sup. a eodem. l. prima & ii. & J. l. proxi. in fin.
f QVi ex duabus.⁊ dic secundum R & Azo. quod in dimidia puta in alia dimidia sub conditione fuit institutus: & in eius defectum datus substitutus: ut ʒ. l. proxi. in fin. Vel potest dici secundum eosdem q̃ in tertia purè, in alia tertia sub conditione: in alia fuit datus cohæres: ut suprà, de hæred. institu. l liber homo. §. fi ita j. respon. Si autem poneres eundem purè in parte, & sub condi. in alia parte: & nullo dato cohæredẽ. vel substituto tunc obtinet supra, l. proxi. §. fina. sed secundum hoc quomodo transmitteretur ad hæredem, cum conditio non extiterit: uiuente instituto vt supra, de hæredi. insti. l. liber homo. §. si ita ij. respon. & infra, de suis & l. giti. hæredib. l. fi ex pluribus. in fi. Respond. non succedit hic hæres hæredis ratione conditionis quæ extitit post mortem instituti, sed cum ipse iam fit hæres pro parte adita, & esse uelit, nõ potest testator decedere pro parte intestatus, & pro parte testatus. ac si dicat, magis iure accrescẽdi, quam iure succedendi per eandem l. fi ex pluribus j. respon. Sed H. dixit hic quod nec cohęredem nec substitutum habeatur non obstent dicta iura. Et quod dicit hic conditio extitit, subaudi maximeue obstit ʒ. eo. l. proxi.
g ¶ Ea quoq; pars.⁊ eiusdem hæreditatis: quia imitatur ius accrescendi: ut J. de suis & legi. hæred. l. si ex pluribus. §. fi. Azo. secus in alia hereditate ex eodem testamento. ut ʒ. de uulga. substi. l. qui ex pluribus. §. fin. secũdum R & Azo. & secundum hunc casum facit ʒ. eo. l. si quis hæres. in prin. Item facit J. proxim. §
h ¶ Inuito.⁊ hoc qũ repudiantes sunt extranei, aliàs secus: ut inf. l. proxi. secundum quosdã. Vel dic idem in omnibus & facit C. de impub. & aliis substi. l. test. imẽto. & quãdo nõ pe. par. l. i. & inf. de bo. pos. l. iii. §. fina. & l. seq. & suprà, eod. l hæredi cum. & supra eo. l. i. & secunda. C. de cad. tol. §. his ita. & de iure delibe. l. quidam. Accursius.

H Aeres quandocũque. CASVS. Dicitur ʒ. de hæred. instit. l. si seruus alienus. q̃ seruus alienus pot hæres ab alio institui. pone ergo quod institui mihi hęredem Titium & decessi antè quam autem ipse adiret hæreditatem meã, seruus hæreditatis fuit a Sempronio institutus hæres: & postea post aliquod Tempus Titius prædictus adiuit. certè habebit idem Titius non solùm meam hæreditatem, sed etiam illam hæreditatem, in qua fuit institutus seruus hæreditarius: quia ex quo semel adiuit Titius hæreditatem meam, intelligitur adiuisse tempore quo decessit: & ita intelligitur fuisse suus dictus seruus hæreditarius statim cum decessi ego testator. Vinianus.
i ¶ Hæres quandocunque.⁊ alias quandocunque, alias quandoque: & dic vel prope mortem, vel diu post. Accursius.
k ¶ Intelligitur.⁊ id est fingitur, sed rei veritas est ex quo adit: vt inf. de stipula. seruorũ. l. fi ex re. §. fi. & de leg. j. l. fi tibi homo. §. cũ seruus. Sed hæc fictio non semper locũ habet: & ideo J. de regu. iur. l. omnia appositi ferè. nam fallit in multis: vt infra, de stipula. seruorũ. l. fi seruus hæreditarius. & l. vsufructuarius. & de acquirend. re. domi. l in eo quod & J. de furt. l. a Titio & de acquiren. rerum domin. l. hæreditas. & J. de vsucapioni l. fin. & de iureiuran. l. j. §. Labeo. & ʒ. de pecu. l licet. in fi. j. respon. & J. de crimi. expi hære. l. ij. & facit inf. ad Syllania l. fi ex hæredatus.

Marcianus lib. ij. Regularũ. alias paterna. & ad intel. l. hu. l. uid. Ceraf. in l. testamento. nu. 31. C. de impub.

CVm hæreditate.⁊ CASVS. Titius instituit sibi hæredes filium suum Seium, & Caium extraneum pone, uel nõ extraneum non curo, quemlibet pro dimidia, & decessit: postea Caius adiuit hæreditatem pro sua parte: & postea Seius abstinuit se a sua parte. certè conditio siue electio datur dicto Caio, vt aut agnoscat totam hæreditatem aut dimittat eam totam: & hoc ad postulationem creditorum hæreditariorum. & ita dictus Caius qui adiuerat pro sua parte (vt dictum est) potest se abstinere a dicta sua parte propter Seiũ suum cohæredem: qui Seius abstinuit se a sua parte, ut dictum est: qui Caius per suam personam non poterit se abstinere. Sed quid si dictus Caius eligat illa partem ut abstineat se a tota hæreditate, & creditores hæreditarii dicant se esse cõtentos sua sola portione, scilicet Caii? certe tunc non defertur eidem Caio dicta conditio siue electio, scilicet ut abstineat se a tota hæreditate, aut nihil habeat: imò necesse est q̃ retineat partem suam, quam adiuit & pro ea respondeat creditoribus. & ab hoc exonerari non potest idem Caius. & in eo casu dicti creditores debent se abstinere de conueniendo Caium pro parte Seii, a qua ipse Seius abstinuit: ut dictum est. Item in eodem casu dabuntur creditoribus actiones eius solius partis Caii, quam adiuit ipse Caius, ei Caio, id est contra eũ Caium, qui conuenitur a dictis creditoribus. Sed quid si Caius qui adiuit pro sua parte, decessit, antè quã Seius repudiaret suam partem, & postea Seius eam repudiauit? certè illa conditio siue electio danda est hæredi dicti Caii, quæ ipsi Caio deferretur si uiueret, scilicet ut aut tota hæreditate recedat, aut totam habeat.

† Fl. excitetur.
† Flo. excipit.

Universidad de Deusto

habeat, & h.d.cum l.sig. Vinianus.

a ¶ Necessarius. ‡ idem intelligit Ioan. in omni hærede repudiante. Azo.

b ¶ Conditio. ‡ id est electio. Accur.

c ¶ Totam. ‡ hæreditatem. Accur.

d ¶ No poterat. ‡ ut C. de cop. hæredit. illicita. Et nc. hic, q̃ nõ possum per me, possũ per aliũ: ut §. quemad. ser. am. l. si cõem. & ff. de decur. l. decurio. & §. de liberis & posthu. l. fi. & de pigno. act. l. si pignore. §. ũ prædo. & inf. de acceptila. l. & p iusiurandũ. §. fi fideiuf iori. & inf. de lib. leg. l. si is qui duos. Ar. cõtra inf. de bonis lib. l. qui in seruitutẽ. & inf. ad Trebel. l. antepenul. & §. titu. l. i. fi certarum. §. i. & hæc not. §. quæ res pigno. obli. pof. l. Aristo. Accur.

e ¶ Eius portione ‡ §. qui adiuit, & nunc uellet dimittere. §. ut pro dimidia dumtaxat parte eum conueniant creditores: subaudi possunt hoc facere, qa tũc scilicet nõ potest. Vel sub. dicendum est tunc, quia non potest &c.

f ¶ Exonerari. ‡ par te adita a se. Accur.

g ¶ Conditio. ‡ hic autẽ cũ creditores dicunt se cõtentos eius portione, nõ deseritur ei conditio prædicta: & ideo non exoneratur in totum. Azo.

h ¶ Et alterius. ‡ qui se abstinuit, scilicet ut p ea iste qui nõ adiuit nõ conueniatur. Acc.

i ¶ Vt eius actiones ‡ §. qui se abstinuit. Vel dic eius partis scilicet non aditæ, actiones &c. q.d pars non adita detur adeuntiꝗ suam. Vel dic detur, id est remittatur. & ita emolumentum habebit iste in totũ: sed pro parte à se adita tantum sentiat onus. Posset tamen satis dici q̃ portio illius qui se abstinuit, applicari debuit creditoribus isto casu. & expones vt eius actiones &c. id est eius portionis, quàm habet ex sua persona qui adiuit, si ei, id est, item qui conuenitur nunc a creditoribus, dentur. eius portionis dico duntaxat. ‡ Nec obstat ‡. de reg. iur. l. ius nostrum. quia dico hunc esse hæredem in solidum: sed portio eius qui non adiit, debet cedere creditoribus, cum creditores hoc velint, & velint esse contẽti conuenire eũ pro sua portione tantum. & facit infrà l. proxi. & C. eo. l. quidam. Sed eõtrà §. eo. l. qui ex duabus. §. qui semel. Solu. hic in suo qui non abstinet, nisi per priuilegium prętoris: vt infrà l. necessariis. quod non debet dari in alterius ‡ iniuriam: vt C. de eman. l. nec auus. at extraneus iure communi repudiat. hoc nõ placet. Dic ergo q̃ ibi inuitus accepit: nisi scilicet velit aliam partem dimittere. sic soluitur. C. de impu & aliis substi. l. restamento. & C. de cadu. tollen. l. vnica. §. his ita. & §. eod. l. j. & C. de repu. hære. l. iii. Item non ob. §. eo. l. fi duo.

K ¶ Lis. Conditio. ‡ id est electio.

l ¶ Et ipsi. ‡ §. vt hæres eius propter cohęredem abstinentem se abstinere possit: vt §. l. proxi. vbi plenè not.

Necessariis. ‡ CASVS. Institui mihi hæredem Titium & Seium meos filios, & decessi. certè quamuis creditoribus hæreditariis iure ciuili teneantur dictus Titius & Seius, tamen si velint se a mea hæreditate abstinere, prætor permittit eis, & tunc non agent contra eos creditores hæreditarij. & hæc sunt vera, siue erant impuberes dictus Titius & Seius, siue puberes, minores tamen xxv annis. est tamẽ differentia inter impuberes minores xiiij. an. & minores xxv. quia dicti impuberes habent abstinendi facultatem etiam si se immiscuerint hæreditati. prædicti autem puberes ita demum habẽt a prætore abstinendi facultatem, si se hæreditati non immiscuerint: succurritur tamen eis ut possint se abstinere ex edicto de minoribus, scilicet si probent hæreditatem esse damnosam. nã & extranei puberes haberẽt super hoc in inte. restitu. illud autẽ quod dictũ est in suis & necessariis hæredibus, non habet locum in necessariis tantũ, id est in seruis hęre

necessarius[a] hæres se abstinet, cõditio[b] cohæredi siue suo, siue extraneo deferẽ, ut aut totã[c] agnoscat, aut à tota recedat: & ita se abstinere potest propter alium, qui per suam personam nõ poterat; si tamen creditores dicant se cõtẽtos esse eius portiõe,[e] quã[f] nõ potest exonerari,[g] nisi deferatur conditio,[h] & alterius[h] parte abstinere se debent,[i] vt eius actiones[i] ei, qui conuenitur, dentur.

¶ Vlpianus. lib. 57. ad edictũ. L. LVI.

SIis, qui immiscuit se hæreditati, decessisset, deinde alter se abstinet; eadem conditio[k] deferenda est hæredi eius, quę & ipsi[l] quod & Marcellus ait.

¶ *Suus habet a prætore beneficium abstinendi, si se solenniter non immiscuit. sed si solenniter immiscuit, tunc secus: nisi restituat ut minor, necessarius verò hæres nullo modo abstinere se potest. hoc dicit. Bar.*

¶ Caius. lib. 23. ad edict. prouinciale. LEX LVII.

NEcessariis[m] hęredibus non solùm impuberibus, sed etiã puberibus[n] abstinẽdi se ab hęreditate proconsul[o] potestatẽ facit: vt quamuis creditoribus hęreditariis iure ciuili teneantur:[p] tamen eos actio non detur, si velint relinquere hæreditatẽ. Sed impuberibus quidem, etiam si se immiscuerint[q] hæreditati, præstat abstinendi facultatem; pubęribus[r] autẽ ita si se nõ immiscuerint.[s] Sed tamẽ & puberibus minoribus xxv. annis, Sitemerè dãnosam hęreditatem parentis appetierint, ex generali edicto, qd̃ est de minorib. xxv. an. succurrit: cum & si extranei[t] damnosam hęreditatem adierint, etiam ex ea parte edicti[u] in integrum eos restituat. ¶ Seruis autẽ necessariis hæredibus, siue puberes, siue impuberes sint, hoc non permittitur.[x]

¶ *Seruus licet habeat cohæredem extraneũ, pro sua parte est necessarius, nisi sub conditione fuerit institutus. Bart.*

¶ Paulus. lib. ij Regularũ. L. LVIII.

EX parte hæres institutus seruus, nondum[†] adita hæreditate a cohærede eius, liber & hæres fit necessarius: quia non à cohærede, sed a semetipso[y] accipit libertatẽ: nisi ita institutus fuerit, Cùm mihi quis[z] hæres erit, Stichus liber & hæres esto.

¶ *Ius accrescendi transit ad hæredem: & si est vnicum cum pupillari substitutione, trahitur ad eam ut habeat locum post aditam hæreditatem, & trahatur ad bona impuberis. Bart.*

o ¶ Proconsul. ‡ id est. prętor: vt insti. de hæ. quali. & diff. §. sed his. fic §. quod cum eo. l. i. nec est opus pro hoc adiri prætor uiuens. vt §. eo. l. ei. & facit. inf. de leg i. l. nam nec. & §. e. fi quis filiũ. §. i. Accur.

p ¶ Teneantur. ‡ facit hoc ualde pro sententia quorundã, qui dixerunt filium existẽtem in potestate statim effici suum hæredẽ & necessariũ, & statim teneri creditorib⁹ arg. Pauli. Si filius, ergo hæres. nos fatemur suum & necessarium: vt inst. de hære qual. & diffe. §. sui. sed hoc quantũ ad nomen, nõ quantum ad cõmodũ uel incõmodum, nisi se immisceat. & ita quod hic dicit, intelligi põt vt quod dicit teneanꝰ, id est teneri videãtur prima facie. quandoq; tamen libertatis fauore habeẽ, ac si statim se immiscuisset: vt inf. de fideicom. li. l. cũ quasi. §. sed & si quis. licet aliter posset. l. illa exponi: ut ibi not. pro nostra opinione est C. si ut ab hære. se absti. l. i. & secunda.

q ¶ Si se immiscuerint. ‡ sine authoritate tutorum. alioquin restitutio locum habet. Azo. licet quidam etiam tunc sine restitutione: ut no. §. eo. l. impuberibus. Accursius.

r ¶ Puberibus. ‡ curatores non habentibus: alioquin idem est quod in pupillo: ut C. de in integrum restitutione minorum. l. si curatorem.

s ¶ Non immiscuerint. ‡ alias nõ: ut §. de hæred. insti. l. iam dubitari. §. fuis & C. eo. l. sicut. nisi in casu: ut §. eo. l. hæreditate. & §. eo. l. proxi. nisi sit minor: ut subiicit.

t ¶ Extranei. ‡ genitiuus uel nominatiuus. & facit §. de mino. l. iii. §. scio. & l. ait prætor. §. sed & si hæreditatem.

u ¶ Edicti. ‡ quod est §. de min l. iii. §. scio. continebat enim edictũ plura, & inter cætera de minoribus dicebat.

x ¶ Non permittitur. ‡ §. de mino. l. ait prætor. §. non solum. contra. Sol non restituitur: quia semper hęres manet: sed restituitur, ut bona quæ acquisiuit post aditam hæreditatem, separentur, si mista sint per in integrum resti. quia minor est. si autem non sint mista, iure communi separari petit, sit minor uel maior: ut inf. de sepa. l. i. §. fi. & insti. de hære. qua. & diffe. §. i.

EX parte ‡ CASVS. Stichum seruum meũ mihi pro dimidia hæredem instituit, & Seium instituit in alia dimidia, & decessi. post ea Seius repudiauit partem suam. certè erit amodo dictus Stichus liber & hæres mihi in totum, & necessarius. Sed quomodo erit liber cum cohæres suus non adiuerit, ut dictum est? Certè non uidetur q̃ eo casu habere debeat libertatem: quia cum instituo mihi unum hæredem liberum, & seruo meo do libertatem: propter aditionem hæredis consequitur seruus libertatem. hic autem hæres liber, id est, Seius non adiuit. Sed certè prædicta non obstant: quia hoc casu ipse seruus fuit institutus, ut dictum est: quo casu accipit a se libertatem, & non a cohærede. Si autem ita dixissem, ego testator instituo mihi Seium pro dimidia: & cum mihi Seius hæres erit, Stichus liber & hæres esto, tunc repudiante Seio non esset Stichus liber & hæres. & hoc dicit. Viuianus,

y ¶ A semetipso. ‡ q.d. non ab alio: quod dic ut §. de hære. insti. l. sed si in conditione. §. fi. Accur.

z ¶ Cum mihi quis. ‡ quando oportet cohæredem primò adire hæreditatem: quia institutus est seruus sub conditione, quam primò oportet

oportet impleri: ut infrà, de condi. & demon. l. qui hære. §. fin. & §. de hæred. insti. l. ij. §. aliter atque. & l. clemens. §. fina. & l. iij. §. j. & l. enim qui soluendo. nam hæc monosyllaba cum, facit conditionem, & cãtũ quantum si ‡ vt infra, de verb. oblig. l. huius. & l. quodcunque. §. non solum. & supra, de condi. indebi. l. qui promisit. & uidetur hic intellexisse: cum quis, id est si aliquis alius à seruo: id est cohæres. nam de seruo non potest intelligi, cum de sua persona antequam sit cohæres impossibile sit impleri illam conditionem, id est quod fit hæres antequam sit cohæres: ut §. de hær. insti. l. si Titius hæres.

‡ Si, & cũ, quo differãt, Bart. in l. q. pmisit. §. de pd. in de. Alex. in l. quodcunque. §. j. in fin. de uer. obl. & not. in l. Titiæ textores. §. nihil. ‡. de leg. j.

Vi patri. ‡ CASVS. Filium meum impuberem instituì mihi hæredem pro dimidia, & Titiũ pro dimidia alia. & postea ita dixi: si filius impubes erit mihi hæres, & in pupillari ætate decesserit substituo ei Titiũ cohæredem suũ. & postea decessi, & Titius extitit mihi hæres pro sua parte, & postea impubes extitit mihi hæres pro sua parte: & in pupillari ætate decessit. nunquid dictus Titius potest prætermittere impuberis hæreditatem quam habet etiam aliunde, quàm à patre? & dicitur quod non. Sed quid si dictus Titius qui pro sua parte adiuit, decessit viuente dicto impubere, & habuit hæredem Seium, & postea decessit impubes. nunquid Seius hæres Titij erit necessarius hæres impuberis? Et dicitur quod sic. nam hæreditatis paternæ aditio obliget Titium viuentem etiam inuitum, vt dictum est, existimandum est dictam hæreditatem impuberis contingi hæreditati paternæ. & acquiri iure accrescendi cuicunque hæredi meo, qui sum pater impuberis. Seius autem prædictus hęres Titij est meus hęres per mediam personam Titij: quia hęres hæredis, testatoris est hæres: ergo accrescit ei Seio hæreditas dicti impuberis. & hoc dicit. Viuianus.

‡ Fl. necessariò.

‡ Flo. deest &.

‡ Lib. j. ex posterioribus Labeonis.

‡ Fl. & non dum.

¶ Neratius libro 2. membranarum. LEX LIX.

QVi patri hæres extitit[a], si idem filio impuberi substitutus est, non potest hęreditatem eius prętermittere[b]. Quod sic accipiendum[c] est, etiam si viuo pupillo mortuus erit, deinde pupillus impubes decesserit. Nam is, q̃ hęres extitit[d], pupillo quoque hæres necessarius[e] ‡ erit. Nã & ‡ si ipsum[f] inuitum obligat[g], coniungi eam[h] paternę[i] hæreditati, & accrescẽdi iure acquiri cuicunque patris hæredi[k] existimãdum est.

¶ *Institutus qui adit ab intestato, uideꝫ repudiare ex testamento, & facit locum substituto. Bartol.*

¶ Iabolenus. ‡ LEX LX.

FIlium emãcipatum pater solum hęredem instituerat: & si is hęres nõ esset, seruum liberũ & hęredem esse iusserat. filius, tanquam pater demens fuisset, bonorum eius possessionem[l] ab intestato petiit, & ita hæreditatem eius possedit. Labeo ait[m], si probaretur[n] sana mente patrem testamentum fecisse, filium ex testamento patri hæredem esse. Hoc falsum puto[o]. Nam filius emancipatus cùm hæreditatem testamento datam ad se pertinere noluit, continuò eam ‡ ad substitutum hæredem transmisit[p] ‡. Nec potest videri pro hærede gessisse, qui vt hæreditatem omiteret, ex alia parte edicti possessionem bonorum petat. Paulus & Proculus Labeonis sententiam improbãt, & ‡ in Iaboleni sententia sunt.

¶ *Portio abstinentis se, per restitutionẽ non accrescit cohæredi inuito. Bar.*

¶ Marcellus. ‡ LEX LXI.

¶ Item: si seruus meus ex parte hęres institutus sit purè, ex parte, sub conditione, dato scilicet cohærede[d] & iussu meo adierit: deinde eo manumisso conditio alterius[e] portionis extiterit, uerius est, non mihi esse acquisitam illam portionem, sed ipsum comitari[f]. Omnia enim paria[g] permanere debēt in id tempus, quo alterius portionis conditio extet, ut acquiratur ei,[h] cui prior portio acquisita est.[i] Ego quidem puto, & si adhuc in potestate sit, iterum adeundum esse, si conditio extiterit: & illud quod dicimus, semel adeundum in eiusdem[k] perū na locum habere, nō cum per alium[l] acquirenda est hęrediras.

¶ *Ius substitutionis non transmittitur ad hęredes. Bart.*

¶ Vlpi. li. 13. ad leg. Iul. & Pap. L. LXXX.

T Ories uidetur hæres[s] institutus etiam in causa substituti oris adisse; [m] quoties acquirere sibi possit. [n] Nam si mortuus esset,[o] ad hæredem non transferret substitutionem.[p]

¶ *Cum seruus nō capacis in totum uel in partem instituitur contemplatione suiscundum tempus ad. tē hęreditatis inspicitur. Bartolus.*

Flo. locum habet.

Voluntas nuda in aditione suffficit.

d ¶ Cohærede.¶ aliàs non expectaretur conditio: ut §. e. cum hæres. §. j. Accursius.

e ¶ Alterius.¶ in qua fuerat sub conditione instituitus. Accursius.

f ¶ Comitari.¶ contra uidebatur ex aditione enim unius partis, quā fecerat iussu meo, uidebatur & tunc alia pars mihi acquisita adueniente conditione.

g ¶ Paria.¶ in suo statu. Accur.

h ¶ Et.¶ scilicet domino.

i Acquisita est.¶ quod hic non fuit: unde altera una, alij altera pars defertur: nec obstante §. eo. l. si quis hæres. §. j. ut ibi no.

k ¶ In eiusdem persona.¶ dic q̃ siue fim instituus in asse, sive simul, siue in pluribus uicib. siue ex parte aliqua: adeundo etiam modicum uideor adire in totū, in quo sum institutus: & statim in solidum sum hæres: ut §. eodem. l. si ex asse. & l. si ego. Item si in parte purè, & in parte sub conditione, & in diem, & nullus datus cohæres, nec substitutus in defectum conditionis: & tunc idem: ut §. eodem. l. cum hęres. §. j. & his duobus casibus habet locum hæc regula: ut una additio sufficiat. si autem habeo in cōditionali parte substitutum, uel habeo cohæredem in aliqua parte, tunc secus: quia tunc est in pendētē pars illa, ut ea nūc non possit fieri hęres: ut suprà, de hęredi insti. l. liber homo. §. fi. l. 1. liber homo. §. fi ita. & supra eod. l. cum hæres. §. j. Alij contra: ut not. §. eodem. l. qui ex duabus in princ. Item habet locum hæc regula in casu sequentis legis.

l ¶ Nō cum per alium.¶ puta filium uel seruum: secus si per eum cui succedo ut hęres: ut §. de hęredi. institut. l. liber homo. §. fin. Sic ergo not. q̃ cessit sim hæres per me, uel per alium: ut hic: sic & aliàs: ut §. de uulga. subst. l. qui liberis. §. fin. & aliàs J. de oper. liber. l. cum patronus. §. j. Item potest hic esse ratio: quia quando per seruum, opus est facto, scilicet iussu, at cum per me, sufficit nuda uoluntas. Item facit ad lastam J. de contra tabu. l. si post mortem. §. si in adoptionem. & J. de bonorum possessio. l. si cum patrono. & supra eodem l. Antistius §. j.

T Ories.¶ CASVS Institui mihi hæredem Titium in sex unciis, & Seium in aliis sex: & ita posteà dixi, si Seius mihi hæres non erit, substituo ei dictum Titium. & posteà decessi: & posteà Titius adiuit hæreditatem meam pro sua parte: & posteà Seius repudiauit pro sua parte: nunquid pars Seij pertinet ad Titium sine alia aditione eo quòd substitutus fuit ei? & dicitur quòd sic, secus autem si dictus Titius decessisset antequam Seius suam repudiaret partem: nam tunc repudiante posteà Seio non transfert nec transtulit Titius ad hæredem suum substitutionem, non erat enim Titius tempore repudiationis Seij in ea causa ut acquirere sibi poruerit: quia mortuus erat, ut dictum est: & ideo nec cum noua additione hæredis Titij, nec sine additione habet hęres Titij partem Seij. & hoc uult dicere. Viuianus.

m ¶ Adisse.¶ scilicet adeundo ex sua persona: quod sufficit: ut §. eo. l. proxi. in fin.

n ¶ Possit.¶ quia est delata: & quia uiuit. nam, &c.

o ¶ Mortuus esset.¶ ante aditam hæreditatem. Item & post eo casu quando sic substituitur: quisquis mihi hæres erit: filio meo hęres esto. cæterùm si nominatim vulgariter uel pupillariter sit substitutus, tunc adita sua portione si decedat, accrescit eius hęredi iure accrescendi sicut ipsi inuito, si uiuerent: ut §. eo. l. qui patri. & l. qui ex duob. in princ. & l. cum hæres. §. fin. & l. si quis hęres. in prin. & C. de cad. tollen. l. j. §. his ita. & supra de uulga. subst. l. qui liberis. §. fina secundum Ro.

p ¶ Substitutionem.¶ id est, eam partem hæreditatis, quę sibi obuenit ex substitutione. Sed uidetur huic l. contra §. eo. l. qui patri. Solū. ibi proprio nomine hęredis expresso facta fuit substituto: hic appellatiuo, quisquis hęres. &c. R. sed secundum Io. hic in uulgari: ibi in

Universidad de Deusto
Biblioteca

pupillari substitutione ratio est, si pupillo adeunte sua paternæ iuncta est hæreditas, vnde qui habet paternam, & pupillarē adiunctam habere cogitur. Azo. sed non nego quin illa l. sic intelligatur, ut ibi nor. verum Azo quod illa l. loquitur cum tres fratres fuerunt institutiones, verum est tunc substitutionis aut tiones soli dno. Et quod dicit hic quod ad hæredem non transfert sub

¶ Aliàs. Tertius Clemen ti. 3. tit. 1. lib. & Papinianus.

† De sensu huius l. vide sort. Graec. in l. Gallus. nu. 29. de lib. & posth.

† Fl. esset. Flo. deest non.

¶ Tertilianus.] LEX LXXXI.

SI seruus eius† q capere non potest, hæres instituatur, & antè quàm iussu domini adeat hæreditatē, manumissus, alienatúsve sit, & nihil in fraudē legis factū sit, † ipse admittitur ad hæreditatem.[a] Sed & si partem capere non † possit dominus eius: cadē dicēda sunt de parte,[b] quā ille capere non potest. Nihil enim interest, de universo quæratur, quod capere non possit, an de portione.

¶ *Portio accrescit portioni, non personæ: & certè qui perdit portionem, perdit ius accrescēdi: licet nomen hēdis retineat. B.*

¶ Vlp. li. 12. ad l. Iul. & Papiā. L. LXXXII.

SI totam[c] hæreditatem, aut partem, † ex qua quis heres institutus est, tacitè rogatus sit restituere[d] apparet nihil ei debere accrescere: quiā rem nō videtur habere.

¶ *Ex testō non pōt esse hēs, q de eius uiribus dubitat, nisi sit suus, & ī seruitū sit testātis uel ex alis seruis. & qui in oēm euentū futurū se hēdem cognouerit, interim hēs*

† Fl. si totā partem: ut sit ap eam, uti ueteres usurparunt authore sex. Pompeio.

vulg. substit. l. ex facto. §. fi. contra. hic ergo nihil accrescit rogato de parte cohæredis repudiante: quia nec ipse videtur institutus, qui fidē accommodat: & hoc non prout dicit partem, sed prout totam.

VEntre. § CASVS. Ego habeus vxorem prægnantem, & filiū emancipatum, feci testamentum: & institui mihi hæredem filium prædictum: & vētrem præteriui. & decessi. nunquid ex testamento potest mihi succedere dictus meus filius antequàm posthumus præteritus nascatur? Et dicitur quòd non: quia hæreditas non deferitur ex testamento quandiu potest rumpi testa. sed tunc domū potest mihi succedere dictus meus filius, cùm certum erit posthumum non nasciturum, & ita non possepe eum rumpi testamētum. Sed quid si dictus filius decedat antequam certū sit posthumū nasciturum vel non nasciturum? Distingue. aut vxor mea habebat vacuum ventrem, aut plenum. si vacuum, & dictus filius emancipatus hoc scibat: certe hæres mihi fuisse intelligitur dictus meus filius: & sic hæredes eius habebūt hæreditatem meam. si autem hoc ignorabat dictus meus filius, non intelligitur mihi fuisse hæres. si autem habebat vxorem ex ventrem plenum, & dictus meus filius decessit antequàm certum esset posthumum nasciturum, vel non nasciturum, & postea certum fuit posthumum non nasciturum, vt quia fecit vxor mea abortum: nunquid subueniretur dicto meo filio per prætorem, vel hæres filius habeat totam hæreditatem meam? Et dicitur quòd sic: quia hæreditatem meam habiturus esset, si viuus esset tempore quo certum factum fuit posthumum non nasciturum. & idem per omnia esset, si extraneum instituissem posthumo præterito, præterquam in vno: quia extraneus decedens antequàm certum sit posthumum nasciturum vel non, transmittit aliquid de hæreditate mea ad hæredem suum, etiam si posthumus postea non nascatur. & hoc dicit in primo, respōso, & secundo, & tertio, & in quinto. si autem filū in potestate mea constituissem, & posthumum præteriissem: haberet locum primum responsum huius legis, & secundum & quartum, quod incipit, ergo si ventre &c. vsque illuc, eadem ratio &c. & est plana hæc l. Vlpianus.

† Iib. 16. Qōnū. ad Paulus.

† Fl. extero

† Fl. nacus. † Fl. fuit.

† Fl. deest uerò. † Fl. exter.

† Flo. deest dicere.

¶ Papinianus.] LEX LXXXIII.

a ¶ Ad hæreditatem] contra ī. de reg. iu. l. quod ab initio. & l. pen. Sol. hic ex benignitate illud dici non pōt interesse, per se an per aliū capiantur: vt obiijs. item e. vt ī. fi quis aliquē te. probi. l. ī. §. ī. quæ videtur huic contra & eodem modo respon. ad l. ī. de hære. instit. l. fi alienum. §. in extraneis. Sic ergo potest hic notari illud generale: qd non tenet, confirmatur. Item est ad l. ī. ī. fam supra, de hære. instit. l. non minus. & supra, eo. l. Antistius §. ī. & l. fi solus. §. ī. & infra, de legat. ij. l. fi deinor. §. fi. & inf. de ser. le. l. v. Accur.

Interdum quādoque confirmat.

b ¶ De parte. § de toto ad partem, sic §. de admi. tu. l. fi duo, in fi. & ī. pro derelicto. l. an partis Accur.

SI totam § CASVS. Instituì mihi hæredem Titiū in sex vncijs, & rogaui eum vt restitueret eas cuidam non capaci. & ipse mihi super hoc tacitam fidem accommodauit. & sic debet eas perdere, & debet eas habere fiscus: vt infrà de iure fis. nō intelligit. §. ī. & ij. & iij. & postea instituì mihi hæredem Seium in alijs sex vncijs: & postea decessi. & postea Titius adiuit hæreditatem meam pro sua parte prædicta: & postea Seius suā repudiauit. nūquid pars Seij repudiata accrescit Titio? Et dicitur quòd non quāuis enim Titius adiuerit pro sua parte, tamen eam non videtur habere, eo q fiscus potest ei auferre, vt dictum est, vnde cum fiu gatur non habere suam partem, non pōt sibi accrescere pars cohæredis. Viuia.

g ¶ Si totam. § scilicet hæreditatem: si non habes in textu.

d ¶ Restituere § nō capaci nam verbum rescitè, vitiū notat. Et nor. quòd hic non est capax, & nō datur: sed ī. l. proxi. in ij. respō. est indignus. & confiscatur. & dic vt C. de ijs, qui vt indig. ī. hæreditas. & ī. de iure fis. l. ij §. ī. & ij. & ar. ī. de uer. signi. l. aliud. & dic quòd si eius est fi iure substitutionis deferat hæreditas huic tacitè rogato: vt supra, de

alterutro. & facit ī. de vulg. substi. l. fi filius. Accur.

SI metus.] CASVS. Ego habens multos creditores institui mihi hæredem Titium, & decessi, & posteà creditores intulerunt metum Titio, & fecerūt eum adire per uim. certè debet habere Titius beneficium abstinendi. Viuianus.

a ¶ Facultas. § per beneficium edicti quod metus causa: ut ī. qd' met. causa. l. fi mulier. §. fi metu. & dic ut no. supra eod. l. 6. §. fi. contra H.

† ais, Idē lib. 30. quę sionum.

† Fl. deest, sibi.

PAntonius. § CASVS. Quidam Bononiensis nomine Pātonius Auitus fuit missus in quandam prouinciam nomine Ciliciam causa reipublicæ Bononiæ: & cum ibi esset Titius uicinus suus Bonon. instituit eum hęredem. ipse autem Pantoni. decessit in Cilicia existens antequam sciret se hæredem institutum: & ante diem pręfinitum ad petendam bonor. poss. quod est centum dierum: ut ī. de suc. edic. l. ī. §. quod dicimus. p cur. tamen suus, quem Bononiæ reliquerat, petierat bonor. poss. nomine eius. uenit hęres ipsius Pantonij, & habuit consilium cum sapientibus: & petiit ab eis vtrum posset habere ratam petitionē bono. poss. quam fecit procu. Pantonij. & ipsi rūderunt ei q non, eo q nunquam transit ad hæredem bonor. posse. nisi fuit petita à defuncto, uel rata habita per eum petitio, quam pro eo fecit procur. suus: ut ī. de bono. poss. l. ī. §. acquirere. unde ipse hæres Pantonij petiit in integrum restitutionem nomine ipsius Pantonij, eo q fuit læsus Pātonius pp absentiam reipubl. Bononiæ, ut dictū est. nunquid potest eam restitutionem impetrare? Et dī q non de stricto iure: quia sicut dictum est, Auitus decessit intra diem aditionis siue petitionis bonor. pos. & sic non habebat Pantonius tempore mortis suæ in integrum restitutionem, cùm adhuc ipso iure bono. poss. petere poterat. si non poterat ipse Panto petere in integrum restitutionem, ergo ad hæredem suum non transmisit petitionem ipsius restitutionis. Dī tū hic in fin. q de humanitate siue æquitate posit hæres Pāntonij petere in integ. rest. & sic Imperator Pius constituit in quodam alio, qui relegationis cā pro ciuitate sua erat Romæ, & Romæ decessit, ut fecit Pantonin Cilicia. & idem constituit in quodam filio, qui absens amiserat bono. poss. matris sibi delatam. nam constituit resti. in integrum habere, non habita distinctione stricti iuris prædicti.

† Fl. Pannonius.

† Fl. cōpetit.

† Fl. libro.

† Fl. & filiū & inferius restitutionem.

¶ Rei perduellionis. § Quidam putà Titius instituit sibi hæredem filium suum & decessit, & post mortem suam fuit accusatus de crimine perduellionis, i. q aliquis molitus fuit contra imperatorem. filius aūt certus erat q pater non commiserat dictum crimen. nunquid potest sibi quærere hære. patris? Et dicitur q sic, si autem non esset certus, non posset quærere: quia debet eam tunc fiscus habere.

¶ Pro hærede.] Titius ab intestato mortis fecit codicillos, & in eis petiit ab hærede suo ut manumitteret seruos matris suæ Titij, quæ mater decesserat ab intestato. Ité præcepit eidem suo hæredi, ut sibi hæredi & parentibus suis extrueret monumentum in possessione dictæ suæ matris. nunquid pp prædicta videtur dictus Titius gessisse pro hęrede in bonis matris? Et dicitur quòd sic. Viuian.

b ¶ Cognosceret. § cum ergo tempus sit vtile, ut C. qui admitt. ad bonor. poss. l. 2. qualiter ignoranti 1 incipit currere: ut ī. de iis qui non infa. l. genero. & infrà de diuer. & tempo. præscrip. l. ī. & supra de calum. l. annus. & de ædil. edic. l. cum sex? Respon. ut not. C. de restitu. mili. l. ī.

1 Quia sic in l. cū pr. §. surdo. ī. de legat. 2. Bal. in l. repudiatos. C. de fideicō. Itēigno ranti an & qū currat terminus Bal. in l. q̄diu. C. qui adm. ad bo pos.

c ¶ Bonorum possessionem. § secundum tabulas.

d ¶ Non potuerat.] ideò q cum rata habetur, perinde est ac si nunc peteretur: sed nunc neque per defunctum, neq; per hæredem peti potest: quia à defuncto non fuit rata habita: ut supra rem ratam habe. l. bonorum. & l. fi is cui. Azo. & ī. de bonor. poss. l. ī. §. acquirere. Accursius.

e ¶ Implorabat. § hæres Auiti. sic ergo officio iudicis, non actionis fure: sicut & minor: ut ī. de mino. l. quod si minor. §. ī.

f ¶ Intra diem. § ī. anni, si erat ex liberis: uel centum dierum, si extraneus: ut insti. de bono. posse. l. §. liberis. & infrà, de suc. edic. l. ī. §. largius. improprie ergo dicit additionis: id est, petitionis bonorum possessionis. Accursius.

g ¶ Obijsset § & sic non habebat in integrum restitutionem, cū ad huc ipso iure eam bono posset petere posset. igitur ad hæredem ius petendi in integrum restitutionem non transmisit: & sic stricto iure hæredes petere ex persona aui in integrum restitutionem non potest. hic petit de æquitate: quia aliter ad bonorum possessionem petēdam venire nō pōt. nec enim potuit auus ad hēdem bonorum possessionem transmittere. Azo. ut inf. 2. de bono. poss. l. iij. § acquirere. Accursius.

h ¶ Constituisse. § dicit ergo restitutionem. & sic esse contra C. de restit. minorum. l. ī. Sol. ut ibi.

† Flo. obtinendū est.

† In hunc locū uide Cicero. pro C. Rabirio & de sensu huius text. uid. Io. ign. in l. nec essarios. §. non alias n. 36. ad S. C. Silan.

† Flo. placer.

† Fl. intestato.

delatā possessionē k absens amiserat, sine respectu l eius distinctionis m restitutionem, locum habere, quod & hic n humanitatis gratia admittendum est. †

¶ *Eius, qui est suspectus de crimine læsæ maiestatis, iterim potest adiri hēditas. B.*

¶ Rei o perduellionis p † hēditatem suspensa q cognitione filius emancipatus, cui de patris innocentia liquet, potest quærere. r

¶ *Vltimam uoluntatem condendo potest quis hæreditatem adire. Bar.*

¶ Pro hęrede gessisse filium placuit, † q moriens, comperto s matrem t suam intestatā † uita decessisse, codicillis u petiit x ab hęrede suo ut maternorum bonorum seruum manumitteret, ac sibi y parentibusque suis z in possessione matris monumentum extrueret.

¶ *Ille actus, qui in extraneo inducit aditionem, in suo inducit immistionem. Bart.*

¶ Idem lib. x. Rifotū. L. LXXXV.

EVm † bonis a se patris immiscere conuenit, b qui

† ais addū tur, demū.

suspensa cognitione perduellionis.

p ¶ Rei perduellionis. § i. ac usfri. sic C. de adul. l. v. & l. quamuis. & ī. ad Sylla. l. propter ueneni. §. fin.

p ¶ Perduellionis. § id est lege Iulia maiestatis: ut infrà, de uerbo. signi. l. quos nos.

q ¶ Suspensa. § i. pendente principali causa, uel appellationis.

r ¶ Potest quærere. § non dicit q possit alienare. Item nec quod in accusatione non procedat. & sic non est cōtra C. ad l. Iul. maiest. l. pe. & fin. erit ergo hic hęres iure rim: sed debet secuta condemnatione etiam post mortem: ut infra. de hęredi. ab intest. §. per contrariū. & infra, de leg. 2. l. cum filius. §. finali. Sed contra supra eodem. l. cum falsum. ubi dicit quòd de alieno facto non sumus certi: & sic non pōt agere. Solu. hic est certus quo ad opinionem. Azo. sed Hug. dicit debere relinquere quo ad veritatem: quia dicebatur quod certa die & hora delinquerat, & certo loco. & hic filius sciebat non esse uerum, quia secum, id est cum patre alibi tunc fuerat filius. & facit ī. de don. l. post contractum. l. donationes. §. fi. & de solu. l. quòd si forte. §. quid ergo. & l. reo.

s ¶ Comperto. § sic C. eo. l. si auia. secus si ignorans: ut C. eo. l. quoniam & ī. de leg. 1. l. seruum filij §. fi quis.

t ¶ Matrem. § quondam. hæc enim citra ius & nomen hæredis nō potest facere. & ideo est hęres: ut hic, & ī. eod. l. pro hęrede. §. pen. & l. Iulianus. §. seruum. & §. proponebatur.

v ¶ Codicillis. § sui filij.

x ¶ Petiit § ī. filius.

y ¶ Sibi. § scilicet filio.

z ¶ Suis. § scilicet filijs.

EVm bonis.] CASVS. Titius abstinuit se ab hæreditate patris: & hęreditatem matris adiuit Titius: & possedit agrum paternum tanquam maternum: scilicet credens eum esse maternum. nunquid propter hoc videtur amisisse abstinendi continuum, quod habuit in bonis patris? Et dicitur quòd non. conuenens est enim eum demum bonis paternis se uideri immiscuisse, qui aliquid faciendo pro herede gerere uideretur, etiam si non esset in potestate patris. quod quidem non reperitur in casu supra posito. Sed pone quòd dictus Titius qui adiuit hęreditatem matris, ut dictum est, erat pupillus, & erat creditor matris, & ita propter aditionem confusæ fuerunt actiones suæ. & pone quòd ipse in integrum restitutus fuit ab oneribus hęreditarijs. Certè debent ei restitui dictæ actiones confusę. Viuianus.

a ¶ Eum bonis. § demum. & omnem. Azo.

b ¶ Conuenit.] id est conuenienis est intelligi se &c. quasi dicat suus hæres eo facto se immiscet, quo extraneus pro hęrede gereret. Et nor. differentiam inter adire & immiscere: ut hic, & institu. de hęre. qualis & differ. §. extraneis. quandoque tamen ponitur unum pro alio: ut infra, ad Tertullia. l. 2. §. fi bonorum. & C. de leg. hęre. l. fi

Universidad de Deusto
Biblioteca

defuncti. Accursius.
a ¶ Remoto.] si remotum esset. Accur.
b ¶ Familiæ.] i. patriæ potestatis.
c ¶ Non videtur.] quia nec extraneus pro hærede gereret vel adiret: vt §. eo. pro hærede. & l. si seruum. §. pe. sic ecõtra. j. e. l. gerit. in fi. & supra eod. l. si extraneus. §. interdum. in aliquo tamen videtur differre suus ab exneo, secundum quosdam: ut noc. §. eo. l. pro hærede. j. & 2. casu l. Accur.
d ¶ Liberandos.] per in integ. rest. quia adierant §. eod. l. necessariis.
e ¶ Confusas.] quas habebant contrà hæreditatem, vel econtra.
f ¶ Oportet.] maiori autem qui ex causa qñ que desinit habere hæreditatem, actiones restituuntur, nisi dolum adhibuit: ut j. de iis qui, ut indig. l. hæredem. & ad Sylla. l. propter. §. neptis. & suprà de hære. uel actio. uen. l. 2.

† Fl. uidetur.

GErit.] CASVS. Titius retinuit tãquã ex hæreditate matris quandam domum pignori datam matri certè pro hærede gerere uidetur in bonis maternis. & idem est si alienam rem non pignoratam matri posse dit vt hæreditariam: qa etiã ille gerere videtur pro hærede qui animo agnoscit poss. licet nihil attingat hæreditarium ut fuit in dictis duobus casib. proxime positis. Viui.

† Fl. deest, ei.

† Fl. conuenirentur.

g ¶ Datam.] defuncto ab aliquo suo debitore & hic cœpit possidere ciuiliter & naturaliter: ut j. de acquir. rerum do. l. per seruũ. Accursius.
h ¶ Qualisqualis.] Sed nonne uera: ut j. de act. & obli. l. qui à seruo? Respon. Io. non uera: ut j. si quis test. li. l. j. §. seruo. & no. j. de acquir. poss. l. fi de eo. §. j. Accursius.
i ¶ Alienam.] etiam si in ea nullum ius habuit defunctus: ut §. eo. l. si quis cetera. §. interdum. solus enim animus i sufficit qualitercunq; declaretur: ut insti. de hær. qual. & diffe. §. fi. & C. unde legi. l. nõ hoc. & §. de rei uen. l. si ager. & C. eo l. si fororí. & l. si auia. & §. eo. l. pro hærede. in prin. & §. j. Sed contra suprà eo. l. pro hęred. §. fi quid tamẽ. Sol. ut ibi. Accur. ADDITIO. Dic q nomẽ hæredis ibi accipitur pro filio, & sic gessit ibi pro hærede, hoc est, pro filio, non propriè, ut hæres, secundum Bar. hic.

i Quũ declaretur animus: uid in l. Fulcinius. §. qd fit latitare. ex qb. cau. in poss. eat. l. reprehendenda. C. de instit. & substit. sub conditiõe factis. Bal. in rub. C. d fide instru.

SI pupillus.] CASVS. Pupillus immiscuit se hæreditati patris: & creditoribus hæreditariis dedit fideiussores. posteà per in integrum restitutionẽ abstinuit se à dicta hæreditate & ita liberatus fuit à dictis creditoribus. certè & fideiusso. prædictis succurrendum est. Viuianus.
k ¶ Abstinet.] per in integ. resti. quia adiuerat cum tutore.
l ¶ Conueniatur.] ab hæreditariis creditoribus quibus eos dedit. sic §. de auctini tuto. l. 2. de procur. l. si minor. Sed contra. C. de fideiuss. mi. l. j. & 2. Sol. hic creditoribus datur in alium regressus: ibi nõ: ut ibi not. Et eodem modo solue §. de mino. l. in causæ. & de arbit. l. si pupillus. uel ut ibi. Accur.

PEr procuratorem.] CASVS. Hic in princi. est facilis: quia dicit q hæreditas iure ciuili per procuratorem acquiri non potest. Secundo dicit. Filiusfamiliàs miles instituit sibi hæredem filium suum: & filꝰ militis adiuit iussu aui sui. nunquid acquirit auo? Et dicitur quòd sic. & plana ratio est in litera. Viuian.
m ¶ Per procuratorem.] aliàs incipit Paulus, alias lex, per procuratorem. & dic generalem vel specialem. sed hoc fallit in procuratore generali Cæsaris: ut §. de offi. proc. Cæsa. l. j. §. fin. & j. de iur. fi. l. au fertur. §. pen. Item secus in bono. posset. vt j. de bono. poss. l. 3. §. acquirere. & C. man. l. si maritus. & est ratio: quia bon. poss. non cõsistit remoto ª familiæ ᵇ vinculo, pro hærede gerere videtur. † & ideo filius, qui tanquam ex bonis matris, cuius hæreditatẽ suscepit, agrũ ad hęreditatem patris pertinentem, ut maternum ignorans possedit, abstinendi consiliũ, qd̃ in bonis patris tenuit, amisisse nõ videtur. ᶜ

† et ad itl. huius l. uid. Bauer. in l. cũ filio. nu. 99. de le. i. et Duar. li. 2. disputa. ca. 27.

¶ *Minore restituto restituuntur actiones confusæ. Bart.*

¶ Pupillis, quos placuit onerib. hæreditariis esse liberandos, ᵈ confusas ᵉ actiones restitui oportet. ᶠ

¶ *Hæreditas animo aditur: licet nihil hæreditarium attingatur. Bar.*

¶ Paulus lib. j quæst. L. LXXXVII.

GErit pro hærede, qui animo agnoscit successionem, licet nihil attingat hæreditariũ. Vnde & si domum pignori datam, ᵍ sicut hæreditariam retinuit, cuius possesio qualisqualis ʰ fuit in hæreditate: pro hæreditate gerere uidetur. Idemq; est & si alienã ⁱ rẽ vt hęreditariam possedisset.

¶ *Restitutio pupilli prodest fideiussoribus eius. Bar.*

¶ Scæuola lib. 13. Quæst. L. LXXXVIII.

SI pupillus se hæreditate abstineat, ᵏ succurrendum est ei, † & fideiussoribus ab eo datis, si ex hæreditario contractu conueniãtur. ˡ †

¶ *Hęreditas non potest adiri per procuratorẽ: & mutatione personæ desinit peculium esse castrense. Bar.*

¶ Paulus lib. 12. responsorum respondit.

LEX LXXXIX.

PEr procuratorem ᵐ † hæreditatem acquiri non posse. Idẽ respondit, si iussu aui nepos prĩs, qui de castrensi peculio testamentum fecit, hæreditatẽ adiisset, acquisisse ⁿ ei ᵒ ea, de quib. pater testari potest: quia castrensia eẽ mutatione personæ desierũt. ᵖ

¶ *Abstentio facta mala fide non prodest quod præsumitur, si omnia bona patris emerit: uel per interpositam personam mercatus fuerit. b. d. secundum uerum intellectum. & est notabilis lex. Bar.*

¶ Idem lib. 15. Resp. respondit. L. XC.

SI is, qui bonis paternis se abstinuit, p suppositam personã emptoris, bona patris mercatus ᵍ probetur; perinde eum conueniri oportere à creditoribus, ʳ atq; si bonis paternis se imm iscuisset.

¶ *Non ualet aditio facta iussu patris ãne pote, qui est in potestate aui. Bar.*

¶ Idem lib. 17. Responso. L. XCI.

FIliusfamiliàs duxit uxorem ea filijs sublatis ˢ intestata decessit. filij iussu patris, non aui, adierunt hæreditatem. Quæro, an auo acquisita sit hæreditas? Paul' respondit, secundum ea quę proponerentur, nihil actum esse. ᵗ

¶ *In mandante requiritur certitudo causæ. Bar.*

¶ Idem lib. 3. sententiarum. L. XCII.

PAter quoties filio mãdat adire, certus esse debet pro parte an ex asse; & an ex institutione, in solo animo, ut hæreditatis aditio: ut instit. de hære. quali. & differ. §. fina. statim enim quòd mando de adeundo, iam adeo: & ita nihil remanet faciendum per procuratorem. Item per meam uoluntatem & animum debeo fieri hęres, non per alienam. Item secus in Treb. restitutione eadem ratione: ut infra, ad Trebel. l. qui ita. §. 1. Sed R. dixit quòd per specialem tantũ pōt adiri hęreditas, & bono. possess. peti. & hic uetet p generalem. ar. §. de mino. l. illud. §. fi tali. Sed argu. contra §. de admin. tu. l. si duo. sed certè cum bo. poss. possit rata haberi, ab eo etiam qui nullum habet mandatum, petita: magis per habẽtem generale mãdatum. Tertii etiam dicunt per generalẽ posse peti hæreditatem & bon. poss. sed quod hic dicit loquitur quando procurator meus esset institutus nomine meo quia per eum non fio hæres: ipse tamen tenetur mihi mandati si ad meum mandatum fuit institutus, & in. tutionem recepit: ut supra de hære. insti. l. quidam sed & si nõ rogaui, sed tantum fuit euidens uoluntas testantis, ut mihi quæreretur, mihi restituet: ut infra, de acquirendo rerum domi. l. liber homo. prima placet: ut nec per specialem, nec per generalẽ posim adire, nisi forte in casu quando suspendi uoluntatẽ meã in eum eo modo quo dicitur §. eod. l. si quis mihi bona. §. sed si mandaui. & l. si quis alicui. sed & sic dixit H. non posse fieri.

† Fl. uide.

n ¶ Acquisisse.] pleno iure olim: ut suprà eodem. l. placet. hodie quo ad usumfructum: ut C. de bonis quæ lib. l. penulti & finali.
o ¶ Ei.] s. auo. Accursius.
p ¶ Defierunt.] & facit C. de inoffi. test. l. fi. in fi.

SI is, qui.] CASVS. Ego habens multos creditores institui mihi hæredem filium meum, & decessi: & filius meus prædictus se ab hęreditate mea abstinuit, & cum creditores mei posiderent bona hęreditaria, per fraudem, supposuit dictus meus filius quendam qui emeret dicta bona, & sibi filio donaret. certe potest conueniri dictus filius à creditoribus, ac si se immiscuisset bonis meis. Viu.
q ¶ Mercatus.] ante abstentionem. nam posterius delictum uel factum non obligat hæreditatẽ: ut §. eo. l. si seruum. §. fi.
r ¶ A creditoribus.] imo non: ut C. de hære. l. 2. Solu. hic omnia, ibi res certas. Vel verius, hic fraudulenter: ibi non. & sic soluitur aliud contrarium infra titu. 2. l. fina. & facit ad l. istam supra, quib modis pign. uel hypo. solu. l. sicut. §. superuacuum. & C. de distra. pigno. l. & qui sub imagine. & suprà, de aucto. tu. l. pupillus. §. sed & si per interpositam. & C. quod met. cau. l. pen. & fi. & C. de natu. libe. l. 3. §. & qd̃ de subeunda.

FIliustamiliàs.] CASVS. Filius meus Titius duxit uxorem Seiam & habuit ex ea filios: & ipsa posteà intestata decessit: & filij sui adiuerunt hæreditatem eius mulieris iussu dicti mei filij eorã patris, & non meo. nunquid mihi acquirunt dictam hæreditatem? Et dicitur q non. Viuianus.
s ¶ Sublatis.] i. susceptis. sic §. de pac. dota. l. si liberis.
t ¶ Nihil actum esse.] iure ueteri. nouo autem secus uidetur: ut C. de bo. quæ lib. l. fi. & l. penulti. uel ut in auth. de hęredi. ab intestat. col. ix. Nam per illa iura non quæritur iussus, ut uidetur. & facit suprà ad Maced. l. filium. Item argu. §. de nego. gest. l. qui aliena. §. quanquam. & C. de hære. act. l. 2. Sed arg. contra infrà, de ma. uin. l. apud filium. Accursius.

PAter.] CASVS. Si filius meus institutus est hæres ab aliquo, & ego iubeo eum adire, non uadet iussus nisi ego sim certus

utrum filius sit institutus ex asse, vel ex parte, uel ex institutione, uel substitutione, vel ex testamento, uel ab intestato: & non nocet si ego sum mutus, dum tamen non caream intellectu. nam nutu substituere possum: & si scio literas, possum scribere q iubeo eũ adire. & idẽ est, si seruus meus sit institutus. sed & si ipse seruus sit mutus, iussu meo pro hęrede gerẽdo obligat me hæreditati. Viuian.
a ¶ Existat.] i. existere posit alicui. Sed uidetur contra. §. eod. l. si quis mihi bona. §. sed si mandauit. & l. si quis extraneus. §. scien-dum. cõtrà. Sed distingue, per te, an per aliũ quæratur hæreditas. Azo. Vel dic ut ibi.
b ¶ Mutus pater, vel dominus.] Nota q duo nomina disiunctiuè posita, uerbo singularis numeri pluraliter copulantur.

Fl. qd̃ facile explicari posit.

c ¶ Non careat.] pater uel dominus. si autem pater careret, habet locum quod dicitur §. eo. l. cum hæres. in princi. si autem dominus. tunc habet locum quod dicitur §. eo. l. qui seruum. & C. de cur. fur. l. fina. §. talis. & argu. §. eo. si quis alicui. Item quidam referunt careat, ad filiũ, vel ad seruum, quod non potest stare, cum de eis cœpit pluraliter loqui. Item facit suprà eodem, l. Antistius. §. fin.

† De sensu huius l. vide Vbert. Zucha. in l. j. C. qui admitti. n. 50.

d ¶ Vt ei.] patri, uel domino.
e ¶ Eius.] scilicet hæreditatis.
f ¶ Scientia.] quæ ei in loquendo non est.
g ¶ Literarum.] scribendarũ. Et no. ubi uoce non est opus, nutus interuenit: vt j. de reg. iur. l. vbi. & j. de acti. & obli. l. consensu. Item facit §. eo. si per epistolam. Azo.

Nutus interuenit vbi voce nõ est opus.

h ¶ Mutus.] facit instit. de hære. qual. & dif. §. fi. & §. eo. l. mutum.

QVi superstitis.] Casus in hac lege vsq; ad legem Clodius, est talis. Repudiaui hæreditatem Titij uiuẽtis: & posteà decessit dictus Titius, & instituit me hæredem. nunquid possum adire hæreditatem eius de iure ciuili, vel bo. pos. petere de iure prætorio? Et dicit q sic, quia repudiaui illud quod mihi non competebat. Et scias q recusatio hæredis pōt fieri non tm̃ uerbis, sed et re: puta abiiciendo à me res hæreditatis. Sed quid si ego qui gessi pro hærede, existimabã me esse pupillum, cum essem pubes, & ita errabam in ætate mea? Certe nihilominus ero hæres. Viuianus.
i ¶ Qui.] ut ecce si repudio hæreditatem Titij qui est uiuus. na post mortem potero effici hæres vel de iure ciuili, uel de iure prætorio.
K Superstitis.] pro certo. idem si dubitetur: ut §. eod. l. is qui hæres. §. fi quis & C. de capt. l. nec nos. Sed contra. C. de bon. liber. l. fin. Solu. ibi tacitè. nam expressè non posset: ut j. de bon. liber. l. Paulus. §. patroni. Item contrà. infrà de do. l. quidam. §. fina. Solut. ibi delinquendo.
l ¶ Repudiat.] idem si pactum faciat: ut C. de inoffi. testam. l. fi qñ. & C. de pact. l. pactum. & l. fi. & C. de colla. l. pactum. Idem si iuret: ut C. de leg. & senatuscon. l. non dubiũ. Et not. eundem uenire contrà ubi non tenet, quod fit. sic j. de opt. leg. l. homine. & j. ad Tertul. l. fil. j. §. j. Item not. de pac. futuræ successionis. Item no. non posse repudiari quæ non possunt peti. sic j. de leg. 2. l. si ita scriptum. §. fi sub condõne, & j. de suc. edi. l. j. §. decretalis.

Repudiari non pñt q peti n possint.

m ¶ Recusari. Verbis.] solis, cum quibus præsumo talem voluntatem qualem uerba declarant: ut j. de supel. leg. l. Labeo. §. idẽ Tubero.
n ¶ Re.] & uerbis, rem à se abdicando. sed et sine uerbis talia potest ostendere per quæ apparet eum nolle. ut instit. de hære. quali. & dif. §. fin. nam nihil refert re uel uerbis aliquid fiat sic §. de legi. & senatuscon. l. de quibus, & j. rem ratam habe. l. Paulus. respon. Item facit, C. de condi. inde. l. indebitum. & facit ad Treb. l. restituta. Item facit j. pro socio. l. 4. j. resp.
o ¶ Alio quouis.] aliàs aliquouis, aliàs, alio quouis.
p ¶ Vi se pupillum.] Nota qui putat se mihi lagere, tamen tenet quod agit. facit §. eo. l. sed & si de sua. Accur.

CLodius.] CASVS. Quidam nomine Clodius fecit de iure testamentum. & instituit in eo sibi hæredem Titium: & postea fecit non de iure aliud testamentum: & instituit sibi eundem Titium: & decessit. Titius cum putaret uelere secundum testamentum: ex eo hærede gessit; quò minus hæres existat, nihil error ei talis nocebit.

¶ *Qui adit ex posteriori testamento inuitido p iuris errorem, uidetur ex primo repudiare, secundum Papinianum. sed Paulus contra. Bar.*

¶ Paulus li. 3. Decretorum. L. XCVI.

CLodius Clodianꝰ facto pri testamento: q posteà eundẽ hæredem in alio testamento iutiliter facto instituerat. scriptus hæres cùm posterius putaret uelere, ex eo adire hęreditatẽ uoluit: sed posteà hoc inutile repertum est. Papinianus putabat, r repudiasse eum ex priore hęreditatem, ex posteriore autem non posse adiri. Dicebam ˢ non repudiare eum, qui putaret posterius uelere. Pronunciauit ᵗ Clodianum intestatum ᵘ decessisse.

Post abstentionem cohæredum, alius se implicans uniuersæ hæreditati, uniuersis oneribus tenetur. Bar.

¶ Scæuola lib. 26. Digesto. L. XCVII.

QVę neptis suę nomine, quã ex Seia ˣ habebat, Sempronio tot dotis nomine sponderat, ʸ & pro usuris in exhibitionem ᶻ certam summam præstabat: decessit relicta Seia filia, & alijs hęredibus, cum quibus

a ¶ Existat.] s. eo. l. sed & si de sua. Accur.
b ¶ Mutus.] facit instit. de hære. qual. & dif. §. fi. & §. eo. l. mutum.
c ¶ Pronunciauit.] iudex huius causæ. Accur.
v ¶ Intestatum.] ergo uidetur iudicasse secundum Papi. vnde dicit quod male pronunciauit: quia per inutile: non infirmatur utile: ut ff. quib. mod. test. infir. §. ex eo. & C. de testa. l. hac consultissima. §. fi q & dicta l. qui fideicommissum. quæ sunt contra. Vel dic q bene pronunciauit. sed non quia non posit: adiri sed quod scriptus hæres in priori testamento priusquàm ex primo adiret decesserit secundũ Io. & sic sunt dictæ leges contrariæ. & facit j. de iis qui. ut indig. l. cum quidam & de uerb. obl. l. fi dari.

QVæ neptis.] CASVS. Titia habens filiam Seiam, & ex ea Seia neptem Sempronium: maritauit dictam neptem Sempronio centum nomine dotis eidem Sempronio spopondit & quolibet mense dabat eidem Sempronio x. nomine usurarum dictorũ cẽtum promissorum pro dote pro satisfaciendo Sempronio de exhibitione siue alimentis quæ dabat de suo uxori suæ: quæ erat, ut dictum est, neptis dictæ Titiæ decessit tempore procedente dicta Titia auia instituit sibi hæredibus filia sua Seia, & duobus alis impuberib. posteà Sempronius maritus neptis egit contra dictos tres hæredes auiæ ad centum prędicta sibi promissa per auiam: & quilibet eorum fuit ei condemnatus pro hæreditaria portione, & postea quilibet dictorum trium hæredum promisit eidem Sempronio soluere partem in qua erat ei condemnatus, cum eisdem usuris quas Titia testatrix præstabat quolibet mense eidem Sempronio pro alimentis dictæ suæ neptis. postea dicti duo hæredes impuberes qui erant cohæredes dictæ Seiæ filiæ Titiæ testatricis, abstinuerunt se ab hæreditate Titiæ per beneficium in integrum restitutionis ab Imperatore impetratum: & sic tota hæreditas cœpit pertinere ad dictam Seiam testatricis filiam quæritur utrum dictus Sempronius maritus neptis dictæ Titiæ testatricis posit conuenire Seiam filiam testatricis pro partibus cohæredum qui abstinuerunt? Et respond. quòd sic. Item habebit Seia filia testatricis omnes hæreditarias actiones, & denegabuntur eis duobus cohæredibus qui se abstinuerũt. & hoc idem retulit Aristo in decretis frontianis i quodam alio casu simili supra dicto. & hoc dicit cũ l. seq. Viuianus.
x ¶ Seia.] filia. Accursius.
y ¶ Spoponderat.] sed non soluerat.
z ¶ In exhibitione.] id est propter exhibitionem quam faciebat uir. sic infra, de except. do. l. fina. i. respon. & suprà, de in rem uer. l. pe.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nulti. & fin. Accursius.
a ¶ Sempronius. J maiorius neptis.
b ¶ Iudicio. ⁊ sub. in. & die egit ex promissione dotis.
c ¶ Seia. ⁊ fi. condemnata.
d ¶ Cauerunt. ⁊ i. per cautionem promiserunt summam, &c.
e ¶ Vsuris. ⁊ id est sub vsuris.
f ¶ Abstinuerunt. ⁊ beneficio in integrum restitutionis: quia minores uel milites erant: vt insti. de hæred. quali. & diffe. §. extraneis. & §. sciendum.
g ¶ Maluisset. ⁊ nec enim compellebatur: ut ſ. eo. l. si minor. & facit infrà, de suc. edic. l. fin. & suprà, de mino. leg. ait prætor. §. sed quod Papinianus. & infrà, l. proxi. & J. ad Treb. l. j. Accur.
h ARristo. Abstineret. ⁊ per in integr. restitutio. cum iam adiisset, secũdum Azo. certè idem & si non adierat, sed abstinuit: quod potest: ut supra cod. l. necessariis. Accursius.
i ¶ Parata. ⁊ ad quod non cogebatur secundum primum casum: ut ſ. l. proxi. not. vel ad quod cogebatur secũdum alium: ut ſ. eod. l. qui ex duabus. §. qui semel.

¶ QVEMADMODVM TESTAmẽta aperiãtur, &c.

¶ Gr̃a deliberationis & aditionis hr̃ditatis de qua dictũ est, opus est tabulas aperiri: iõ & hoc dicit.

Diuisio. Mnibus. ⁊ Primò ponit mentẽ dicti. Secundò rationẽ. Tertiò incipit exponere. Secunda ibi, Ratio. Tertia ibi. Si quis. Bar.

CASVS. Titius fecit testamentum: & instituit sibi hæredem Seiũ, & mihi legatum reliquit, & decessit, nunc uolo petere ab hęrede legatũ, unde peto ab eo corã iudice ut permittat mihi inspicere & legere uel ẽt describere tabulas testameti: quia per testm̃ volo probare mihi relictum legatum: & dixi iudici: Domine, quæratis ab hærede si habet vel habere pōt tabulas testamenti. & cum iudex interrogaret hæredem, hæres rndit, bene habeo: sed non teneor ei facere copiam inspiciendi uel describendi: probet aliter de legato suo si vult. modò quæritur utrum hæres ad prædicta teneatur? Et dicitur quòd sic: & non solum mihi l. gatario teeetur ad prædicta, sed etiam procuratori meo. Et est ratio, quare tenetur mihi, quia non bene possum probare coram iudice de legato meo, nisi inspectis & cognitis uerbis testamenti: nec etiam possum transigere super legato nisi uerbis testamenti lectis & cognitis. Sed quid si unus ex testibus qui signauerunt testamentum, neget sigillum suum agnoscere, cum ostendit ei testamentum sigillatum coram iudice? pertinet enim ad officium iudicis facere uenire coram se omnes testes qui signauerũt, antequam aperiat testamentum: & ostendet legatario ad sciendum vtrum ipsi agnoscant eorum sigilla. Certè non ideò minus aperiẽtur tabulæ: habentur tamen alias suspectæ. Item non mirum si mihi legatario debet facere iudex prædictam copiam. nam instrumentum tabularum testamenti non est tantum hęredis, sed etiam est uniuersorum qui ius aliquid est in eo relictum. Item illud quod dictum est, habet locum non tantum in testamento iure perfecto, sed etiam in falso uel iniusto uel irrito. quamuis enim illa non dicantur testamenta propiè: tamen abusiuè testamenta appellantur. Item habent locum prædicta siue sit mihi relictum legatum in codicillis, siue in epistola, siue in principalibus tabulis, siue in secundis. Quid si liquet eum uiuere ex cuius tabulis prędicta peto? certè non debet mihi fieri copia. Et quod dixi in uno testamento, habet locum in pluribus: diem tamen & consulem tabularum non debeo describere uel inspicere: possem enim falsum committere. Quid si hæres petat à iudice tempus ad exhibitionem testamenti mihi faciendam? certè habere debet secundum angustias seu prolixitatem loci in quo dicit esse testamentum. Item quid si neget se posse habere testamentum? certè tunc non habeo beneficium huius edicti: sed debeo agere contra eum inter dicto de tabulis exhibendis. hæres autem potest ad exhibendum agere pro tabulis testamenti ab alio possessis & etiam uendicare. & hoc dicit usque ad legem cum ab initio. Vlpianus.

Sempronius[a] iudicio[b] egit: condemnatique pro portionibus hæreditariis singuli hęredes, inter quos Seia, [c] Sempronio cauerũt[d] summam, quia quisque condemnatus erat, cum usuris [e] eisdem quæ ad exhibitionem à testatrice præstabantur. posteà, excepta Seia filia, cæteri hæredes abstinuerunt[f] se hæreditate beneficio principis: & tota hæreditas ad Seiã ptinere cœpit. Quæro, an in Seiam, quæ sola hæres remansit, & omnia ut sola hæres gesserat, pro eorum quoque portionibus qui beneficio principali hæreditate abstinuerint, utilis actio dari debeat? Respondit, pro parte eorũ, qui se abstinuissent, actiones solere decerni in eam, quæ adiisset, & maluisset[g] integra hæreditaria onera subire.

¶ Iu eũ qui post absentiã unius oiz bona uendicat, dantur. actiones integrę. Bart.

¶ Pompon. lib. j. senatuscon. L. XCVIII.

ARisto in decretis Frontonis ita refert; cum duæ filiæ patri necessariæ hæredes extitissent, alteraque paterna hæreditate abstineret,[h] altera bona paterna uendicaret, totumque onus suscipere parata[i] esset; secũdũ† Cassiũ, prætorẽ causa cognita actiões hęreditarias vtiles datarum rectè pollicitum ei, quæ ad hæreditatẽ patris accesserat, denegaturumq; ei quæ se abstinuerat.

† F. l. sanctũ

Quemadmodum testamenta aperiantur, inspiciantur, & describantur. †

TITVLVS III.

¶ Paul. Cai' alias li. 17. ad edi. pu. L. I.

Mnibus quicunque desiderant tabulas testamenti[k] inspicere, uel etiam describere,[l] inspiciẽdi describendique potestatem facturum se prætor pollicetur. qd̃[m] uel suo, uel alieno nomine[n] desideranti tribuere eum manifestum est. ¶ Ratio autem huius edicti manifesta est. Neque enim sine iudice transigi, neque apud iudicẽ exquiri veritas de his controuersiis, quæ ex testamento proficiscũtur, aliter potest, quàm inspectis cognitisque uerbis[o] testamenti.

† Dñam huius tituli seu edicti. & de tabulis exhibẽdis tradit. Dili. dispu. ij.

¶ Vnus ex testib. necessariis adscriptis I testamento contradicens, fidem testamẽti facit uacillare. Bar.

¶ Si quis[p] se† neget[q] sigillum suum agnoscere, non ideo quidẽ minus aperiunt̃ tabulæ, sed aliàs suspectę fiunt.[r] †

¶ Vlpianus lib. 50. ad edict. LEX II.

TAbularum testamẽti instrumentum[s] non est unius hominis,[t] hoc est hæredis, sed uniuersorum quibus quid illic ad scriptum est: [u] quin potiùs pu-

† Quæ sit q̃ siq; offoiũ dicit. i. Spec. ti. de offic. oium. iudi. §. i. uer. ité improbat q̃ siq., & q̃ doq; ut hic p edictũde tabulis exhibendis. Bart. in l. fi. J. de tabulis exhib.

† Fl. decẽ. se.

† Vnus testis audit. & est filius. c. ij. cũ glo. sup uerbo clerici. extra, de po.

l. j. §. ij. & iij. Accursius.
l ¶ Describere. ⁊ & legere: ut J. eo. l. ij. § inspectio.
m ¶ Quod.] i. q̃ fiat copia describendi & inspiciendi.
n ¶ Alieno nomine. ⁊ ut tñ de calumnia iuretur: ut C. eo. l. iij. & procurator dẽt iuuare de calumnia: ut & J. de dam. infec. l. qui bona. §. q. in alieno. nec enim hoc omnimodo formam iudicii habet, ut dico in bono. poss. uel dicas q̃ ipse dominus non procurator iurat: ut C. de iura. calum. l. ij. §. finautem.
o ¶ Verbis testamenti. ⁊ & ideo æquum fuit ut desiderium uolentis aperiri testamentum reciperetur. Azo. ad quod ſ. de transact. l. de his. Item iuramentum hoc prætextu retractatur: ut C. de reb. cre. l. fin. & sua in æquitate, licet non de rigore: ut J. de except. rei iud. l. si mater. ĩ prin. Item facit ſ. de interrog. act. l. de ætate. §. fi ex causa.
p ¶ Si quis. ⁊ ex testibus.
q ¶ Neget. ⁊ Cum aperitur testamentum, & cõuocãtur testes ut sua sigilla recognoscant: ut infra, eod. l. cum ab initio. & l. seq. & unus negat, i. dicit ibi non esse suum: vel. i. reprobat. aliàs aliter ponitur negat: ut C. de pet. hæredi. l. fi putas. Quid autem si dubitat? dicam idẽ, & hoc si non est suum sigillum. alias præsumitur pro sigillo: ut infra rem ratam habe. l. nec satisdatio. & in auth. de fi. instru. col. vi. §. fi uero moriantur.
r ¶ Suspectæ fiunt. ⁊ ergo uox unius inducit suspicionẽ. sic J. de dopræle. l. Theopompus. Sed Io. dicit hoc speciale: quia maior solennitas exigitur hic quàm alibi. Item argu. contra J. de qõ. l. maritus. plenam autem probationem non inducit: ut C. de testi. l. iusiurandi. Item quid si præter hoc sint alia sufficientia sigilla? Rñ. sufficit, arg. C. si ex fal. instru. l. iiij. Accur.
s T Abularum instrumentum.] Not. testm̃ uocari instrumentũ, & publicum: ut statim dicã: & bene: quia generalis est appellatio instrumenti: ut ſ. de fide instru. l. i. Accur.
t ¶ Vnius hominis. ⁊ suabudi tantum.
v ¶ Adscriptum est ⁊ ut & J. de tab. exhib. l. iij. §. solent. & dic q̃ est uniuerso

uniuersorum utilitate, non proprietate: sed hæredis tantum proprietate: ut J. l. proxi.
a ¶ Publicum. ⁊ authoritate, ut ei credatur, cum sint ibi septem sigilla: etiam si non uiuant testes. quod non placet: nisi sit per manum publicã scriptum. Vel publicum, id est, ad publicam utilitatẽ pertinẽs: ut J. eo. l. uel negare. & facit ſ. de edend. l. prætor. §. huius. an autem ille cui est nihil legatum, possit agere, ut sic sciat an sit sibi relictum? uidetur q̃ non: ut in princip. huius legis. & J. de tabul. exhi. l. 3. §. solent. Sed dicas contrà: ut hic, & ſ. l. j. in princip. & §. ratio. & J. eod. §. fi dubitetur. & not. C. de tabu. exhi. l. j.
b ¶ Imperfecta. ⁊ hoc quo ad hoc vt edictũ habeat locum: ut hic, & interdictum de tab. exhiben. ut J. de tabul. exhiben. l. 7. §. hoc interdictum. Sed contra. J. ad legem Cor. de fal. l. si quis legatũ. Solut. pro falso & nõ perfecto testamento nec hoc edictum nec illud interdictum de tabul. exhib. locum habet: ut ibi, sed pro falso perfecto vel pro uero & imperfecto utrunque datur: ut hic. uel dic ut ibi not. in §. hoc interdictum. Itẽ facit J. de verb. signifi. l. Paulus. & pro emptore. l. 3. §. separata. Sed arg. contrà institu. quib. mo. testam. infir. §. ex eo. sed quo ad hoc edictũ obtinet quod hic, non ut rumpat primum.
c ¶ Ad causam.] continebatur ĩ edicto qd̃ nõ habemus, q̃ omnis scriptura pertinens ad causam testameti posset peti: ut & C. eo. l. penult. quod hic exponitur. in illo autem de tabu. exhi. constat hoc dici: ut J. de tabu. exhib. l. j. in prin. siue ergo fit testamentum, siue codicilli pertinent, ut hic. & C. eo. l. fi. sic ergo accipitur causa testamenti. i. testatio mentis. sic ergo large ois talis scriptura est testamentũ: ut insti. de testa. in princ. & facit J. de uerb. sig. l. uerbum pertinere. & de tab. exhib. l. j. §. hoc interdictum. & J. eo. l. sicut.
d ¶ Si plura. ⁊ i. in pluribus chartis: puta in una Titius, in alia Seius scripti sunt: & simul signata: & sic est unum: ut J. de secun. tab. l j. §. fi quis in duobus. & J. de tab. exh. l. j. §. j. Vel die plura integra & simul signata: ut ſ. de testa. l. unum. & J. eo. l. fi in duobus. Vel tertio q̃ etiã prius unum, posteà aliud: & sic primum ruptum: tamen pertinet ad hoc edictum: ut ſ. prox. §.
e ¶ Liquerit. ⁊ i. liquido apparuerit. quadrisyllabum. Sed nonne q̃libet præsumitur uiuere, etiam usque ad centum annos, nisi probẽ mortuus: ut C. de sacrosanct. eccle. fin. sed hic probatur uiuere? Sed respon. q̃ probatum erat eum mortuum: quod sufficit semiplene p̃bari per unum testem, uel aliam præsumptionem, ut habeat locum hoc edictum.
f ¶ Tabulas. ⁊ in totum.
g ¶ Scriptnram. ⁊ pro parte.
h ¶ Et sigillet. ⁊ ſ. inspectam. Accur.
i ¶ Et quid aliud. ⁊ aliàs & quod aliud. & aliàs & quid. & expone p̃ quod. q. d. & sigillet. i. sigillaturũ se dicat id aliud quod uult inspice: puta aliqua signa quæ consueuerunt apponi chartis: ut in auth. de fide instru. §. oportet. colla. 6. fi ergo esset mortuus, hoc permitteretur, licet ibi nihil sit relictum, ut hic innuit, & not. ſ. in prin. huius legis. Accursius.
k ¶ Inspectio. ⁊ & hoc uarbum erat in edicto quod hic exponit. i. ex quo permittitur inspectio à remotis, & lectio de proximo permittitur: quia cum quid conceditur, & id quod ex eo sequitur, arg. ſ. de iurisd. omn. iud. l. 2. & econtra cum quid prohibetur. C. de leg. & senatuscon. l. non dubium. Accur.

l ¶ Nam inspectio. ⁊ nedum descriptio & lectio. an uiso eo die posset probari q̃ testato eo die fuisset alibi: ut ſ. de eden. l. j. §. editiones. & §. diem. & ideo non sit: ut hic, & C. eo. l. i. in fi. Sed contrà ſ. de edẽ. l. prætor. ubi rationes cum die & consule redantur, quæ sunt communes, ut & testamentum. & communium scripturarum sit editio cum die & consule. Sed ibi mę mandante, hic non: ut ſ. de eden. l. fi q̃ s ex. hoc. Item hic maior timor falsitatis: ut C. de fi desicom. l. fin. Item not. quod tollitur uia malitij: sic C. de idic. vi. tol. l. ij. Accursius.
m ¶ Dari debeat.] sic ſ. de eden. l. prætor. §. fi. & l. seq. & ad exhi. l. sed. si hæreditas. §. i. & insti. de offi. iud. §. quód si neget. & J. de tabu. exhib. l. i. §. i. & arg. ſ. de interrog. act. l. qui interrogatur.
n ¶ Prolixitates.] ad hoc. C. de dila. l. j. & ſ. de feriis. l. oratione.
o ¶ Compelletur. ⁊ p hoc edictum.
p ¶ Si tamen neget. ⁊ uel non eget, sed causam quare nõ exhibeat prætendat: ut J. de tab. exhi. l. i. §. i.
q I Psi tamen hæredi vendicatio. ⁊ hoc post aditam hæreditem.
r ¶ Et ob id. ⁊ scilicet, quia datur uendicatio datur ad exhibendum: quod est speciale i charts: ut ita demum detur ad exhibendum, si & mea sint chartæ, ut hic, & suprà, ad exhib. l. iii. §. i. aliàs sufficit qualitercunque interst exhibẽri: ut supr. ad exhibẽ. l. i. & l. iij. §. est autem. cum sequentib. §§. & in ea. l. §. fi quis extra hæredem. An autem hoc edictum detur hæredi? Respon. sic: ut supra, eod. l. in princ. & C. eo. l. ij. & iii. Accursius.

† Fl. Nãq; etiam.

q ¶ Diminuisse. § nam per speciale derogatur generali, vt & §. eo. l. vxorem. §. felicissimo. & infrà, de vi. triti. & oleo leg. l. ij. & de auro, & argento legato. l. j & de pec. lega. l. seruo. & infrà, de supellect. leg. l. legata. in prin.

r ¶ De argento. § Solu. secundæ quæstionis.

s ¶ Probabitur. § Sed quid in dubio? Respond. id tantùm, quod in prędio Semproniano habetur, videtur relictum: nam & illa demonstratio, & quicquid prędio Semproniano &c. superiora potest restringere, vt infrà, de penu. lega. l. nam quod. §. fina. Sed cõtra inf. à, de fundo instruc. & instrumen. lega. l. quæsitum. §. i. & inf. de alimen. leg. l. a filio. Sed ibi, quia talis apparebat voluntas testatoris: vel dic, vt in eis dixi. Accursius.

t ¶ Fuerunt. § nõ ad tempus, sed perpetuò destinata. & facit inf. de fundo instruc. l. Seię. §. fi & l. prędia. §. i.

Insortiatum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Ducentorum.§ i.pro ce. aureis uos cohæredes detis fundum alumnæ meæ, quod legatum ualet ut §. tit. 1.l. & si equo. uel dic talem agrum eiũ ualet tantum: quia fortè tanti emerat defunctus.

b ¶ Non legata.§ sicut nec cætera, quæ fuerunt ibi ad tempus: & facit ĵ. de fun. instru. & instru. lega. l. Seiæ. §. fi. & l. prædia.

c ¶ Ea.§ scilicet specificata.

d ¶ Victa.§ omnia enim metalla superant sua specificata potẽtia q̃ a nullo modo extinguntur specificatione. Lana autẽ, & cypressus, siue marmor uincuntur à suis specificatis, cum ad sua ultrà ñ redeant initia: & plerũque, ut lana & cypressus, & similia, ut farina, nomen etiam perdunt uel amittunt. Metalla autẽ & ñ sint specificata, ius habent ad rudem massam redeundi, nec nomẽ suum perdunt: nã si annulus est, non minus aureus uocatur: sed uestis nunq̃ lanaficut nauis cypressi non cypressus dicit: & facit ĵ. eod. l. lana. & l. hęres. §. j. & de au. & argen. lega. l. Quintus. 2. & ĵ. de acqui. rer. domi. l. in omnibus. & l. sequent. Item facit ĵ. de aur. & arg. lega. l. cũ aurũ. circa prin. & l. & si non sint. §. j. Accur.

e ¶ Dubitauit.§ ut §. e. l. fi cui. §. pen.

f ¶ Quin minus. § id est, non.

g ¶ Porrò.§ pro certe. & sunt isti colores pannorum, de quib. di xi §. e. l. fi cui. §. fin.

h ¶ Ego.§ Paulus aduocatus mulieris.

i ¶ Nec obtinui.§ afs, obtinuit, scilicet, mea opinio. cũ ergo acquiescat sententiæ Pauli, & in corpore iuris ponitur: erit lex generalis. & facit §. e. l. hoc legatum. & ĵ. de auro & argen. lega. l. Quintus. & statim hic subiicit.

k ¶ Rebus.] facit ĵ. e. l. seruus, qui in fundo. cum suis concor. & §. eo. l. qui saltum. & ĵ. de vsufru. lega. l. generali. §. j. & ĵ. l. prox. §. j. Accursius.

S I chorus.§ CASVS. Legaui tibi chorum seruorum: pinde poteris peteresin gulos, ac si singulos tibi legassem. Idẽ esset si legassem tibi familiam seruorum.

¶ His uerbis.§ Legaui Titio fundum Seianũ, & q̃ ibi mobilia mea erunt me mortuo. Inuenitur in dicto fundo pecunia à me ibi reposita cã mutuandi eam: & pecunia, quam ibi reposui cã præfidij, donec quibusdã bellis ortis in ciuitate me expediuissem. Quæritur. nunq̃ istæ pecuniæ contineantur legato? Et dicitur q̃ prima non, secunda sic. Est ratio: quia prima pecunia, est propria pecunia, & est fragilis, id est, ualde mobilis: & hoc fuit à me posita in dicto fundo, ut inde moueretur causa mutuandi, ut dictum est: & ideo nõ est mirum si nõ continetur in dicto legato. Ita audiuit Proculus dicentes senes rusticos. secunda autem pecunia, quę fuit à me reposita in dicto fundo cã præfidij, dicitur peculium, & non est ita fragilis, & mobilis sicut prima: & ideò non est mirum, si continetur legato.

¶ Area. § Legaui Titio quandam meam aream, & posteà feci supeream domum, quam posteà destruxi, & remansit area sicut erat prius. Certe debetur legatario dicta area: quamuis ei nõ deberetur, si dicta domus destructa non fuisset. Sed pone, q̃ legaui Titio seruũ meum Stichum: quẽ posteà hæres meus manumisit antequã traderet Titio & posteà rediit in seruitutẽ dicti mei hęredis Certe poterit eum Titius legatarius petere. Per factum enim hæredis peruenerat ad libertatem. Viuianus.

¶ Si chorus. § seruorũ cantãtium cum instrumento quodãm musico, quod dicitur chorus: habet & alias significationes: vt suprà, de ędili. edicto. l. eiusdem. Accursius.

¶ Familia.§ seruorũ. sic ponitur ĵ. fi fa. fur. fe. dicatur. Accursius.

l ¶ Singuli.§ quoad hoc, vt omnes peti possint: & legato cedunt quoad quid: tamen aliud est. vt §. t. tu. j. l. ii. & iii. & v. vi. Itẽ quoad actionẽ de euictione: ut suprà, titul. ii. l. si domus. §. primo & supra, de euictio. l. seruii venditor.

m ¶ Factitasset.§ facere consueuisset testator: alias factitasset, scilicet testatores: alias accidisset.

n ¶ Fragilem.§ id est de facili potest perdi: sic C. de administra. tut. l. lex quæ tutores. §. fina.

o ¶ Reponeretur.§ habet & alias significationes: vt nota. suprà, de pecu. in rubri. & facit ad §. fin. infra, eod. l. si ita. cum suis concordan.

p ¶ Non poterat.§ contra videt §. tit. i. l. ii areæ. & §. ti. iii. l. seruũ filij. §. fi areæ. Solu. hic fuit mutata voluntas, vt & ibi, & in l. seruũ filii. §. fi areę plene nota. Item facit ĵ. de fol. l. qui res. §. aream. & ĵ. de verbo. obliga. interstipulãtem. §. faeram. & §. de vsufru. l. qui vsumfructũ. in princi. & l. si non in area. Sed contra. §. quibus mod. vsusfruc. amit. l. reposti. §. fi. Sed aliud in vsufructu, secundũ Hug.

q ¶ Peti potest.§ alias peti non potest: & tunc nullũ est contrarium: alias est peti potest: & tunc est contra inf. de solutio. qui res. §. aream. & inf. de adimẽ. leg. l. si seruus. in fi. & l. cũ seruus. Sol. vt no. in dicto. §. aream. vel hic viuente testatore redit in seruitutem, & posteà ex voluntate noua uoluit peruenire ad legatarium: ut §. proximo. § & est argumen. huius solutionis inf. de adimen. leg. l. iiii. & facit §. quibus modis vsusfruc. amitta. l. repeti. §. fi. & l. quid tamen. §. i. & §. tit. ii. l. filiusfamilias. §. fi. & §. proximo. §. cum suis concord.

C Oniunctim.§ CASVS. Ita dixit testator, instituo mihi hęredem Titium, & Seium: certe quia coniuncti sunt re, & verbis: concursu diuident hæreditatẽ meam, id est per medium. sed & si ita dicat & testator, lego Titio, & Seio fundum Cornelianum, erit idem in hoc legato quod dixi in hæreditate. Viuianus.

r ¶ Concursu fieri.§ hoc autem contingit siue re, & verbis: siue re tantùm, siue verbis tantùm, fit coniunctio: vt supra de vsufruct. l. i. §. interdum

rius officij, cæterisque rebus, quæ ibi fuerunt in diem mortis: an ad legatarium pertinerent? Respondi, ea omnia, de quibus quæreretur, legata videri. ¶ Peto ut fundum meum Campan ¶ Genesiæ alumnæ meæ adscribatis ducentorum * aureorum, ita, uti est. Quæritur an fundus, & reliqua colonorum mancipia, si quã mortis tempore in eo fuerint, debeantur? Respondi, reliqua quidem colonorum non legata: b cætera uerò uideri his uerbis, ita uti est, data.

¶ *Appellatione materiæ, non continetur materiatum quod ad suimateriam reuerti non potest. Bart.*

¶ Illud fortassis † quæsiturus est aliquis, cur argenti appellatione etiam factum argentum comprehendatur: cum, si marmor legatũ esset, nihil præter rudem † materiam demõstratum videri posset? Cuius hæc ratio traditur: quippe ea, quæ talis naturæ sunt, vt sępius in sua posint redigi initia: ea c materię potentia victa, d nunquam uires eius effugiunt. †

¶ Coccum, quod proprio nomi appellatur, quin uersicolorib. cederet, nemo dubitauit: e quin minus f porrò g coracinum, † aut hysginum, aut melinum suo nomine, quàm coccum, purpuráve designatur?

¶ *Res æstimatæ in dotẽ datæ, non continẽtur in legato empti, uel parati, si non fuerunt ad usum traditæ. Bar.*

¶ Cùm vir ita legasset, Quę vxoris causa parata sunt, ei do, lego: ego h apud Prætorem fideicommissarium petebam etiam res æstimatas, quarum pretium in dotẽ erat: nec obtinui, i quasi testator de his rebus k non sensisset. Atqui si in usum eius datæ sint, nihil interest, ab ipso, † an ab alio comparatæ sint. Posteà apud Aburniũ Valentem inueni ita relatum, Mulier res æstimatas in dotem dederat, ac deinde maritus ei legauerat his uerbis, Quæ eius causa parata sunt, emptaq̃; †Dixi emptorum, paratorumque appellatione non contineri ea, quę in dotẽ data essent; nisi † maritus eas res, posteà quàm ipsius factæ essent, in vxoris vsum conuertisset.

¶ *Quę casualiter absunt, abesse non uidẽtur: & quę casualiter adsunt, adesse non uidentur. Barto.*

¶ Rebus, quæ in fundo sunt, legatis, accedunt etiã ea, quę tunc nõ sunt, si esse solebant, † nec quę casu ibi fuerunt, legata existimantur.

¶ *Quod operaẽ genus quo ad omnes, idẽ operaẽ particulare quo ad particularia. B.*

¶ Celsus. † LEX LXXVII.

S I chorus, aut familia legetur, perinde est quasi singuli l homines legati sint.

¶ *Nũmi repositi, ut mutuo denẽ, nõ uidẽtur esse i loco: sed, si ut ibi ppetuo sint. B.*

¶ His verbis, Quæ ibi mobilia mea erunt, do, lego. Nũmos ibi repositos, vt mutui darentur, non esse legatos, Proculus ait: at eos quos prędidij causa repositos habeat (vt quibusdam bellis ciuilibus factitasset m !) eos legato contineri: & sępe † audisse se rusticos senes † ita dicentes, pecuniam sine peculio fragilem n esse, peculiũ appellãtes quod prędidij causa reponereẽ. o †

¶ Area legata, si inædificata medio tempore fuerit, ac rursus area facta † sit, quanquam tunc peti nõ poterat, p nunc tamen debetur.

¶ Seruus quoque legatus, si interim manumittatur, & posteà seruus factus sit, peti potest. ¶ †

¶ Idem. † LEX LXXVIII.

C Oniunctim hęredes instituti, aut coniunctim legari, hoc est, totam hæreditatem, & tota legata esse singulis data, partes autem concursu fieri. r

¶ *Masculinũ genus concipit fœmininũ, &*

§. interdum. Sed alias duo ultimi dicuntur disiuncti, ut C. de cad. tol len. §. his ita. & facit §. e. l. qui duos. & facit ĵ. e. l. re coniuncti. & ĵ. de ver. sig. l. triplici. Accur.

S Eruis.] CASVS. Legaui Titio seruos meos siue pueros siue non: certè continentur ancillæ: sed non econtra, id est ancillis, uel puellis legatis non cõtinentur serui, & pueri. Si autem legaui ei mulieres meas, etiam virgines debẽtur, Idẽ in masculis. Sed si legaui ei pecudes meas, continentur boues, & cætera iumenta. Si autem legaui ei armentum, continentur boues, & non oues & capręs. si autem legaui ei oues meas, non continẽtur arietes, & agni: quamuis continentur legato grege ouium mearum. Vi.

a ¶ Commune nomen.§ mo est masculini sexus, sed hic dicit quasi, & sit ex legis interpretatione. Sic ergo masculinum concipit fœmininum: sed non conuertitur, nisi incasibu, ut not. §. titi. j. l. fi ita fit scriptũ. & facit §. eo. l. q̃ duos. & inf. d, de uerbo. signi. l. detestatio. § j & illa uerba. §. pueri. & suprà, de ado. l. hoc autem. § i.

b ¶ Virgines § ut & infrà, de uerbo. signi. l. mulieris. in princip. & hoc large accepto vocabulo, alias pro incorrupta tantum, ut §. de ędili edi. l. quæritur. §. mulierem. & de act. emp. l. ex empto. §. si quis virginem Accur.

c ¶ Pecudibus.§ pecus pecudis, uel pecoris, generale nomẽ est ad ea quæ gregatim pascuntur, ut §. eod. l. legatis. §. pecoribus.

d ¶ Armento.§ facit ĵ. de uerb. sig. l. boues. in princ.

e ¶ Agnos.§ qui sunt minores anno, nisi consuetudo patriæ aliter se habeat. ut §. eo. l. cum quæreretur. in prin.

E Iruis.] CASVS. Legaui Titio fundum Seianum sicut instructus est. De eo fundo aufugit posteà seruus Stichus: & post mortem mean capit eum hęres meus. Certè continetur in dicto legato dictus Stichus. Vi.

f ¶ Cedit.§ qui: non intelligitur ibi morari, ubi est in fuga, ut §. de fer. expor. l. si titius. & facit ĵ. eo. l. fi ita. cum suis concor.

Q Vod his uerbis.§ CASVS Instituo mihi hęredem Titium. & ei dixi, quicquid ex hęreditate bonisve meis ad te peruenerit, restituas Seio cũ morieris. Me mortuo tenuit Titius bõa mea per x. an. & habuit inde fructus, & pecorum fętus, & decessit nũq̃d tenetur hęres Titi) dare fructus Seio prędictos & fętus? Et dicitur quod non. sed alia omnia, sic. Sed pone, quod i dicto testamẽto reliqui quatuor meis libertis fundum Titianum per fideicõmissum: & voluì, & dixi, q̃d si aliquis eorum decederet, pars sua dicti fundi ad alios pertineret. Et cum extremus eorum decesserit, dixi, q̃d pertineret dictus fundus ad posteros omnium dictorũ libertorũ. euenit ita quod omnes liberti decesserunt, & vltimo decedens non reliquit liberos, sed unum libertum suum. Nũquid libertus liberti extremi veniet ad fideicommissum, Et dicitur, quod non. Vi.

g ¶ Viuus.§ aliud si in hęreditate eos inuenisset, & aditionis tẽpore, à defuncto fortè, uel etiam ab ipsa hęreditate dudum perceptos. Rogerius.

h ¶ Vice.] quæ sint vice fructuum, habes suprà, de vsur. l. vsuræ, et l. prædiorum. et l. in pecudũ. et §. de petitione hæreditatis. l. merced.

i ¶ Proponi.§ si testatoris mentem benignè exaudias, licet verborũ rigor cõtrà fortè suadeat, ut ĵ. ad Trebellia. l. balista. et §. de vsu. l. in fideicommissi i. §. nonnunquam. Vel. l. illa balista. non obstat: q̃ ibi dixit testator, Quantacunque pecunia ex hęreditate, siue ex bonis meis ad eum peruenerit. At hic non dixit nomen pecuniæ. Itẽ lex illa de vsuris non ob. q̃ ibi aliud apparebat ex uoluntate defuncti, et ex uerbis eius, facit ĵ. tit. ij. l. qui fructus. et ĵ. ad Treb. l. hęredes. in prin. Itẽ contra ĵ. de dote præle. l. iij. §. fi. in fi. §. Sol. ut ibi.

k ¶ Idem testator.§ ut si quis nollet, Alij haberent. Item, ut altero deficiente ad alios. Itẽ post mortẽ vltimi ad posteros. Nam liberi, non liberti, continentur appellatione posterorũ: sic ĵ. de gradi. l. iurisconsultus. §. parentes. et C. de fideicõ. l. cum acutissimi.

C Vi, quæ. § CASVS. Legaui Titio omnia ea, quæ habeo Romę: certè cedunt legata non solũ ea, quę sunt intra muros ciuitatis Romanę causa custodiæ, sed et ea, quę sunt in horreis extra vrbem positis, dumtamen sint intra continentia ædificia. Vi.

l ¶ Debentur. § f. sicuti intra vrbem: quia nec hæc, nec illa debẽtur, si sunt causa custodiæ: alias secus, si perpetuò, hoc ens solum quærebatur, scilicet quatenus extendereturnis ratione appellationis secundum R. et sic facit infrà, de au. et argen. lega. l. si vxori. §. j. et §. eod. l. si chorus. §. i. et l. quæsitum. §. fin. et ĵ. l. si ita. cum suis concor. quæ omnia essent contraria nisi sic exponeretur: et facit infrà, de penu. leg. l. nã qd. §. fi. ita. et ĵ. de uerbor. signi. l. ij. et. l. ut Alphenus. et l. ędificia. et l. qui in continentibus. et l. collegarum. §. j.

N Vper.] CASVS. Legaui Titio fundum meum Seianum. et non dixi lego Titio fundum meum Seianum. Ita tamen uolebam Titium habere fundum. si meus esset: certe non habebit Titius fundũ, nisi sit meus. unde distingue: aut legaui certum corpus, aut incertũ. Si certum lego corpus, et ita dico, fundum meum Seianum lego Titio: aut est meus fundus. et debet legatario: aut non et similiter debet legatario si sciui ego testator alienum esse. Si uero incertum corpus legaui, et ita dixi, Vinum meum vel vestem meam lego. Titio tunc istud vinum, et illa vestis, q̃d, et quæ est meum, uel mea, debet legatario, et nõ alia: nisi ego testator habebam numero meorum ea, quæ nõ sunt mea. Tunc enim debebũtur legatario, et hoc quando dictum, uerbum, meum, uel meã, adiectum est ad præsens tempus, ut posui in exemplis. Si autem in tẽpus mortis collatum est, tunc habet pro conditione. et ita demũ debet legatario, si inuenietur testatoris tempore mortis, et non aliàs: puta ita dixi, vestem, quæ mea erit, cum moriar, lego Titio: et Stichũ, qui meus erit, cum moriar, lego Titio: et multò magis si dixi ita, Stichũ lego Titio, si meus erit cum moriar. Quidam tamen dicebant, quod pro demonstratione accipitur in hoc casu. sed nõ est uerum, imo p conditione tantum, ut dictum est. Vi.

m ¶ Hoc meum.§ scilicet vocabulo.

n ¶ Non hoc uerbum.§ quod non fuit appositum, ut ideo dicat q̃s legatum deberi, licet res non fuit testatoris: quia non debetur, ut magis inspiciamus mentem defuncti, qui voluit ita valere si suum esset. non aliter.

o ¶ Et ideo.§ quia demum probata voluntate defuncti nõ ualet in alieno. ideo &c.

p ¶ Meum.§ quia dixit, Stichum seruum meum: uel. qui est meus.

¶ Modestinus. † LEX LXXIX.

S Eruis legatis etiã ancillas deberi quidã rectè putant; quasi commune nomen a vtrunque sexum contineat. Ancillis verò legatis, masculos nõ deberi nemo dubitat: & pueris etiam legatis, puellæ b debentur: id nõ æquè in puellis dicẽdũ est †. Mulieribus verò legatis, etiam virgines b debentur: sicuti viris legatis, etiam pueros deberi respondetur. Pecudibus autem legatis, & boues, & cætera iumenta continentur. Armento d autem legato, & boues † contineri conuenit: non etiam greges ouium, & caprarum.

¶ Ouibus legatis, neq; agnos e, neque arietes contineri, quidam rectè existimãt. Ouium verò grege legato, & arietes, & agnos deberi nemo dubitat.

¶ *Qui fugit, dicitur esse in loco, à quo fugit. Bartolus.*

¶ Idem. LEX LXXX.

S Eruus, qui in fundo morari solitus erat, si fugerit, licet post mortem testatoris apprehendaẽ, fundo legato, vt instructus est, ẽt ipse legato cedit f.

¶ Idem. LEX LXXXI.

Q Vod his verbis relictũ est, Quicquid ex hęreditate, bonisve meis ad te puenerit, cũ morieris restituas: eos † fructus, quos hęres viuus g pcepit, itẽ, q̃ fructuum vice h sunt, non venire placuit †, nec enim quicquã proponi i, ex quo de his quoque restituendis testatricem rogasse, pbari posit †.

¶ *Appellatione posterorum, continẽtur liberi, non liberti. Bartolus.*

¶ Idem testator k qui libertis fideicommissum relinquebat, substitutione inter eos facta expressit, vt post mortem extremi ad posteros eorum pertineret. Quæro, cùm nemo alius sit, nisi libertus eius, qui extremò mortuus est, an is ad fideicommissum admitti debeat? Respõdi †, posterorũ appellatione liberos tantũ †, nõ etiam libertos eorum, quibus fidei commissum relictum est, fideicommisso contineri nequaquam incertum est.

¶ Idem. LEX LXXXII.

C Vi, quæ Romæ essẽt, legata sunt, ei etiam, quæ custodiæ causa in horreis extra vrbem reposita sunt debentur l.

¶ *Pronomen meum adiectũ certo corpori, & uerbo præsentis tẽporis, facit demonstrationẽ: si incerto corpori, taxationẽ: si verò uerbo futuri temporis, condonẽm. B.*

¶ Pomponius. LEX LXXXIII.

N Vper cõstitutum est à principe. vt & non adiecto hoc meum m, si quis corpus alicui leget, & ita sentiat, vt demum præstetur, si suum sit; ita valere legatum, vt appareat magis sententiam legantis, non hoc verbum n, meum, respiciẽdum esse. Et ideò o elegans est illa distinctio, vt quoties certum corpus legatur, ad præsens tempus adiectum hoc verbum, meum p, non

Flo. quæ eius causa comparata eiusdem essent.
† L. nisi fu.
Flor. sed pueris legatis ẽt puellę.
† Fl. puellis pueros cõtineri dicendũ est.
† Fl. etiam boues.
† Fl. Solũ.
† lib. 9. Digesto.
† lib 9. Regularum.
† libro 10. Rasorum.
† Flo. deest eos.
Flo. placuisse.
† Fl. posita habet ut quidam similiter tãtũmodo facitassent. Alias, accidisset.
† Qui facile veritate noscunt. & facit c. vlt. cãgl. super verbo, maiores ecclesię extra de offi. Archi.
† Pl. deest sępe.
† Pl. se poneretur.
† Pl. deest facta.
† Fl. posita peripotest.
† l. 35. Digesto.
† Flo. pôt.
† Fl. rñdit.
† Fl. tantũmodo.
† Fl. Iauolenus li. ij. ex Cassio.
† lib. ij. ad Q. Muciũ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Conditionem. ℣ rem ergo legatum, licet res aliena sit, dummodo testator sciat: alias nonnisi in casibus, ut C. eodem. l. cũ alienam.
b ¶ Illius sunt. ℣ scilicet tempore testamenti, ut ℣. de auro. & argen. lega. l. si ita & l. medico. in prin.
c ¶ Quod. ℣ scilicet, quod nõ intelligatur, nisi sit suum, quando est incertum corpus.
d ¶ Habuerit. ℣ ut & ℣. eo. l. suos.
e ¶ Responsum est. ℣ ut ℣. de uino tritl. & oleo leg. l. j.
f ¶ Sermonem.] certi uel incerti corporis non est vis, quando est de futuro.
g ¶ Conditione. ℣ ut non debeatur, si non est suum.
h ¶ Pro demonstratione. ℣ quæ non vitiat legatum, licet sit falsa, ut ℣. de cõdi. & demõ. l. demonstratio.

¶ Flo. vina mea.
¶ Fl. mea.
¶ Flor. sint.

SI ita ℣ CASVS. Legaui Titio domum meam, & omnia, quæ in ea domo erunt cum moriar? certè cedet legato illud meũ, quod ibi non solebat esse. quamuis aliquo casu absit, non autem cedet illud meũ, quod ibi non solebat esse, quamuis aliquo casu ibi sit. Item nõ cedent nũmi ad diem exactiper me à debitoribus meis, ut aliis mutuarentur, quos nummos ĩ dicta domo reposueram. Sequens l. dicit quod appellatione legati continetur fideicommissum, & donatio causa mortis. Vivian.
i ¶ Cum moriar ℣ Ibaudi Titio lego.
k ¶ Ad diem. ℣ id est, in termino. uel id est, ut ad tempus teneret exactos, & postea collocaret. Sed quid, si proposito retinendi ibi, ut thesaurus. Respon. secus. ut ℣. eo. l. fi. chorus. §. j. nisi mutato proposito redeant in primam causam: quia tunc non deberet, ut ℣. ti. j. l. anterum. & ℣. de auro & arg leg. fi vxori. §. j. & ℣. eo. l. fi fundum. & ℣. de pecu. l. id vestimentum. & ℣. de penu leg. l. nã quod. §. j. & ℣. tit. ij. l. hu l. quæsitum. § fina. & l. fi chorus. §. j. & ℣. de fundo instr. & instr. leg. Sciæ. §. Pamphilæ & § Tyranda & l. prædia. & l. quæsitum. §. Papinianus. & l. cum de lanionis. §. Sabinus. Accur.

faciat conditionem [a]. Si verò incertum corpus legetur, veluti ita Vinum meũ [†], vestem meam, videatur pro conditione hoc verbum, meũ [†], esse: vt ea demum, quæ illius sunt [b] [†], videantur legata. Quod [c] non puto fortiter posse defendi: sed hic potiùs vestem, vel vinum, quod suorum numero habuerit [d], hoc legatum esse. Sic enim responsum est [e], etiam quod coacuerit vinum, legato cedere, si id vini numero testator habuisset. ¶ Planè in mortis tempus collatum hunc sermonem [f], Vestem, quæ mea erit, sine dubio pro conditione [g] accipiendũ puto: Sed & Stichum, qui meus erit, puto pro conditione accipiendum: nec interesse vtrum ita, Qui meus erit. an ita, Si meus erit. Vtrobiq; [†] enim conditionem eã esse. Labeo tamen scripsit [†], in futurũ [†] tempus collatũ hũc sermonem, Qui meus erit, pro demonstratione [h] accipiendum: sed alio iure vtimur.

¶ Fl. utrobique.
¶ Flo. scribit.
¶ Fl. etiam in futurũ.

¶ *Inspici debet ubi res esse solet: poetuò, non ubi casu desunt, uel adsunt. Bar.*

¶ Proculus. [†] LEX LXXXIIII.

¶ lib. 5. epistola.

SI ita legatum est, Domum, quæq; mea ibi erũt, cùm moriar [i]; nũmos ad diem [k] exactos à debitoribus, vt aliis nominibus collocarentur, non puto legatos esse: & Labeonis distinctionem valde probo, qui scripsit, Nec quod casu absit [†], minùs esse legatum: nec quod casu ibi sit, magis esse legatum.

¶ Paulus. [†] LEX LXXXV.

ET fideicommissum [l], & mortis causa donatio, appellatione legati continentur.

¶ Idem. [†] LEX LXXXVI.

LAna legata, vestẽ, quæ ex ea facta sit [m], deberi nõ placet. Sed & materia legata, nauis, armariúmve ex ea factum, non venditur [n]. Naue autem legata dissoluta [o], neq; materia, neque nauis debetur [p]. Massa aurẽ legata scyphi ex ea facti exigi possunt [q].

¶ Idem. [†] LEX LXXXVII.

RE coniuncti videntur, non etiam verbis, cùm duobus separarim [r] eadem res legatur. † Item verbis, non etiam re: Titio, & Seio fundum æquis partibus do, lego. Quoniã semper [s] partes

item. §. penul. & ℣. de auro & argen. leg. l. vj. & ℣. de verb. oblig Liter stipulantem. §. fœtam. & ℣. eo. l. fi cui lana.

RE coniuncti. ℣ ¶ Lex ista dividitur in partes duas principales: Primo loquitur de cõiunctis, secundo de effectu coniunctionis, scilicet de iure accrescendi: secunda ibi, præfertur igitur. Ité prima subdiuidit in res partes: quia primo loquitur de cõiunctis re tãtum secundo de cõiunctis re & verbis tantum tertio ponit rationẽ præcedentium. secũda ibi, item verbis: tertia ibi, quoniam semper. Ité secunda pars principalis subdiuidit in duas: quia primo ponit dictum, secũdo illud probat per argumentum à sufficienti diuisione. Secũda ibi, quod si re tãtum. B. ¶ CASVS. Quidã legatarij sunt coniuncti in legato re, & non verbis: quidem verbis, & nõ re. & quidam re & verbis. Re tantum dicuntur coniuncti, cum lego duobus eandem rem separatim hoc modo Titio lego fundum Seianum. Caio lego eundẽ fundum, verbis autem tantum dicuntur coniuncti, cum lego ita duobus, Titio. & Seio fundum Seianũ æquis partibus do, lego, quo casu pro parte dimidia habet qui libet fundum. & hęc duo exemplaria litera ponũtur: tertium autem exemplum scilicet quando sunt coniuncti re & verbis, non ponitur in litera. est tamen tale,

¶ Fl. abesset.
¶ lib. 4. ad l. Iuliam & Papiam.
¶ lib. 5. ad l. Iuliam & Papiam.
¶ lib. 7. ad l. Iuliam & Papiam.
¶ Contiguę l. triplici. d. verb. signi. & vide Alib. varado. 4. c. 8. & 9. & li. 6. c. 7.

ego Titio, & Seio fundum Seianum. & ita est ibi copula, & nõ sunt ibi illa uerba æquis partibus: quo casu habet quilibet dimidia. Si ergo decedat legatarius unus, qui habet coniunctũ in legato re & verbis & coniunctum verbis tantum, & coniunctum re tantum uel etiã repudiet suam partem legati, præfertur in parte illius legatarij mortui, uel repudiantis suã partẽ, uel alio modo amittentis cæteris omnibus ille, qui coniunctus est re & uerbis. id est præfertur illi, q̃ est coniunctus re tantum cum illo, qui amisit suam partem, & illi, q̃ est coniunctus uerbis tãtum & omni alij ponãt. Et ponas ita exẽplũ, Lego Titio, & Seio fundum Tutianũ, certè Titius, & Seius sũt cõiuncti re & uerbis, ut dictum est. Postea ita dixi, lego prædictũ fundum Titianum Caio, certè hic Caius coniunctus est p̃dictis Titio, & Seio re, & nõ uerbis. posteà ita dixi. Titio prædicto & Sẽpronio lego pro partibus æquis dictum fundum Titianũ. certè Titius prædictus & Sẽpronius sunt coniuncti in dicto fundo uerbis, & nõ re. Me testatore postea mortuo decessit Titius p̃ dictus legatarius, antequam haberet suam partem dicti fundi. id est quartam: uel repudiauit dictus Titius dictam suam partem, uel alio mõ amisit. certè suam partem prædictam debet Seius habere, q̃ erat ei cõiunctus in legato re & uerbis, ut dictum est: & non debet de ea aliquid habere Caius, qui erat coniunctus re tantũ. ut dictum est: nec Sempronius qui erat ei coniunctus uerbis tantum, ut dictũ est. Nec aliquis alius debet habere aliq̃d in dicta parte Titii, nisi dictus Seius. hoc ibi, q̃ si re tantum & cũ ubi dicitur. Pone, q̃ dictus Titius non habebat coniunctum re & uerbis, sed unum coniunctũ re tantum, & alium coniunctum uerbis tantum: certe in eo casu habebit partẽ Titij uterq; eorum, & non erit potior re tantum coniunctus, illo qui uerbis tantum erat coniunctus: nec econtra. Si autem dictus Titius habuit tãtum collegatarium unum coniunctum uerbis tantũ: certè ille solus habebit partẽ Titii, & potior erit omnibus aliis hominibus. & idẽ credo, si habuit dictus Titius unũ tantum collegatarium cõiunctũ sibi re tantũ: quia & ille potior erit omnibus aliis hominib. quamuis hoc ultimum non sit in litera, & hoc dicit hæc lex. Vi.

r ¶ Separatim. ℣ pura Titio fundum talem: Sempronio eundẽ fundum do. lego. & sic insolidum, sed concursu faciũt partes, ut & ℣. de vsufructu. l. 3. & l. j. §. interdum. & ℣. eod. l. cõiunctim. & C. de cad. tol len. §. fi uero non omnes. Accur.

s ¶ Quoniam semper.] id est quoties uerbis, non re, sunt coniuncti.

Habent

a ¶ Habent. ℣ ab initio. vel dic semper, id est, non demum per concursum: q̃d est in superiori casu. Alij dicunt semper, i. hoc casu, & in superiori: sed hic ab initio, ibi per concursum: quod non placet: quia dictio, quoniam, non bene potest contineri.
b ¶ Præfertur.] in parte deficiente, quæ debet legatariis accrescere. & dictio igitur, ponitur incœptiuè: uel dic etiam illatiuè. q. d. quia ℣. non ad plenum sunt coniuncti: igitur cum vtroque modo coniuncto ad plenum coniungitur: igitur, &c.
c ¶ Cęteris. ℣ i. coniũcto uerbis tantum, uel re tũ. non ob. ℣. tit. j. l. Męuio. in prin. quę est contraiut ibi.
d ¶ Quod si re tantum. ℣ Duos casus ponit usq; ad finem. Primus an coniunctus re tũ potior sit coniuncto re & uerbis, uel uerbis tantum: & dicitur quòd non. Secundus est, an coniunctus re & uerbis, præferatur cõiuncto re tantum? Et dicitur quòd sic. Tertius casus, an qui coniunctus est re tũ, præferatur cõiuncto uerbis tantum: non est in litera hic, secundum Io. & Azon. Sed R. dixit, quòd primo quęritur, an coniunctus re tantum, præferatur coniũcto re & verbis? & dicitur, quòd non. Secundò, an coniunctus re tantum præferatur coniuncto uerbis tantum: & dẽ q̃ sic. Tertij ultimò hoc dicunt econtra: scilicet, ut uerbis tũ cõiunctus, præferatur re tantum coniuncto: q̃d magis sonat hæc litera: sed neutra placet: imò ambo simul admittuntur, scilicet cõiunctus uerbis tantum, & re tantum: vt ℣. de hæred. instituen. l. fi ita quis. & argu. ℣. de leg. 2. l. Męuio. in princip.
e ¶ Coniunctus sit. ℣ semper die ei cuius portio deficit.
f ¶ Potiorem. ℣ coniuncto re & verbis, vel verbis tantum. ℣ m Ioan. vel secundum R. coniuncto re & verbis. Nam coniuncto uerbis tantum præfertur secundum eum.
g ¶ Re autem non. ℣ sed alius sit re & verbis coniunctus eidem, secũdum Io. vel secundum R. est alius, qui re tantum coniunctus est.
h ¶ Coniunctus. ℣ re & verbis, secundum Io. vel re tũ secundum R.
i ¶ Potior sit. ℣ coniuncto verbis tantum, secundum omnes.
K ¶ Vt ipse præferatur.] qui re & verbis coniunctus est, secundum Io. vel secundum Rog. re tantum. & facit ℣. de verb. signi. l. triplici. & insti. de lega. §. fi eadem. & ℣. de leg. j. l. fi pluribus. & ℣. de hære. insti. l. interdum. in princ. & adde distinctionem, quæ est ℣. de vsufruc. accrescen. l. j. in fine.

¶ Fl. omnimodo.
¶ Flo. ut & ipse.
¶ li. 7. ad l. Iuliam & Papiam.

NOminatio. ℣ CASVS. Ad intellectum hujus l. nota, quòd cum instituo mihi plures heredes, & ab vno eorum nominatim lego Titio: ille solus debet præstare legatum Titio: vt ℣. eod. si plures. quid autẽ sit nominatim ab vno legare, dicit hic planè hæc lex. Viuianus.
l ¶ A quo. ℣ onerato. Accursius.
m ¶ Nomen. ℣ onerati, ut à primo herede, vel ab hærede legatarij: ut ℣. eo. fi fic. §. j. vel ab hæredibus simpliciter: ut ℣. eo. fi plures. Sic econtra in personam legatarij: ut ℣. de conditio. & demon. l. nominarim. & facit ℣. fi certum petatur. l. certum. & institu. de exhæred. libe. §. j.

PRædiis. ℣ CASVS. Instituì mihi hæredes filium meum Titium, & filiam meam Seiam: & prælegaui dictæ filiæ meæ prętiũ meũ Titianum & Seianum, & quosdã meos actores, & colonos, qui morabantur pro me in dictis prædiis, cũ reliquis eorum. certę illa reliqua colonorũ, & actorũ videntur filiæ legata, quę de reditu dictorũ prædiorum remanserunt penes dictos colonos, & actores, non autẽ illa, quæ ab eis exegi ante mortem meam.
¶ Ex his verbis ℣ Legaui Lucio Titio prędia mea, scilicet Titianũ, & Seianum cũ Prætoriis, sicut à me in die mortis meæ possessa sunt: certè videor ei legasse instrumentũ rusticum paratũ à me pro dictis prędiis: & omnia quæ in dictis prędiis erant à me parata vt esset instructior: non ab reliqua colonorum existentium in dictis prędiis.
¶ Pater filię. ℣ Legaui filiæ meæ quandam meam stationem in qua faciebã vendi purpuras p quosdã meos seruos quos illi negotiatores posueram: & legaui eadem purpuras quæ erant in dicta statione

habent [a] legatarij. Præfertur [b] igitur omnino [†] cæteris, [c] qui & re, & uerbis coniunctus est. Quòd si re tantum [d] coniunctus sit, [e] constat non esse potiorem: [f] si verò verbis quidem coniunctus sit, re autem nõ: [g] quæstionis est, an cõiunctus [h] potior sit [i]? Et magis est, ut ipse [†] præferatur. [k]

¶ Idem. [†] LEX LXXXVIII.

NOminatim legatũ accipiendum est, quod à quo [l] legatum sit intelligitur: licet nomen [m] pronunciatum non sit.

¶ *Verba generalia acceßorię apposita ad suum principale, restringuntur. Bar.*

¶ Idem. [†] LEX LXXXIX.

PRædiis per præceptionem filiæ datis cum reliquis actorum, [n] & colonorum, ea reliqua videntur [†] legata, quæ de reditu prędiorum [o] in eadem causa manserunt. [p] Alioquin pecuniam à colonis exactam, [q] & in calendarium [r] in eadem regione versam, reliquis non contineri neque co-

¶ Fl. Papi. lib 7. tũso.
† Cõcor. c. puenit ad nostras. in gl. sũ verbo, multa. ibi, argu. q̃ p̃ sequẽtia intelliguntur & prę sumunt p̃cedẽtia. di. 18. Ité ciuilimò intelligendũ est verbũ gl. in verbo ptinuẽ. c. sicut nobis. de verb. signi. lib. 6.

cnata vendẽdũ; & ét dictos seruos prępositos: certe non videor legasse ei pretium purpurę, quã vendiderant dicti serui in credentiã, neq; debita neque credita stationis: sed solos seruos & purpuras.
¶ Titio. ℣ Ego emi prędia Seiana, & Gabiniana, & vno pretio: & in rationibus, quas scribebã in quaternis meis, cum colonis prædiorũ, Semper intelligebam cũ dictis colonis cõtineri Gabiniana, appellatione Seianorum: & semper fructus vtrorũ quæ prædiorum simul miscebam. Feci testamentũ, & legaui Titio Seiana prędia, sicut ea cõparaui. Quæritur, vtrũ contineantur Gabiniana? Et dicitur, q̃ sic. secus autẽ si prędicta nõ fecissem cum dictis colonis, sed solum modò emisse Gabiniana cũ Seianis: quia tũc non continerentur Gabiniana.
¶ Balneas. ℣ Habebã stufam in domo mea, sicut habet Girardin' Salaros. Dictã meã domum legaui Titio: nũquid continetur stufa: & distinguit, aut publice stufam prębebã cuilibet volẽti intrare p̃ certa mercede, pone: aut nõ. Primo casu nõ vẽ contineri stufa sub legato domus, nisi multa concurrant. Vnũ est quod debet cõcurrere, q̃ stufa adiretur per intrinsecã partẽ domus legatę. Secundũ est, q̃ in vsu Girardini & vxoris suæ dominæ Lobardię fit quandoq; dicta stufa. Tertiũ est, q̃ mercedes stufę misceãtur in rationibus Girardini cũ mercedibus aliarũ rerum de domo ex quibus merces percipitur. Quartum est, q̃ vno cõmuni prętio cõparata fuisset stufa cũ domo legata. Quintũ est, quod vno cõi prętio instruãt cũ domo legata, puta cũ necessariũ est cooperiri domũ, cooperiẽ & stufa cũ ea: vel ét alia, quæ sunt necessaria ad instructionẽ domus, & stufę, sunt simul à Girardino. Secundo casu indistinctè continetur stufa domo legata.
¶ Qui domum. ℣ Ego emi horum vicinum domui meę, vt amęniorẽ domũ, & salubriorem possiderẽ: & per domũ cępi ire ad hortum, postea domum legaui Titio: certe continetur & hortus. Secus autẽ, si non emi dictis de causis: nam nõ cõtinebitur hortus legato domus. Quid de domuncula iunctæ dictæ domui à me legatę? certe continetur legato domus dicta domuncula, si duo interueniant, & nõ alias. Primum est, si domuncula fuit à me comparata cum domo vno prętio. Secundum est, si pensionem domus, & domũculæ ponebam simul in rationibus meis. Viuianus.

¶ Fl. constabit.
¶ Fl. uoluit.
¶ Fl. filio.
¶ Conditę.
¶ Fl. deest cũ Seianis.

n ¶ Actorum. ℣ qui fuerunt & ipsi filio prelegati, vel etiam eidem filiæ: vt ℣. dicitur.
o ¶ Prædiorum.] restringitur nomen reliquorum propter adiuncta vt ℣. tit. j. l. cum pater. §. dulcissimis & ℣. de seruitu. rustico. prædiorũ. l. qui duo.
p ¶ Causa manserunt. ℣ usque in diem testatoris. R.
q ¶ Exactam. ℣ per testatorem.
r ¶ In calendarium. ℣ fic euenerat, q̃ in calendariũ fuerat redacta. Alioquin sufficeret sola exactio ad hujus legati diminutionem, sicut in quolibet debito legato, vt ℣. tit. ij. l. fi fic. §. fi mihi. & ℣. eo. l. Ofidius. & dic uersam: non nomine filiæ alias secus: vt ℣. de pec. leg. l. fi. & sup. titu. j. l. antepenul in prin.
s ¶ Ad filiam. ℣ quare eorum reliqua ad se potius pertinere allegat filius: licet perperam.
t ¶ Voluerit. ℣ per quod volebat filia etiam pecuniam calendarii.
v ¶ Instructior. ℣ & sic etiam instrumentum patrisfamiliãs. sic inf. de fundo instructo. l. Sciæ. §. finali. & l. prædia. §. liberto. & ℣. eodem. l. quæsitum. §. prædia.
x ¶ Debentur. ℣ vt & ℣. eo. l. quæsitum. §. peto.
y ¶ Ibi. ℣ id est in taberna. Azo.
z ¶ Condita.] in taberna cum erant iam exacta: & dic purpurę venditæ. aliàs creditæ: sed tunc superfluit propter hoc q̃ dicit debita.
a ¶ Debita. ℣ scilicet pretia nõdum exacta: & facit ℣. de auro & arleg. l. vxori. §. i. & inf. tit. ij. l. generali. §. vxori. & inf. eo. l. vxorẽ. §. legauerat. & ℣. tit. 1. l. Caius. in princ. & inf. de fun. instru. & instru. legl. Sciæ. §. prędia. in prin. & §. i. & ii. & ℣. proxi. §.
b ¶ Con parata sunt. ℣ hinc oritur quæstio. R.
c ¶ Emptionis. ℣ not. quòd instrumenta emptionis non probant

Instrumentum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

fines plebatus, uel plebium, uel curiarum. sic C. de iure deli. l. cum aliquis. Sed arg. contra C. de contrah stipu. l. optimam.

a ¶ Et rationibus.] aliàs traditionibus: aliàs rationib id est, instrumento emptionis, & traditionis continetur Seiani vocabulũ tñ: & de Gabiniano cum eo fuit intellectum. Vel dic, instrumentis locationum, & traditionibus factis colonis à patrefamil.

b ¶ Continerentur. ‡ id est, significarentur: & facit ʒ. de reb. dubi. l. ʒ. & 2. & §. tit. ʒ. l. Caius. § final. & ʒ. de fundo instruc. & instr. leg. l. Seiẹ. §. Tyrandæ.

c ¶ Reditus. ‡ & fortè sunt sub eiusdem uilli ci cura, ut §. eo. l. patronus. §. Sempronio.

d ¶ Acceptolati.] aliàs acceptolati: & tũc plana: aliàs accepto legati: & tunc dic titulo, id est, nomine accepto id est electo, & expresso in legando: & legati essent, i. legati intelligerentur. Nimirum enim quo magis Seiano prædio, quasi toti pars cedat, ut Gabinianum, dñi satis erit destinatio, ut ʒ. de uerb. significat. l. locus. & §. tit. 2. quod in rerum. §. ʒ

e ¶ Constabat. ‡ unde legata domo continetur balneum, uel balnea, & hoc si nõ publicè prębuit: alias distingue, ut subiicit.

f ¶ Balneas. ‡ scilicet dicendum est.

g ¶ Adirentur. ‡ scilicet balneæ.

h ¶ Et mercedes. ‡ scilicet balneorum.

i ¶ Inter cęteras. ‡ scilicet mercedes.

K ¶ Et uno pretio. ‡ communi. & facit ʒ. proxim. §. & §. fin. & §. proxi. §. cũ suis cõcor. & nota. hunc §. & seq. quia faciunt ad quæstionem facti. Item facit §. de actio. empt. l. si mercede. § ʒ. Accur.

l ¶ Continebit. ‡ hortus. sic ʒ. de dam infec. l. quod conclaue. & §. de ser. urba. prędi. l. fi. & de ser. rustic. prędi. l. si partem. Item faciunt §. proxi. duo §. cum concor. & ʒ. de act. emp. l. fundi. §. fi. Accursius.

m ¶ Vno pretio.] maximè. Ad hoc enim ut cedat, sufficit domini destinatio, ut §. de le. ʒ. l. quod in rerũ. § ʒ. & not. §. ea. l. §. Titio. & faciũt ad hoc superiores tres §. cum suis concord.

S I mihi. ‡ CASVS Institui mihi hęredes filias meas Męuiam & Nigidiam: & ita postea dixi, si dictæ meæ filiæ erunt mihi hęredes tunc Męuia prędicta percipiat fundos meos Titianũ & Seianũ cum casulis, & custodibus eorum fundorum, & cum his oibus agris, uel ad coniunctionẽ cuiusq; eorũ fundorum obtigerint emptione, uel quolibet alio casu: & cum aliis mancipiis, & pecoribus, & iumẽtis, cæterisque vniuersis specieb. quæ in dictis fundis, & quolibet eorum erunt, cùm moriar, & uti optimi, maximique sunt dicti fundi, & sicut eos possedi in diẽ mortis meæ, & ut plenius dicã, sicut claudunt dicti fundi. me mortuo inuenitur in uno ꝑ dictis fundis, puta, Tiriano unum tabularium sicut sunt tabulæ campsorum: in quo tabulario sunt scriptæ emptiones pluriũ mãcipiorum & fundorũ, & in quo sunt scripta instrumenta uariorũ meorum contractuũ, & in quo sunt scripta nomina plurium debitorum. Quæritur, utrum prędicta quę continentur in dicto tabulario cõtineantur in dicto legato Mæuię? Et dicitur, non, imò remanent communia ei, & Nigidię.

¶ His uerbis. ‡ institui mihi hęredes Titium & Seium, & ita postea dixi, fidei hęredum meorum cõmitto, ut finãt Caium domus meas habere, in quibus habito, nullo omnino excepto, cũ omni instrumẽto, & repositis omnibus. nũquid uidetur legata dicto Caio pecunia numerata, quæ erat in dictis domibus, uel etiam instrumenta debito

literis & rationibus [a] appellatione Seianorum Gabiniana quoq; continerentur, [b] & utriusque possessionis confusi reditus, [c] titulo Seianorum acceptolati [d] essent.

¶ *Ex aditu iudicatur an balneæ, uel hortus cedant domui. Bart.*

¶ Balneas, legatę domus esse portionẽ constabat. [e] Quòd si eas publicè prębuit, ita demum [f] domus esse portionẽ balneas, [f] si per domum quoque intrinsecus adirentur, [g] & in usu patris familiàs, uel uxoris nonnunquã fuerant, [h] & mercedes [h] earũ, [i] inter cæteras, [i] meritoriorum domus rationibus accepto ferebantur, & uno pretio [k] cõparatæ, uel instructæ, coniunctæque fuissent. [l] Qui domum possidebat, hortum uicinum ædibus comparauit, ac posteà domũ legauit. Si hortum, domus causa comparauit, ut amœniorem domum, ac salubriorem possideret, aditumq; in eum per domum habuit, & ædium hortus additamentum fuit: domus legato continebitur. [l] ¶ Appellatione domus, insulam quoq; iunctam domui uideri legatã, [m] si uno pretio [m] cum domo comparata fuisset, & utriusq; pensiones similiter acceptolatas rationibus ostenderetur.

¶ *In legato generali non continentur instrumenta. Barto.*

¶ Idem. LEX XC.

S I mihi Męuia [n] & Nigidia [n] filiæ meę hęredes erunt, [n] tunc Męuia è medio sumito, prącipi-

to, sibique habeto fundos meos illum, & illum cum casulis, [o] & custodibus omnium horum fundorum, & cũ omnibus iis agris, qui ad coniunctionem cuiusque eorũ fundorum emptione, [p] vel quolibet alio casu obtigerint. Item cũ omnibus mancipiis, pecoribus, iumentis, cæterisque vniuersis speciebus, quæ in eisdem fundis, quòve eorum, cùm moriar, erunt, vti optimi, maximèque sunt, vtique eos in diem mortis meæ possedi, & (vt pleniùs dicam) ita vti claduntur. [q] In fundo autem vno ex iis, qui prælegati sunt, tabulariũ [q] est, in quo sunt complurium [q] mancipiorum emptiones: sed & fundorum, & variorum contractuum instrumenta: prætereà & nomina debitorum. Quæro, an instrumenta cõmunia [r] sint? Respondi, secũdùm ea, quæ proponerẽtur, [r] istrumenta emptionum item debitorum, quæ in fundo prælegato remanserunt, non videri legato [s] cõtineri. ¶ His verbis [t] domibus legatis, fidei hęredum meorũ committo, vti finãt eã habere domus meas, in quibus habito, nullo omnino excepto, [s] cum omni instrumento, & repositis omnibus, non videri testatorem de pecunia [u] numerata, aut instrumentis debitorum sensisse.

¶ *Nudũ præceptũ testatoris non valet. B.*

¶ Sęcuola. LEX XCI.

L Vcius [t] Titius testamẽto suo ita cauit, Nullo modo pdia

ris, Seia filia Titiæ inter aliàs res dictæ hęreditatis possedit diu dicta prædia suburbana, & domum. Decedens, instituit sibi hęredes quosdam extraneos. Quęritur, quis debeat habere dictas res vetiras alienari, vtrum extranei hęredes Seię, an verò ad Iuliũ debeãt pertinere, qui erat de familia testatoris? Et dicitur quod ad hęredes extraneos. Præceptum enim Lucij Titii fuit nudum: quia non fuit ibi causa prohibitionis: & ideò non valet.

¶ Sempronię. ‡ Ita dixi in testamento meo, Sẽpronię vxori meę reddi iubeo ab hęredibus meis centum aureos, quos mutuo ab ea accepi. Me mortuo petit dicta mea vxor ab hęredib. meis dictos c. aureos ex mutuo, & succubuit. Certe ꝑ iterũ petere ex fideicõmisso.

¶ Quidam. ‡ Titius in testamento suo legauit prędium suum Titianum, & Seianum, sicut possessa sunt, & quæcunque in eis erunt, cùm morietur dictus Titius, duobus suis libertis: certe mancipia, quæ in his prædiis morata fuerunt, operis rustici, vel alterius officij causa vsque ad mortem dicti Titij, pertinent ad libertos. Item cęterę res, quæ ibi fuerunt.

¶ Quæsitum. ‡ Institui mihi hęredes duos meos filios, cùm haberẽ quatuor filios, & duas filias: & rogaui institutos, vt restituerent fratribus suis: certe & sororibus tenentur restituere, nisi ego testator aliud sensi. ¶ Collegio. ‡ Titius legauit: cuidam collegio fabrorum fundum Titianum cum syluis, quę ei solent cedere, vti optimus, maximusq; est dictus fundus. Quę verba, vti optimus &c. tantum libertatẽ fundi significant, vt §. de lega. ʒ. seruo. §. fi fundus. Modò quęritur, vtrum cedat legato prædicto fęnum, & pabulum, & palea, & machina. & vasa vinaria, & dolia, & granaria non affixa in terra? Et dicitur, q̃ nõ. ¶ Ex parte. ‡ Titius instituit sibi hęredes, Seium, & Caiũ

& Seio

& Seio prælegauit fundũ suũ Iulianũ, & ab eo petiit hoc modo, Peto vti uelis cohęredẽ tibi recipere in dicto fundo Claudium. Quęritur, an Claudius habere debeat dimidiam fundi? Et dicitur, quod fic. Viuianus.

a ¶ Suburbana. ‡ i horti in ciuitate: ut C. de prę. mi. l. si prædium.

b ¶ Instituit. ‡ & sic facta est alienatio quam testator uetuit fieri, Azo. vt §. tit. ʒ. l. peto. §. fratre. Sed arg. contra §. de alie. iudi. l. ex hoc. §. alienare.

c ¶ Iullim. ‡ aliàs Iuliam: aliàs Iulium, cui testator erat agnatus, & sic quasi de familia, nolebat remanere extra familiam alienatũ.

d ¶ Ad hęredem. ‡ etiam extraneum.

e ¶ Nudum. ‡ sic §. de legat. ʒ. l. filius. §. diu. & §. eod. l. pater. §. Iulianus Agrippa. & cõtra. ibi positum, & hic potes ponere, & soluere. & facit ʒ. de condi. & demõ. l. Titio. in prin.

f ¶ Petens. ‡ adiecta cã ex mutuo: & secundo ager ex testamẽto.

g ¶ Victa. ‡ quod esse debuit nisi iurasset: ut §. tit. ʒ. l. Lucius. §. quisquis. & §. e. l. cum quis. §. codicillis.

h ¶ Fideicommis. petiti. ‡ nisi probetur error ductum & credentẽ debitũ legasse: ut C. de fal. cau. l. ʒ. & ʒ. de cõdi. & demon. l. cum tale. §. falsa.

i ¶ Quidam. ‡ facit §. eodem. l. quæsitum. §. prædia. & ʒ. de auro & argen. lega. l. si uxori. §. ʒ.

k ¶ Pertinere. ‡ nota appellatione fratris & sororem contineri: ut §. de pac. l. tres fratres, quia masculinum concipit femininum: ut §. eod. l. qui duos. & l. seruus.

l ¶ Collegio. ‡ quod est licitum collegiũ: ut ʒ. de iure immuni. l. fin.

m ¶ Optimus. ‡ quo uerbo liberum tãtum legat: ut §. tit. 2. l. seruo legato. §. fi fundus. Accursius.

n ¶ Defixa. ‡ id est, q̃ non fixa sunt: quia sic defierunt, secundum H. sic §. de usufruct. l. seu si qd. in princ. imò fixa. id est fita.

o ¶ Non esset. ‡ obscurè respon. sed dic, q̃ §. nominata nõ uidentur legata: quia fundi nihil est, nisi quod intra se affixum sit: ut §. de acti. empt. l. fundi. in prin. & ʒ. de sup. leg. l. fi. sed si dixisset instrumentum, uel cum instrumento continerentur instrumenta fundi prædicta, & patris famil. ut ʒ. de fund. instru. & instru. leg. l. quæsitum. § ʒ. & §. sed si fundus. sed simpliciter legato nequaquam, vt dixi: ut ʒ. de fun. instr. & instru. lega. l. 2. § ʒ. Accursius.

p ¶ Ex parte. ‡ sic per omnia §. eo. l. pater. §. fi. Sed contrà, §. e. l. Iulianus. §. ex his. Sol. in l. pater. in fi.

I S, qui complures. ‡ CASVS Titius habens quatuor libertos, tribus ex his fundum Titianum legauit: & ab eis tribus petiit, ut curarent, ne de nomine suo exiret dictus fundus. Mortuo Titio habuerunt tres liberti dictum fundum, posteà unus ex his tribus decedens uolebat relinquere partem suam dicti fundi quarto colliberto, cui nihil de dicto fundo fuerat legatum, & non illis, qui erant sibi comũ cti in legato, uel alicui eorum: certè dicitur, quòd bene potest hoc facere, nisi Titius testator aliud sensit, & hoc appareat. Sed quid, si dictus libertus decedens non reliquit suam partem dicti fundi alicui de tribus collibertis suis, sed cuidam extraneo? certè omnes tres dicti colliberti simul & ęqualiter possũt petere à dicto extraneo. Vi.

q ¶ Is, qui complures. ‡ puta, quatuor.

r ¶ Nomine suo. ‡ id est familia sua: uel dic, libertorum.

s ¶ Alij colliberto. ‡ non nominato.

t ¶ Factum. ‡ f. uo luntate testatoris.

u ¶ Alij.] scilicet nõ nominato. Accursius.

x ¶ Omnibus. ‡ non occupanti, & nõ nominatis tantùm: nã non sunt coniuncti, ex quo semel habuerũt: secus in usufruc. qui etiam posteà accrescit: ut §. de usufruc. accre. l. ʒ. §. fi. Item & hoc uerum, si omnes uolunt. Omnes enim sunt pariter proximi patrono: & ideò alter alteri nõ est præferendus: ut §. tit. ul. l. l. peto. §. fratre. Accur.

Q Visquis. ‡ CASVS. instituit mihi Titium, & Seiũ hęredes, & ita postea dixi, Quisquis mihi hęres erit, damnas esto dare, fideique eius committo, uti det quãtas summas dictauero, & dedero aliquibus. Post hęc uerba reliqui prędia quædam quibusdam, & quibusdam reliqui mancipia, & quibusdam uestem, & argentum. Nunquid dicẽtę res corporales ali quibus legatæ, continentur sub dictis meis uerbis, Quisquis mihi hęres erit, &c. ut & ipsæ debeantur, quamuis non uidetur esse in eis quantitas, uel summa. Et dicitur q̃ sic. Nam dictum uerbum, quantas, quod posui inter uerba mea, non pertinet tantum ad numeratã pecuniam, sed etiã ad corpora: & hoc potest sumi argumẽto dotis legatæ uxori per maritum: & argumento stipulationis, quæ interponi solet inter uenditorem & emptorem alicuius hęreditatis. Nam si maritus legat uxori tantam summam, quantam in dotem ab ea accepit, non solùm pecunia numerata, sed & cęterę res etiam corporales continentur, ut infrà, de dote prælega. l. uxori meę. Item si uendo tibi aliquam hęreditatem, & interponitur inter me & te illa stipulatio, quæ solet interponi hoc modo, Quia ego uenditor promitto tibi emptori, q̃ quanta summa peruenietat ad me ex dicta hęreditate, quàm tibi uendo, tibi restituã: non solùm continetur pecunia numerata, sed etiam aliæ res corporales de dicta hęreditate, quę ad me uenditorem peruenerint postquã tibi uẽdidi: ut habeas hic, & infrà, de uerbo signi. l. cùm stipulamur, & suprà, de hęre. uel act. uen. l. uenditor. fi ergo est ita in legato dotis, & in stipulatione hęreditatis uenditæ, ut dictum est, bene debet esse idem in nostro casu. Item & uerbum, summas, quod posui ego testator inter dicta mea uerba, Quisquis mihi hęres erit, &c. debet similiter accipi, sicut dictum est accipiendum uerbum, quantas: sicut ostensum est in dictis argumentis, scilicet dotis prælegatæ, & stipulationis uenditæ hęreditatis. Est & tertium argumentum ad probandum, quòd dicta uerba, quantas summas, &c. pertineant non solùm ad numeratam pecuniam, sed etiam ad corpora posteà legata. Non enim est uerisimile, quòd ego testator legassem corpo-

Infortiatum. H iiij ra ali-

Flo. ꝑdiũ suburbanũ

Flo. alienaret.

Fl. Iuliã, quæ.

Fl. pertineret.

Flor. mutuos.

Fl. si hãc.

Fl. nũdit.

Fl. cludã tur.

Fl. & cõplurium.

Fl. propo nuntur.

de sensu huius text. vid. Io An to. Rub. in l. Gallus. §. quidam rectè num. 199. de lib. & post.

lib. 3. Re sponso. intell. hu ius. l. uid. Alut. in Rub. §. de lega. 1. nu 101.

Fl. deest, demum.

Fl. fuerũt

Flo. eius.

Fl. cõi ꝑiunctũ fuisſent. alias, cõi iure ꝑiunctę fuisſent.

Fl. deest, legatam.

Fl. Paul. lib. 13. ręſ.

Inq̃ũ iſte te. dicit q̃ iſtrumẽta ñ uenũt in legato gñali, eſt limitatius tex. l. cũ alienam. C. de leg. ubi dr, q̃ i legato gñali uenit oẽe eius, qd q̃s hẽt i re, ſiue reale ſit, ſiue perſonale. de quo uid. l. ſi domus. §. 2. §. de le. ʒ.

Fl. Negidia.

Fl. Valẽs lib. 2. fidei commiſſo.

Fl. quęre bat.

Fl. debere.

lt. ij. fidei commiſſo. aliàs Nera tius.

Universidad de Deusto
c ¶ Filium. ℣ CASVS Titius instituit sibi hęredē in tribus unciis hęreditatis suę vxorē suam Titiam: & Seium suum filium, quem habuerat ex alia vxore: infirmū existētem, & minorem xxv. annis instituit sibi hęredem in ix. unciis: & cōmisit fidei dicti sui filij, ut nouercę suę suprà dictę restitmeret dictas ix. uncias: à dicta autem nouerca petiit, ut infirmitatem prędicti filij sui priuignī cōmēdatā haberet, & ei filio præstaret denos aureos mēstruos, donec dictus filius peruenerit ad xxv. annū & cùm implesset dictam ętatem, partem dimidiam hęreditatis ei restituereт dicta nouerca: & posteà decessit hic Titius testator. Posteà dictus filius existēs adhuc minor xxv. annis restituit dictę nouercę hęreditatem, deducta ex Trebelliano quarta parte dodrantis, ex quo à patre institutus fuerat: & ita restituit nouercę sex uncias, & tres partes alterius uncię: & retinuit sibi duas vncias cum quarta parte alteri[i] vncię. Postmodum factus est dictus filius maior xxv. ann. & ita venit tempus, quo nouerca erat rogata à testatore de restituēda priuigno dimidia parte hęreditatis, ut dictum est. Modò quęritur, qualiter debet accipi illa dimidia hęreditatis, quam nouerca debet priuigno restituere. Videt quibusdam, quòd ipsa debeat ei restituere dimidiam totius hęreditatis testatoris, id est, sex vncias. sed non est uerū: imò debet restituere solummodo tantum eius, quod haberet de hęreditate, quantum faciat semissem, id est sex vncias hęreditatis, computato in eo semisse illo, quod detraxit filius per Trebellianum, cùm restituit nouercę dodrantem. detraxit autē duas uncias, & quartam partem alterius vncię, vt dictū est. Vnde apparet, quòd nouerca nō debet ei restituere nisi tres vncias, & tres partes alterius uncię, & ita habebit sex uncias filius. Nam nouerca tempore quo restituit priuigno dimidiam hęreditatis, non inuenitur habere de vniuersa hęreditate testatoris, nisi dodrantem. id est ix. vncias, & semunciam, id est mediam vnciam, & siliquam. id est, quartam partem vnius uncię, id est, computatis tribus vnciis in quibus fuit instituta à viro, inuenitur habere ix. vncias, & mediam aliam unciam, & quartam partem alterius vncię. Restituit ergo priuigno tres vncias, & tres partes alterius vncię, ut dictū est. & sic retinet sex vncias, & ita nouerca inuenit habere sex vncias, & priuignus alias sex de eota hęreditate testatoris. Sed nūq d ſi nouerca restituit priuigno tres uncias, & tres partes alterius vncię, vt dictum est, debet similiter eidem restituere & fructus, qui exiuerunt de dictis tribus vnciis, & tribus partibus alterius vncię à tempore mortis testatoris vsque ad tēpus quo eas vncias priuigno restituit? Et dicitur, quòd sic, & hoc intelligitur ex uerbis testatoris. qui dixit infir-

† Fl. quod viuet.
† Fl. deest do lego.
† Fl. deest &.
† Fl. respōdit.
† Flo. sunt.
† libro 18. Digestor.
† Fl. morarentur.
† Fl. ex parte.
† Fl. rñdit.
† Hierophylax, sacrorum custos Græcē dr, latinē ædituus.
† Fl. hierophylaco. vide in hunc locū Alex. ab Alexan. lib. Geni. die. 5. c. 15.
† Fl. denaria.
† Quidam filiū, & de intell. huius tex. uide Corasi. l. cū virum. nu. 48. C. de ñdeicōmiss. & Lā coll. polit. in l. filium quē. num. 105. C. famil. hereit.
† Fl. haberet.
† Fl. & Siciliců. constat duab' drachmis. Alciat. ad titu. de metal. lib. 11.
† Fl. rñdit.
† Flo. deest quidem.
† Per hoc dicit gl. ij. in c. edoce ri. d rescri. q̄ nomine Prælati ecclesia destinatur.
† Fl. respōdit.
† lib. 11. Digestorum.
† Fl. q̄ prædiis. alꝭ q̄ ex prędiis.
† Fl. præstātur. alꝭ præstatur.
† Fl. præstantur.
† Fl. respōdit.
† Fl. deest.
† Fl. lęgauit, uti.
† Tu vide in hunc locum Alcia tum, in annotationibus ad tres poste. li. C. tit. de metallariis. & Bartolinū Pium, i an no. ad leg. cxxvj.
† Fl. adiudicatis.

fundi reman ns apud Stichum: legatum autem Pamphilæ non erat, nisi x. quolibet anno, vt dictum est. Viuianus.

a ¶ Legata sint. ℣ scilicet dena, qui scilicet reditus sufficerent ad annuam præstationem decem, etiam si medietatē fundi Falcidia auferret: quòd tū facere non poteſt, nisi ad plus, quartam: cū in singulis rebus, Falcidia imponatur, ut C. ad l. Falcidi. l. in imponēda. licet q̄dam contrà, ut ibi no. pro quibus erat hęc l. Item malè dixit x. ex reditu legata, sed dic, id est, occasione fundi cuius reditum haberi libertus. nam aliàs non posset onerari. Accursius.

b ¶ Minutum. ℣ Not. legatarium non detrahere Falcid. Sed cōtrà ℣. ad l. Falcid. pœnales. § fina. Sol. ibi rei legatę pars fideicom cōtinetur, ideoq; pro rata diminutionis damnū iustè sentit fideicōmis. at hic secus, ut apparet per id quod dicit, annua decē &c. & eodē modo fol: ℣. si cui plus, quàm per legē Fal. videamus. & ℣. ad Treb. Lucius. §. hęres. & l. facta §. si Titius. & ℣. de conditio & demonstratio. l. Plautius. & in qualibet earum no. & sic etiam non obstat ℣. titu. j. l. fina. §. i. & de leg. j. l. antepe. in principi. item facit ℣. titu. ij. cū pater. §. j. & quod not. C. commu. de leg. l. j. Accur.

c ¶ Filium. ℣ CASVS Titius instituit sibi hęredē in tribus unciis hęreditatis suę vxorē suam Titiam: & Seium suum filium, quem habuerat ex alia vxore: infirmū existētem, & minorem xxv. annis instituit sibi hęredem in ix. unciis: & cōmisit fidei dicti sui filij, ut nouercę suę suprà dictę restitmeret dictas ix. uncias: à dicta autem nouerca petiit, ut infirmitatem prędicti filij sui priuignī cōmēdatā haberet, & ei filio præstaret denos aureos mēstruos, donec dictus filius peruenerit ad xxv. annū & cùm implesset dictam ętatem, partem dimidiam hęreditatis ei restituereт dicta nouerca: & posteà decessit hic Titius testator. Posteà dictus filius existēs adhuc minor xxv. annis restituit dictę nouercę hęreditatem, deducta ex Trebelliano quarta parte dodrantis, ex quo à patre institutus fuerat: & ita restituit nouercę sex uncias, & tres partes alterius uncię: & retinuit sibi duas vncias cum quarta parte alteri[i] vncię. Postmodum factus est dictus filius maior xxv. ann. & ita venit tempus, quo nouerca erat rogata à testatore de restituēda priuigno dimidia parte hęreditatis, ut dictum est. Modò quęritur, qualiter debet accipi illa dimidia hęreditatis, quam nouerca debet priuigno restituere. Videt quibusdam, quòd ipsa debeat ei restituere dimidiam totius hęreditatis testatoris, id est, sex vncias. sed non est uerū: imò debet restituere solummodo tantum eius, quod haberet de hęreditate, quantum faciat semissem, id est sex vncias hęreditatis, computato in eo semisse illo, quod detraxit filius per Trebellianum, cùm restituit nouercę dodrantem. detraxit autē duas uncias, & quartam partem alterius vncię, vt dictū est. Vnde apparet, quòd nouerca nō debet ei restituere nisi tres vncias, & tres partes alterius uncię, & ita habebit sex uncias filius. Nam nouerca tempore quo restituit priuigno dimidiam hęreditatis, non inuenitur habere de vniuersa hęreditate testatoris, nisi dodrantem. id est ix. vncias, & semunciam, id est mediam vnciam, & siliquam. id est, quartam partem vnius uncię, id est, computatis tribus vnciis in quibus fuit instituta à viro, inuenitur habere ix. vncias, & mediam aliam unciam, & quartam partem alterius vncię. Restituit ergo priuigno tres vncias, & tres partes alterius vncię, ut dictū est. & sic retinet sex vncias, & ita nouerca inuenit habere sex vncias, & priuignus alias sex de eota hęreditate testatoris. Sed nūq d ſi nouerca restituit priuigno tres uncias, & tres partes alterius vncię, vt dictum est, debet similiter eidem restituere & fructus, qui exiuerunt de dictis tribus vnciis, & tribus partibus alterius vncię à tempore mortis testatoris vsque ad tēpus quo eas vncias priuigno restituit? Et dicitur, quòd sic, & hoc intelligitur ex uerbis testatoris. qui dixit infirmitatem filij habere nouercam commendatam. unde uidet uoluisse, quod fructus prædictos ei restitueret. Viuia.

c ¶ Commendatam. ℣ hic oritur ultima quæstio.

d ¶ Hæreditatis. ℣ No. hæreditatis, scilicet totius, non hęreditariā: quia tres tantum unciæ quas iure institutionis, habet; ueniūt in restitutionem: non autem quod per Treb. filius nouercę restituit: uel licet dixisset, tamen ve nirent, quia hęc uidet esse defuncti uolūtas: aliàs autē dic ut C. de fideicom. cùm virum.

e ¶ Quarta parte. ℣ quę est, duę vncię, & quarta alterius.

f ¶ Restituit. ℣ quod fuit vj. uncię, & iij. partes alterius uncię.

g ¶ Semūciam. id est mediam vnciam.

h ¶ Siciliquum. ℣ id est quartam vnius vncię. Quod sic colligetur: habet enimtres vncias iure institutionis, item habet sex & tres partes alterius, iure restitutionis: & sic habet nouē, & dimidiam, et quartā vncię. Et not. quòd in lib. Azo. est siciliquum, aliàs siliquam, uel siliceum. & semper est idem sensus, scilicet vt quartā vncię, siue xlviij. partē assis contineat, uel cuiuslibet rei. & facit qd de hoc no. C. de episco. & cler. authen. sed hodie. Item ad hanc computationem facit instit. de hęre. instit. §. hęreditas.

i ¶ An eius. ℣ scilicet totius quod habet, qd est verè dextans. non nisi quarta vncię mun'. Accur.

k ¶ Cum eo. ℣ quod erat sextās, & quarta vnius vncię. sic ergo quatuor vncias restituet de eo, quod habet, deducta quarta vnius, & filius habet ij. & quartam alterius, & sic semissem habebit.

l ¶ Voluerit. ℣ in prędicti temporis dilatione.

m ¶ Deberet. ℣ scilicet omnes, qui menstruam superabant dationē.

n ¶ Debere. ℣ scilicet ex tacita uoluntate patris. prēsumitur enim pater inducias medij tēporis ,p utilitate filij posuisse. ut & ℣. e. Quintus. in fi. & ℣. de leg. ij. si ita. §. Pegasus. aliàs in fructib. aliter distinguitur, utrum ueniant in restitutione, ut no. C. ad Tre. iubemus. & facit ℣. de vsur. l. in fideicōmissi. §. cū Pollidius. & ℣. e. eū qui. & ℣. de re. iu. cū in tēpus. & ℣. tit. j. generali. §. duas. & ℣. ad tre. l. facta. §. si hęres. A.

¶ Lucius Titius. ℣ CASVS Lucius Titius istituit sibi hęredes Seium, & Caium, & ciuitati Sebastenorū, quę erat sua patria, cētū legauit ita, ut alternis annis ex vsuris eiusdem pecunię celebrarentur in dicta ciuitate certamina suo Lucij Titij nomine: & posteà hęc uerba adiecit, Si cōditiōe sup. scripta noluerit dicta ciuitas recipere dictā pecuniam, nullo mō uolo ei esse obligatos hęredes meos: imò uolo, ,p sibi habeant dictā pecuniā: & posteà decessit dictus Lucius Titius testator. Posteà uenit ,pcurator Reipublicę Sebastenorum, & petiit dictam pecuniam ab hęredib. dicti Lucij Titij coram Prēside illius prouincię in qua erat dicta ciuitas Sebastenorum: & cū nō inuenirетur in hęreditate pecunia, uel alię res mobiles, uel immobiles elegit prēses idonea nomina hęreditaria, & dedit ea in solutum dictę Reipub. vsq; ad quātitatē prędictam ei legatā. posteà aucē dicta Respu. exegit pecuniā à ,p busdā de dictis debitoribus, quorū nomina erāt ei adiudicata, & à quibusdam nō exegit, posteà Respub. ,p dicta desiit alternis annis certamina facere, quę iusserat dictus testator fieri. Et sic, ut dixit testator, debet remanere dictum legatum apud hęredes. Quęritur ergo, qualiter sibi possint hęredes consulere? Et respond. quod possunt repetere à dicta Repub. illas summas, quę ,p numerationē, uel nouationem Reipub. solutę sunt à dictis debitoribus: à debitoribus autē, qui soluerant adhuc dictę Reipub. uel non promiserāt animo nouādi dictę Reipu. possunt repetere ,p bitū dicti hęredes.

o ¶ Certamina. ℣ id est festiuitates, quę sub ludibrio non fiant, sed sub commemoratione aliquorum honestorum morum, uel rerū bonarum prēteritarum boni exempli gratia ex eis capiendi. R. ut dixi ℣. l. annua. Accur.

p ¶ Adiudicauit. ℣ sic ,p res iudicata præiudicare videt hęredibus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Voluntati.ʒ licitæ tamen, ut ʃ. tit. j. l. legatum.
b ¶ Vtili repetitione.ʒ id est efficaci, scilicet condictione sine cã, uel ob causam, ut ʒ. de condi. ob causam. l. si hæres, & ʃ. tit. j. l. q. dam. & ʒ. d legat. ij. l. antepe. §. à te. & hoc nisi iussu præsidis fuerit erogata in muros ciuitatis, ut C. de expen. ludo. l. j. & ʃ. de admi. re. ad ciui. p. tit. j. & iiij. & ʃ. titu. j. l. legatum. secundùm R. & Hugo. sed hic ex præsuè dicit testator remanere apud hæredes si ciuitas nollet festum facere. Acc.
c ¶ Non prohibendo.ʒ quoniam hoc casu nihil præses iudicauerit. & facit C. de don. quæ sub modo. l. ii. Item nota. ex hoc §. Relictum sub modo, debere solui ante completum modum cautione exacta, ut nota. C. de iis, quæ sub modo. l. j. Accur.
¶ Largius Euripianus.ʒ CASVS Seius habens Titium libertum suum, eúdemque eius alumnum, fecit testamẽtum, & instituit sibi hęredes Primũ, & Secũdum, & legauit dicto Titio suo alumno, & liberto cẽtũ. & posteà ita dixit in eodem testamento, Dicta cẽtum uolo esse penes Publium Mæuium usq; ad xxv. annum ætatis dicti Titij legatarij: & p ea pecunia uolo cõputari cum eo Publio Mæuio usuras quadrãtes per eũ præstandas dicto Titio legatario. quantum autem ei Titio statuendum sit nomine sumptuum, tu Publi Mæui, æstimabis, cùm patris affectum ei Titio præstare debeas, & posteà decesisit dictus Seius testator. Posteà nemo dictus Publius Męuius ad dictos hęredes, & periit ab eis dicta centum, & ipsi soluerunt non exacta ab eo aliqua cautione de attendendis dicto Titio iis, quę testator iusserat. Posteà autem dictus Publius Męuius fuit factus non soluendo, & sic nõ attendit Titio, nec attendere potest illa, quę testator iussit, unde Titius, uel hęredes Titij, eo Titio mortuo uolunt agere cõtra dictos hęredes testatoris, p eo quòd à Publio Męuio satisdationem nõ exegerũt. Quęsuit Largius Euripianus à Sęcuola iurisconsulto, utrum possent. Et ipse respondit ei, quod non possunt, nisi viuente testatore Publius Męuius soluendo esse desiisset. tunc enim bene debuissent hęredes ab eo satisdationem exigere, soluentes ei dictam pecuniam: & si non exigerunt, tenentur dicto Titio liberto testatoris, eidemquem alumno testatoris, & legatario. Viuianus.
d ¶ Consuluit.ʒ scilicet me Sęcuolam, dicens, alumno &c.
e ¶ Eius.ʒ scilicet liberti.
f ¶ Computari.ʒ repete, uolo, ut ita singulis annis Publius liberto tales vsuras præstet. Accur.
g ¶ Debeas.ʒ quia es fortè socer eius, ut ʒ. sol. mat. l. quia parentis.
h ¶ Satis accipere.ʒ tam de vsuris per tempora, quàm de sorte post xxv. annum liberti et restituendis. Accur.
i ¶ Habuisse.ʒ id est debuisse, uel id est, satis fore, si numerauerunt: licet cautionem non exegerint. Accur.
k ¶ Liberatos.ʒ hoc autem contingit triplici ratione: una, quia testator nihil dixit de satisdatione, ut hic, alia, quia paternum testimonium eum excusat, ut & aliàs in satisdat. rem pupil sal. fo. quę remittitur tutori testamentario, ut inslit. de satisda. tuto. §. i tertia, quia est publicus minister. & nullum in hoc habet commodum, aliàs locus ut in contrario, ut ʒ. tit. i. §. si tibi. & ʃ. de condit & demonstr. a. l. Titio in princ.
l ¶ Vtemur.ʒ post factum testamentum, uel etiam antè, cùm hoc ignorabat testator, ut arg ʃ. ut in poss. lega. §. i à quo. §. fin. & l. seq. & ʒ. qui satisd. cogan. ab arbitro §. j. & idem multo magis si post eius mortem, quia non est uerisimile patrem habuisse ei fidem lapso facul

Fl. respõdit.

posteà non paruerit, legatum ad filios hęredes pertineat? Respondi†, Rempublicam testatoris voluntati[a] parere compellendam: ac nisi faciat, in iis quidem summis, quæ per numerationem, vel nouationem solutæ sunt, vtili repetitione[b] hęredes adiuuandos. Ab ijs verò nominibus, quæ neq; soluerunt Reipublicæ, neque nouatione abscesserunt, à pristina obligatione non prohibendos[c], quò minùs debitum petant.

¶ *Minister electus ad distribuendum satisdare non debet, nisi pauper fiat testatore ignorante. Bartol.*

¶ Largius Euripianus cõsuluit[d], alumno certam pecuniam patronum testamento legasse, dęq; ea re testamento ita cauisse, Pecuniam, quam Titio liberto meo, & alũno legaui, esse volo penes Publium Mæuium vsque ad xxv. annum ætatis eius[e], próq; ea cõputari[f] cum eo vsuras quadrantes. Quantum autem ei statuendum sit in sumptum, tu Publi Mæui, cùm patris affectum ei præstare debeas[g], æstimabis. Quęsitũ est, an hęredes a Publio Mæuio satis accipere[h] debuerint soluẽtes eã pecuniam? Respõdit†, cùm testamento nulla exigendæ satisdationis commemoratio fiat, satis

Fl. respõdit.

tatibus, & opulentia, ut ʒ. de confirmatio. tuto. in pfirmando. & l. utilitatem. & ʒ. de adimen. leg. l. iiij. §. fin. Acc.

¶ Pater duos.ʒ CASVS. Caius habebat unam filium maiorẽ xxv. annis, qui uocabatur Seius, & habebat alium filium impuberem, qui vocabatur Publius Mæuius: hic eorũ pater institutit eos hęredes, p æquis partibus, & in partẽ dicti Publij Mæuij minoris reliquit prædium Titianum & Seianum, & legauit eidem Publio Mæuio centum cum xiiij. annos impleuerit: à Seio autem maiore filio petiit in hęc uerba, A te peto Sei, ut des matri fratris tui Publij Męuij annua x. ab annis xii. eiusdẽ tui fratris, vsque ad xiiij. ad studia liberalia addiscenda per dictum tuum fratrem, & ut soluas tributa pro dicto tuo fratre, donec bona ei[a] ei restituas. Nam bona eius, siue partem, uolo quòd teneas tanquã tutor, donec ipse habebit xiiij. annos. Item uolo, quòd ad te perueniãt reditus dictorum prędiorum, quę uenerunt in partem dicti tui fratris, donec ipse tuus frater perueniat ad xiiij. an. posteà decesit dictus Cai[b] testator, & posteà dictus Seius maior frater decesit, antequã minor frater consecutus esset xiiij. annos. & instituit sibi hęredem quendam extraneum. Nũquid erit in eadem conditione hęres eius Seij, in qua erat ipse Seius dum uiuebat, scilicet, ut possit recipere fructus fundorum prędictorum, qui venerunt in partem minoris fratris donec minor frater habeat xiiij. ann. & ut teneatur prestare minori fratri cẽtum prędicta ei legata, & ut teneatur prestare matri minoris fratris annua x. à xii. annis minoris fratris, usque ad xiiij. an. ad studia liberalia addiscenda per dictum minorem fratrem, & ut teneatur tributa minoris fratris soluere, sicut hęc omnia tenebatur facere Seius maior frater, si uiueret: an uerò id omne, quod dictum est[c], protinus ad Publium Męuium pupillum, & ad tutores suos transferri debeat, ita quòd nihil habeat ibi facere hęres Seii maioris fratris? Et respõdi, quòd transferri debet ad minorem fratrem, & tutores suos, cùm maior frater morte preuentus est, ut dictum est. Si autẽ nõ fuisset mortę preuentus ante xiiij. ann. minoris fratris, non transiret prędicta ad minorem fratrem, & tutores suos ante xiiij. an. imò teneret maior frater usque ad xiiij. ann. non autem plus. Testator enim cùm ita rogauit maiorem fratrem, ut dictum est, intelligitur quasi cum tutore locutus, scilicet, ut tempore, quo tutela restituenda est, id est tẽpore xiiij. annorum minoris fratris finiãtur illa quę iussit prestari per maiorem fratrem minori: & finiatur perceptio fructuum, quã debebat facere maior frater de dictis prędiis, quę uenerunt in partẽ minoris fratris. Vi.

Fl. etiam à Titio.

Flo. ut ab annis.

a ¶ Anniuersaria.ʒ id est singulis annis.
b ¶ Præstetur.ʒ id est relinquatur hęredi fratris.
c ¶ Transierint.ʒ cum onere eiusdem præstationis.
d ¶ Et tutores.ʒ datos de nouo post mortem fiduciarij. Accur.
e ¶ Locutum.ʒ scilicet cùm fuit locutus cum fratre maiore.
f ¶ Restituenda est.ʒ à tutore fiduciario, qd̃ est ea finita, non prius: ut instit. de attilia. tut. §. fin. quę finitur morte tutoris, & aliis modis, ut instit. quib. mod. tut. fi per totum.
g ¶ Et tutores eius.ʒ scilicet posteà datos.
h ¶ Fratris.ʒ si enim maior frater fratris impuberis fuit tutor, semp illis uerbis, quibus testator iussit restituere eũ res pupilli, post pubertatẽ, intelligitur restitutionẽ uelle fieri quoquo tẽpore tutela finiretur, ut pubertatis, uel xiiij. ann. appellatione omnis tutelæ significetur terminus. Si uerò nõ est, scilicet frater maior minoris fratris tutor: sed alius minoris fratris fuit tutor: iubendo pater prędia, pecuniãque filio prælegatã in tẽpus pubertatis eius minoris apud maiorẽ fratrẽ remanere tutelę iudicio: fratrem sanguinis necessitate fideicommisi remedio prætulisse creditur testator, potiùs quàm maiori uoluisse consultum. Cùm ergo fratris hęres pupillo nõ sit ex necessitudine coniunctus, sicut defunctus, prædiorũ reditus (quãuis frater eos fuisset lucratus) minime percipiet: cùm non eadem quæ fratri, habeatur fides, ut ʒ. de lega. ij. cùm pater. §. curatoris & de vsur. l. iii. §. cùm Pollidius. R. lucraturus. dico fuisset, si hoc voluisset testator expressè, non aliàs ut dictis ll.
i ¶ Quotiescunque.ʒ id est quotannis.
k ¶ Minus annuo.ʒ quia fortè ante annum è morte patris nupsit.
l ¶ Expletus.ʒ & in viduitate.
m ¶ Tamen deberi.ʒ tota cẽtum: ut ʒ. eo. à vobis. & facit C. de indi. vidui. l. fina. §. sed quia. & ʃ. quando di. lega. ced. nec semel. Accur.

Fl. deest &.

Fl. rfidit.

Fl. intelligit testator quasi cũ tutore locutus.

Flo. est.

Flo. ęcit hęc.

Fl. Alfenus varus lib. 2. Digesto. à Paulo epitoma eorum.

Fl. si filia minus annui temporis.

Fl. deest expletus.

Fl. Marcianus lib. 6. Institutio.

Fl. Seuerus.

Vm quidam.ʒ ASVS In testamẽto meo iussi hęredi meo, ut die natalis mei diuideret inter Decuriones Bononiæ centum libras de hęreditate mea. Certè quolibet anno in perpetuum debet hęres meus diuidere inter decuriones cẽtũ libras in simili die, qua ego natus fui. Quidam autem dicebant, & malè, quod uno tantum anno deberet dare. Vi.
n ¶ Diuisiones.ʒ id est aliquid inter eos diuidendum: sic suprà, de lega. j. cinitatibus.
o ¶ Natalis.ʒ id est tali die quali natus fuit: sic C. de fer. omnes. uel die quali decessit, quasi nunc nascatur ad gloriam, vt fit de natiuitate sanctorum.
p ¶ Perpetuo.ʒ sic ʒ. eod. legatum. in princip. & l. annua. §. fin. in fin. & ʃ. l. proxi.

Vm erat.ʒ ASVS Titius legauit c. Reip. Sardianorum, ut inde fieret in quoliber capite quatuor ãnorũ quoddam certamẽ, siue ludus, qui appellabatur in dicta cinitate Chrysanthianus: certè non uidetur esse relicta dicta pecunia præstanda tantum per unũ quadriennium, sed ut præstetur perpetuo dictę Reipub. causa faciẽdi dictum ludum in quolibet capite quatuor ann. Viuia.
q ¶ Id est.ʒ hoc uerbũ, id est, ponitur exemplificatiuè pro, sicut, nõ

conditio percipiendi reditus fundorum anniuersaria[a] prętetur[b]: & alia quæ præstaturus esset, si viueret Seius, ad hęredẽ eius trãsierint[c]: an verò id omne protinus ad pupillũ, & tutores[d] transferri debeat? Respondi, secundũ ea, quæ proponerentur, intelligi testatorem quasi cum tutore locutum[e]: vt tempore, quo tutela restituenda[f] est, hęc quæ pro annuis præstari iussisset, percipiendisq; fructibus, finiantur: sed cùm maior frater morte puentus sit[g], hęc omnia, quæ relicta sunt, ad pupillum, & tutores eius[h] confestim post mortem fratris[h] transisse.
¶ *Sufficit anni initium esse cœptum: hoc dicit, habes simile suprà eo. l. à nobis. Bar.*
¶ Alphenus. LEX XXII

Filiæ meę, quotiescunq; vidua erit, in annos singulos centum hęres meus dato. Quęritur, si filia minùs annuo[i] tempore vidua fuisset, nunquid minus ei centum deberẽtur? Respondit sibi videri, tametsi totus annus nondum fuisset expletus[l], tamen deberi[m].
¶ *Legatum relictũ in diem reiterabile, intelligit esse annuũ, & perpetuum. Bar.*
¶ Marcellus. LEX XXIII

Cum quidã decurionibus diuisiones[n] dari voluisset die natalis[o] sui, diui Verus & Antoninus, rescripserũt, nõ esse verisimile testatorẽ de vno anno sensisse, sed de perpetuo[p] legato.
¶ *Tantum est dicere, per quadriennium, quantum, singulis quadrienniis: eadem ratione, tantum est dicere per annum, quantum, singulis annis. Bartol.*
¶ Idem. LEX XXIIII

Cum erat pecunia certa, id est[q] c. Reipublicæ Sardianorum relicta per quadriẽnium[r] certaminis Chrysanthiani: diui Verus[s], & Antoninus, rescripserunt videri perpetuam[t] pensitationem reliquisse testatorem per quadriennium, non in primum[u] quadriennium.
¶ Caius. LEX XXV.

Filiofamiliàs quoad in potestate patris sit, in annos singulos dena[a] dari possunt.

De vsu, & vsufructu, & reditu, & habitatione, & operis per legatũ vel fideicõmissum relictis†.

TITVLVS II.

¶ *Vsusfructus seruitutis realis nõ potest legari, ut propriè præstetur: sed præstabitur prout potest. Bartolus.*
¶ Paulus. LEX I.

Nec vsus, nec vsusfructus itineris[a], actus, viæ, aquæue ductus[b] legari potest[c]: quia seruitus seruitutis esse nõ potest. Nec

Fl. deest expletus.

Fl. Seuerus.

Flo. ęcit hęc.

Fl. Seuerus.

Fl. valens lib. 2. ff. de ciõmisso.

Fl. datis.

Fl. ad. Sabinũ.

Fl. aquæductũ & ad intellẽm huius l. vide Ioã. Lõgoual. in Imperiũ. nu. 128. & seq. de iur. omnind.

a ¶ Quadriennũ.ʒ id est ut semel fiat præstatio in quadriennio.
s ¶ Perpetuam.ʒ aliud in vsufru. Reipub. relicto, ut ʃ. tit. j. fi vsusfru. ubi. finitur centum annis, ut not. ʒ. eod. annua. vel fortè idem erit hic quod ibi dicitur in vsufru. Accur.
t ¶ Primũ quadriennium.ʒ scilicet tantum: & facit ʒ. l. proxi. cum suis concor.

Filiofamil.ʒ CASVS Legaui filio Titij ẽ eius potestate cõstituto dena in singulos annos, donec in potestate dicti sui patris erit. Certè ualet dictũ legatum, & contemplatione patris videtur filio relictum: & ita pater peter. Viuia.
v ¶ Dena.ʒ uel proprię id est decem, & x. uei impropriè, id est x. tantum. & facit ʒ. de legat. j. si quis testõ. Acc.
x ¶ Dari.ʒ relinqui, ut dentur, quæ pater petet quasi sibi relicta, ut ʃ. de conditio. & demõstra. l. filio. & not. ʒ. eo. annua. §. j. & dicitur uatere ex persona filij, sicut in simili ex pśona serui, ut ʒ. de legat. ij. de bitor. §. fina. & facit ʒ. de leg. j. seruo alieno. in prin. Accur.
¶ DE VSV, ET VSVFRVCT. &c.
¶ *Sed quid differt hic titul[a] ab illo de usufr. suprà? quo de his tractatur? Respõ. hic è ultima uoluntate tantũ prosequitur plenè: ibi etiam inter uiuos.*

Ec vsus.ʒ CASVS Ego habebam seruitutem itineris, uel viæ, uel actus, uel aquęductus in prædio Titij vicini mei: feci testamẽtum, in quo institui mihi hęredẽ Caium, & legaui Sempronio vsumfructum, uel vsum alicuius de dictis seruitutibus, quas habebã in fundo dicti Titij mei vicini, & posteà decessi. venit Sẽpronius legatarius, & petit à dicto Caio hęrede meo vsumfructum, uel vsum dictarũ seruitutum: nũquid potest? Et dicit q̃ non. & est ratio, quia seruitus seruitutis esse nõ potest. vsusfructus autem usus est seruitus, scilicet personalis, & sic nõ potest cõstitui aliqua dictarum seruitutũ realium. Sed oppo. nonne continetur in quodã senatusconsulto, quod est ʒ. de vsufruct. earũ rerum, quæ vsu consu. l. j. quòd omnium, quę in bonis nostris sunt, vsumfructũ legare possimus? Certè sic: ergo uidetur q̃ vsumfructum dictarũ seruitutum nobis competẽtiũ legare possumus. Sed hoc non obstat iis quæ supra dixi: quia seruitus itineris, uel actus, uel viæ, uel aquęductus nõ est ex bonis nostris, neq; extra bona nostra: quãuis autem nõ possimus constituere vsumfruct. vel vsum dictarum seruitutum, ut dictum est, tamẽ dictus Sempro. cui legaui, habet act. incerti contra Caium prædictum hęredem meum, ut eidem legatario prælleat facultatẽ eundi, agendi, & ducẽdi, aquã per fundum dicti Titij mei vicini, quãdiu vixerit dictus Sẽpronius legatarius, & tenebitur hoc facere hęres meus. Aut si non uult hoc facere, hęres meus dẽt cõstituere dicto legatario seruitutẽ eũdi agendi, & ducendi per fundũ dicti mei vicini. Itẽ debet p̃mittere dictus legatarius, qd̃ si decesserit ipse legatarius, uel magnã diminutionẽ capitis passus fuerit, sicque quãtũ ad eũ legatariũ extincta fuerit dicta seruitus, restituet ei dictam seruitutẽ, in prędio dicti vicini. Quãuis enim ego testator, qui habebã dictas seruitutes reales in prędio vicini, decesserim, tamen remanent hęredi meo, ut ʃ. de serui lega. pater. Vi.
y ¶ Itineris.ʒ quid sit iter, & actus, & via, & aquæ ductus, habes ʒ. de seruitu. rustico. prædio. l. j. Accur.
z ¶ Legari potest.ʒ ab eo, cui debentur huiusmodi seruitutes præfatæ, quia seruitus &c. & argumentatur à toto. Per se enim seruitus intellecta fine re, quæ seruit, nullius fructus est ut suprà, de vsur. videamus. Item nec de loco seruienti potest legari, ab eo scilicet, cui debetur seruitus: quia dominium est alterius, ut suprà, si seruit. uendi. loci

Universidad de Deusto
Biblioteca

corpus. unde non potest constituere seruitutem ille cui debet: ut supra, com. p. prædi. l. j. §. ideò ab eo autem, qui debet seruitutes prædictas, bene potest constitui seruitus alia, quæ nõ noceat primæ: ut supra, de serui. rustico. prædio. l. ij. § j. & § ij. & penul. & l. p quam. & supra, com. prædi. l. qui per certum.

a ¶ Vtile. ‡ scilicet legatum.
b ¶ Legati. ‡ ut ſ. de vsufruct. earum rerum quæ vsu consu. l. j. Acc.
c ¶ Quia id. ‡ scilicet seruitus.
d ¶ Ex bonis. ‡ imò in alienis bonis est semper q a sua res nemini seruit, ut supra, si vsusfruct. peta. uti seruit. sed dic nõ in proprietate aliena: secundum quid, ergo dicitur non esse in bonis: quia per se sine fundo dominante non potest alienari: cùm ille non habeat sorte prædium cui alienaretur, ut ſ. de curato. furio. l. Iulianus. & insti. de seru. § ideò autẽ. Item nec vsusfru. potest alienari, ut instit. de vsufru. §. finitur. Item prædiales non sunt in bonis alia ratione, quia uidetur non esse, uel extinctæ esse. Nam & manica videt extincta cùm accedit vestimento, ut insti. de re. diui. §. si tamen. & tignum nõ videtur possideri, cũ accedit ædificio, ut ſ. de vsuca. l. eum. & l. rerũ. Item, nec in petitionẽ hæreditatis veniunt, ut ſ. de petitio. hæredi. l. & nõ tantum. §. fin. sed non simplic iter sunt seruitutes extra bona, cùm possidentes exceptionem, & non possidentes habeamus actionem, ut ſ. de acquir. rerũ domi. l. rem in bonis. & possunt obligari rusticæ, licet non urbanæ, ut ſ. de pigno. si is. §. fin. & l. seq. & facit ſ. de serui. rusti. prædi. cùm esset, in si. Acc.
e ¶ Incerti actio. ‡ scilicet actio ex testamẽto, quæ datur ad factũ, ut C. de re. perm. rebus. Accur.
f ¶ Facultatem. ‡ de facto.
g ¶ Constituatur. ‡ de facto.
h ¶ Ex magna. ‡ scilicet maxima uel media, uel etiam minima olit sed hodie secus: ut C. de vsufru. corruptionem. §. sed nec omni.
i ¶ Restituatur. ‡ hæredi. & sic non transit ad hæredẽ legatarij: sic & ſ. de vsu & habita. l. vsus aquæ. & de seruitu. rustico. prædio. l. pecoris. & de lega. j. l. apud. §. si quis. Accur.

Fl. sint.

Fl. diminutus.

libro 17. Quæstio.

Seruitutes an sint i bonis, uel extra bona.

HOminis operæ. ‡ CASVS Legaui tibi operas in Sticho seruo meo: post mortem meam tu fuisti capite minutus minima capitis diminutione, puta quia fuisti emãcipatus, uel adoptatus: ut ſ. de ca. di. l. fin. in fine. uel stetisti per x. annos inter præsentes, uel per xx. inter absentes, quod non fuisti vsus illius operis: quo quidem tẽpore amittitur vsusfructus, ut C. de vsufruct. corruptionẽ. nunquid dictis duobus casibus amitteres operas? Et dicitur, q̃ non & ita in hoc ultimo casu differt legatum vsusfructus à legato operarũ. Sed nũquid poteris tu legatarius operas dicti serui locare, & mercedẽ recipere? Et dicitur, quòd sic. & si hæres prohibeat conductorẽ capere dictas operas, tenetur legatario, qui locauit eas. Sed & si seruus, in quo legaui tibi operas, locauerit se alicui, certè tu legatarius operarũ debebis capere mercedem, & poteris agere contra hæredẽ, si nõ patiatur uti illam, qui conduxit à seruo operas. Item nunquid te legatario mortuo trãsit legatũ operarum ad hæredem tuum? Et dicitur quòd sic, quia nõ es fructuarius seruo autẽ, in quo tibi operas legaui, vsucapto à quodam alio extraneo, bene perit legatum prædictũ operarum. Apparet ergo p supra dicta, quòd possum tibi legare operas in seruo meo: sed & in libero homine, puta si liberto meo possum tibi operas legare, sicut & locare, & promittere possem. & hoc dicit cũ l. sequent. Viuianus.
k ¶ Diminutione. ‡ scilicet minima. Sed cõtrà, institu. de acquiren. per arro. in princip. sed ibi in opera liberti, quæ non tribuit ius in personam, quia est liber: hic serui. Et not. in duobus hoc distare legatũ operæ ab vsufructu: ut institut. eodem. §. finitur. item fecit supra, de oper. seru. l. ij.
l ¶ Percipere. ‡ imponẽdo eas ipsi seruo: ut supra, de vsu & habita. l. sed si ipsi. non dico locando: ut ſ. de vsufru. ad huc. §. si seruo.
m ¶ Poterit. ‡ scilicet alij.
n ¶ Tenebitur. ‡ ad interesse illi legatario.
o ¶ Quia legatarius. ‡ cui scilicet operæ sunt legatæ, non est &c. imò differt in multis, ut hac l. & sup. de operis seruo. l. ij. no. Sed contrà eo. titu. l. v. vbi dicit vsum uideri legatum. sed dic vsum, & etiam plus. ut ibi. Accursius.
p ¶ Tranimittit. ‡ nisi aliter testator dixerit: ut supra, vsufruct. quemadmo. ca. l. idem est. & l. penul. uel illud ad annum legatum operæ.
q ¶ Vsucapto. ‡ ab extraneo. secus in usufructu, & vsu. Acc.
r ¶ Perit. ‡ ut supra, de vsufru. l. locum. §. p prietarius. & ſ. de vsuca. l. iusto. §. non mutatur. & quare secus, potest quæri: sic & posset quæri ratio aliarum differentiarum: & facit infrà, ad leg. falcid. l. j. §. sed operis. Accursius.

lib. 3. ad Sabinũ.

lib. 18. ad sabinum.

lib. 3. ad sabinum.

lib. 15. ad sabinum.

Fl. tenetur.

¶ Paulus. † LEX III.

HOminis s quoq; liberi operę legari, sicut locari, & instipulationem deduci, possunt.

¶ Vlpianus. † LEX III.

SI purè proprietas legata erit, ea ad legatarium perueniett, quamuis fructuarius hęres sit institutus.

¶ *Non potest quid ab eo casu incipere, quo debet extingui. Bar.*

¶ Paulus. † LEX V.

VSumfructum, cùm moriar, inutiliter stipulor. Idem est in legato u: qa & cõstitutus vsusfructus morte intercidere solet.

¶ *In obligationibus faciendi, quando desiit posse fieri, petitur interesse. Bart.*

¶ Pomponius. † LEX VI.

SI vsusfructus mihi in biennũ continuum à morte testatoris legatus sit x, & per hæredem steterit, quò minùs eum mihi daret, præterito biẽnio nihilominus tenebitur †: quemadmodum teneretur, si res legata in rerum natura esse desiisset, quam quis deberet, legare. An autem in perpetuũ possit liber homo suas locare operas: dic. ut not. ſ. de vsufruct. l. iii. §. ne tamen. Accur.

gatum perit y.

SI purè. ‡ CASVS Institui mihi hęredem Titiũ qui habebat vsumfructum in fundo meo Titiano: & Seio legaui purè proprietatem fundi prædicti, certè recta uia transit in legatarium dicta proprietas nuda. Videbatur aliquibus contrà, eo quòd fructuarius institutus fuit hæres. Videbatur enim eis, quòd adita hæreditate à dicto fructuario dominium dicti fundi ad eum transiisset. sicque extinctus esset vsusfructus, & sic nõ nudam proprietatem habere dẽat dictus Seius, sed plenam. Sed ipsi malè credunt, quia sicut litera dicit, purè legata fuit proprietas: & ideo recta via, ut dixi, transit in Seium legatarium, taliter, quod non efficitur Titij fructuarij: secus autem si sub cõditione dicto Seio legassem, quia tunc pendẽte cõditione cẽt hæredis facta dicta proprietas, ideoque extinctus esset suus vsusfructus, sicque adueniente conditione legati habebit eam plenam legatarius: ut not. ſ. de lega. j. seruus Titij. Viuia.

t ¶ Perueniet. ‡ recta uia, ut nec momẽto apud hæredem fuerit: ut ſ. de pecu. sed si damnum. §. ij, & ideò aditiõe hæreditatis facta à fructuario hærede, non extinguitur vsusfructus. Quod secus esset si sub conditione proprietas esset legata, ut ſ. de serui. l. Papinianus. & facit quod not. ſ. de vsufruct. l. v. § fin. Acc.

VSumfructum. ‡ CASVS Titius promisit mihi vsumfructum fundi Titiani, cùm moriar, uel eodem modo legauit mihi vsumfructum dicti fundi. certè nõ uaiet promissio uel legatum, quia si iã esset mihi cõstitutus dictus ususfructus, morte mea superueniente ĩtercideret. Vi.

v ¶ In legato. ‡ puta, lego tibi vsumfructum alicuius rei cum morieris: ut ſ. de vsufruct. Titio. & sic in libertate: ut ſ. de manu. testa. libertas. in prin. sic & ſ. de iure dot. l. Iulianus. Accur.

SI usufructus. ‡ CASVS Titius legauit mihi vsumfructũ fundi sui Titiani usque ad biennium cõtinuũ à tempore mortis suę, & decessit, posteà per hæredem suum stetit quòminus daret mihi dictum vsumfructum intra biennium. Certè transacto biennio nihilominus tenetur mihi hæres, & possum ab eo petere æstimationẽ dicti vsusfructus per biennium, non autem vsumfruct. quia, ex quo transactum est biennium, iam peterẽ alium vsumfruct. quàm q̃ mihi legat. fit, & teneretur mihi hæres Titij, si aliqua res legata mihi à Titio in rerum natura esse desiisset post moram, quã fecit hęres in ea mihi danda. hoc dicit. Vi.

x ¶ Legatus sit. ‡ & sic ad diem, quod esse potest ut ſ. famil. ercis. & puto, §. ususfructus.

Danda

a ¶ Danda. ‡ nam tunc tenetur hæres ad æstimationem: quod dic, ut ſ. de leg. j. cùm res. in fine.
b ¶ Futurus sit. ‡ id est alius esset ususfru. si diceremus constitui: sed non dicimus, sed æstimationem damus, ut hic, & ſ. de vsufru. quę sitũ. & l. qui vsumfruct. §. fi. & facit ſ. de leg. j. l. si quis inquilinos. in princ. & de leg. iij. non dubiũ. §. fi. Accursius.
c ¶ Bima. ‡ i. duorum annorum, ut ſ. titu. j. l. iij. aliàs bina, id est, biẽnij. aliàs neutrum habetur in textu.

lib. 26. ad edictum.

OPerę testamẽto. ‡ CASVS. Titius in testamento suo legauit mihi operas serui. Modò quæritur, qũ cedant dictæ operæ, ut sic cum effectu eas petere possi. & certè non statim adita hæreditate ab hærede dicti Titij, sed quando peto eas, ego legatarius. & si post petitionem meam infirmatus fuerit seruus, ĩ quo legatæ mihi fuerunt dictę operę, mihi legatario pereũt dies infirmitatis eius. Viuianus.

Fl. fuit.

lib. 3. de legatis ad edictũ Prętoris.

d ¶ Petit. ‡ quasi tunc indicat eas. Accur.
e ¶ Hęreditas. Jetiam si non petantur.
f ¶ Petitionis. ‡ factæ post aditam hereditatem, & non priùs, ut ſ. quando dies leg. ce. l. ij. & no. C. de cadu. tol. §. in nouissimo. in fine. & dic hic, quando sunt in certæ. Aliàs etiam ante petitionem scilicet cedunt, ut ſ. de ope. liber. si quis hac lege. §. iudiciũ. & l. cum patronus. in prin. & l. quoties. & no. ſ. de ope. seruorum. l. j. Accursius.
g ¶ Peribit. ‡ sic inf. de fia. liber. l. cùm hæres. §. Stichos. & inf. de oper. liberto libertus, qui post. & l. interdum.

Fl. fuit.

Fl. erit.

Fl. tuet.

¶ No. uitã hoium nõ excedẽ cẽtum annos licet q̃q; reperiat lõgior: ut legitur de illo Zosimo abbate, qui uixit cẽtũ & viginti annis: ut in authẽti. de monachis. §. fi. uerò colli. 4. porrò de ipsatis vicę lõgissimis, Plin. lib. 7. nat. histor. cap. 48.

¶ Fo. esset.

lib. 8. Disputatio.

ADDITIO. Quęrit hic Barto. quando famulus infirmatur, an debeat habere salarium? Videtur, quòd sic, quasi domino pereant operæ: de hoc est glos. in l. de arboribus. §. de illo. ſ. de vsufruct. ueritas tamen est in contrarium, ut l. si uno. §. item cùm quidam. ſ. de loca. Nec obst. hæc lex: quia iste tractans de lucro, merito propter infirmitatem perdit lucrũ: non autem debet pati damnum, id est, dare salarium tempore ifirmitatis, secundum eundem Barto.

SI usufructus. ‡ CASVS Legaui vsumfructum fundi mei municipibus alicuius Castri, & posteà decessi. Modò quæritur, quantum duret dictus vsusfructus? Et uidetur, quòd perpetuò quia municipes semper durant, licet decedant illi, qui uiuebant tẽpore legati. unde non uidetur, quòd mortẽ, uel capitis diminutione municipũ extinguatur ususfructus. Ex alia parte uidetur, quòd non duret perpetuò: quia iam nulla utilitas erit nudæ proprietatis dicti fundi, usufructu abscedente ab ea perpetuò. statuit itaque iurisconsultus Caius, ut duret centum annis, & non plus: quia illud tempus est longissimus finis uitæ. Viuianus.
h ¶ Tuendi. ‡ municipes. Accursius.
i ¶ Centum annos. ‡ finitur ergo tempore centum annorum, ut hic & ſ. de vsufru. l. an ususfructus Item non utendo, ut ſ. de lega. j. l. Mętius. §. fi. Item aratro, ut ſ. qui. mo. usufru. amit. l. si usus fructus. sed ad id quod dixit tolli centum annis, est contrà. ſ. ad le. fal. hęreditatũ. Solu. ibi. Item, an idem in annuo legato relicto eiuitati, ut cẽtum annis tollatur? Respon. q̃ non, secundum R. ut ſ. tit. j. l. annuam. & l. annua. in fi. & l. ante penulti. & penulti. Vel secundum Hugo. idem quod hic: nam & finitur annuum legatum, sicut ususfructus, ut ſ. titu. j. l. in singulos. Item, an idem, si ecclesiæ relinquitur? Respon. ut not. in d. l. an usus fructus. Accursius.

SI ab eo. ‡ CASVS Legaui Titio usumfructum fundi mei Titiani. & ab eo Titio reliqui Seio x. posteà Titius me mortuo repudiauit legatum ususfructus: uel me uiuo decessit, & sic non habet legatum prædictum vsusfructus, imò remanet apud hæredem meum. nunquid hęres meus tenetur præstare decẽ Seio prædicto? Et dicit, quòd sic. Et quod dixi in me testatore pagano, idem esset in testamento militis, & hoc dicit. Viuianus.
k ¶ Fideicommissum. ‡ puta decem.

moratusq; esset in ea danda a: vt peti quidem iam vsusfructus, qui legatus sit, nõ possit: quia alius futurus sit b. quàm qui legatus fuerit: sed æstimatio eius bima c dũtaxat facienda sit.

¶ Vlpianus. † LEX VII.

OPerę testamẽto relictę, quãdo cedere debeant? vtrum ex quo petit d eas legatarius? an ex quo adita hæreditas e est? & cui pereant dies, quibus æger seruus fuerit f? Et puto ex die petitionis f eas cedere. Quare, si post petitas æger esse seruus cœperit, legatario peribunt g.

¶ Caius. † LEX VIII.

SI vsusfructus municipibus legatus fuerit †, quæritur quousque in eo vsufructu tuendi h sint? Nam si quis eos perpetuò tueatur †, nulla vtilitas erit nudæ proprietatis, semper abscedente vsufructu. Vnde centum annos i obseruandos esse constat: qui finis † vitæ longissimus est †.

¶ *Legatum caducum, uel quasi, remanet apud hæredem cum onere suo. Bar.*

¶ Vlpianus. † LEX IX.

SI ab eo, cui legatus esset vsusfructus, fideicommissum k fuerit relictum, licet vsusfructus ad legatarium nõ peruenerit, hęres tamen penes quem vsusfructus remanet l, fideicõmissũ prestat m. Quod & in militis testamẽto erit dicendum, si legatarius à quo fideicõmissum relictum est, repudiauerit n legatum, vel viuo testatore decesserit.

¶ *Coniunctio posita inter incompatibilia, resoluitur in disiunctiuam. Bar.*

¶ Iulianus. † LEX X.

SI Titio fundus, & eiusdem fundi vsusfructus o legatus fuerit, erit in potestate eius, fundum, an vsumfructũ vendicare malit. Et si fundũ elegerit, necessariò plenã proprietatem habebit, licet vsumfructũ à se repulerit. Si verò vsum fructum habere maluerit, & proprietatem fundi repulerit: solùm vsumfructum habebit.

¶ Idem. † LEX XI.

HAbitationis p legatũ in singulos annos, ab initio q an ui deberi constat.

¶ *Non potest hęres tollere ædificium positum in re, cuius est alterius ususfructus, eo inuito. Bart. l.*

¶ Alphenus. † LEX XII.

HAeres in fundo, cuius vsusfructus legatus est, villam r posuit. Eam inuito fructuario demolire non potest s, nihilo magis, quã si quam arborem posuisset t, eã ex fundo ipse euellere † vellet. Sed si antè, quã vsufructuarius prohibuerit, demolierit †: impunè u facturum.

¶ Paulus. † LEX XIII.

CVm vsusfructus alternis annis legatur, nõ vnũ, sed plures causalem. & facit ſ. de lega. j. l. planè. §. fina. & l. legatarius. ĩ prin. & §. j. & de leg. ij. cùm filium. §. uariis.

gatum prædictum vsusfructus, imò remanet apud hæredem meum. nunquid hęres meus tenetur præstare decẽ Seio prædicto? Et dicit, quòd sic. Et quod dixi in me testatore pagano, idem esset in testamento militis, & hoc dicit. Viuianus.
k ¶ Fideicommissum. ‡ puta decem.

HAbitationis. ‡ CASVS Non solum alia legata relicta in singulos annos, sed etiam legatũ habitationis prędicto modo relictum debetur legatario ab initio cuiusliber anni. Viuianus.
p ¶ Habitationis. Jsiue habitatio ipsa in singulos annos, siue pro ea certa quantitas in singulos annos legetur. Accur.
q ¶ Ab initio. ‡ sunt enim plura legata hoc casu, cũ dixit in singulos annos: & pluries cedit dies, & initio anni, ut hic, & ſ. ti. j. l. i singulos. & ſ. qũ di. lega. ce. l. nec semel. & C. quando di. le. ce. l. j, aliàs fi nõ esset dictum in singulos annos, secus esset, ut ſ. eo. l. damnas. in prin.

HAeres in fundo. ‡ CASVS Legaui Titio usumfructum fundi mei Seiani, & posteà decessi, & posteà hęres meus ĩ dicto fundo fecit unam uillam, id est domũculam parnam causa reponẽdi fructus: uel plantauit ibi quandam arborem, & posteà uult eam tollere. Quęritur utrum possit? Et certè non fructuario prohibente, sed ante prohibitionem potest. Viuianus.
r ¶ Villam. ‡ id est domunculam fructuum gratia in uilla, ut inf. de uerb. sign. l. fundi. Accursius.
s ¶ Non potest. ‡ scilicet hęres: sic econtrà nec usufructuarius à se imposita, ut ſ. de usufruc. sed & si quid. & facit in eo. ti. l. ę quisimum. §. 1. & ſ. si usufru. pere. si ab hærede. Accursius.
t ¶ Posuisset ‡ scilicet hęres.
u ¶ Impunè. ‡ No. non omne illicitũ puniri. sic ſ. de relig. l. at si quis. §. labeo. in fi. Accursius.

CVm ususfructus. ‡ CASVS Legaui Titio usumfructum fundi mei Seiani hoc modo, scilicet, ut uno anno fructuetur, & altero non: & sic de singulis annis: Certè plura legata sunt. nam ususfructus ex tempore, & ad tempus constitui potest, ut inf. de usufruct. l. iiij, & fin. sed si prędicto modo legaui dicto Titio seruitutem aquæ ducendæ per fundum meum prædictum, uel seruitutem uiæ, uum

l ¶ Remanet. ‡ caducus, uel in causam caducitatis factus.
m ¶ Præstat. ‡ quia cũ onere apud eum remanet, ut C. de cadu. toll. §. pro secundo. & §. in omnibus. Accur.
n ¶ Repudiauerit. ‡ post mortẽ testatoris, & sic est caducũ factũ legatum. Sed si uiuo testatore deficit, quia decedit legatarius, tũc in causa caduci, ut subijcit, & C. de cadu. tol. §. & cũ triplici. sed ubi ante testamentum, tũc ut non scriptum, & nõ remanet cum onere, ut d. §. & cũ triplici. & §. in primo. Item ſ. titu. j. l. Titia. in princ. contra So. ibi & eodem modo rũ. ſ. de adimen. lega. l. Caio. in princ. & l. Stichus. §. j. & facit ſ. de lega. ij. l. si quis Titio. & l. Celsus. in princ.

lib. 78. Digestorũ.

lib. 1. ex Minicio.

¶ I Titio. ‡ CASVS Legaui Titio fundum meum Seianum, & eidem legaui usumfructum dicti fundi, & posteà decessi. certè est i electione Titij vendicare fundum aut usumfructum eiusdem. & si quidem elegerit uẽdicare fundum usumfructum à se repellere, habito fundo nihilominus habebit usumfructum: si uero elegerit uendicare usumfruct. & repellere à se fundum, habebit solũmodò vsumfruct. Viuianus.
o ¶ Vsusfructus. ‡ formalem repulit, sed habet causalem. & facit ſ. de lega. j. l. planè. §. fina. & l. legatarius. ĩ prin. & §. j. & de leg. ij. cùm filium. §. uariis.

Fl. Alfenus varus lib. 2. Digestor. à Paulo epitomatorũ. aliàs Vlpianus.

Fl. posuisset, ex fundo is euellere.

¶ aut demolirus erit.

lib. 13. ad Plautium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vnum est legatum, & non plura: quamuis dictæ seruitutes reales habeant de earum natura intermissionem. nam seruitutes reales siue prædiales non possunt constitui ex tẽpore vel ad tempus, vt §. de seruitut. l. iiij. Viuianus.

a ¶ Legata sunt. § quia ex tempore, & ad tempus cõstitui potest, ut §. de vsufru. l. iiij. & §. fami. ercis. & puto. §. usus.

¶ Aquæ & viæ. § ét sic relictæ alternis annis: quia nec ex tempore, nec ad tempus, neq; sub conditione constituuntur, ut §. de serui. l. iiij. licet habeant quandoque intermissionem sua natura, vt via, vt §. de serui. l. seruitutes. & quandoq; ex pacto uel volũtate hominum de æquitate, ut d. l. iiij. de serui. & quemadmo. serui. amit. l. ij. fic. & facit §. de iti. actuque pri. l. j. §. j.

c ¶ Intermissionem.] interualla. Accur.

¶ Vos separatim. § CASVS. Damnaui in testamento hæredem meum Titium, ut sineret Seium, & Caium separatim uti frui fundo meo Corneliano, uoleos ego testator quemlibet prædictorum habere insolidum vsumfructum dicti fundi, & posteà decessi: & dictus meus hæres passus est eos vti frui communiter, & non insolidum. Quæritur, an vtrique ex testamento teneatur? Et respon. q; sic, scilicet, ut suppleat cuilibet eorum æstimationem medietatis vsusfructus. Nam cùm vnus deberet habere vsumfructum totum, & alius æstimationem: non habuit quilibet eorũ nisi medietatem vsusfructus, vt dictum est. Nã ipsius hęredis onus est, vt singulis prædictorum præstet legatũ insolidum. Qua parte igitur alterum frui fineret dictus hæres, ea parte nõ finit alterũ uti frui. hoc dicit hæc lex. Viuia.

d ¶ Duos separatim. § si separatio fit in utendo, puta, vnus vno anno, alius alio, planum est per l. §. quib. mo. vsusfru. amit. l. ij. in prin. & §. fin. sed litera inferior hunc sensum non importat: sed est separatio i relinquendo, vt primo vni, secundo alij in eodem fundo: eo dicto ut vterque insolidum: & sic alter rem, alter æstimationem habet, ut hic, & §. de lega. ij. l. qui duos. §. si is. aliàs, si hoc non diceret, pro utrilibus haberẽt, ut §. de leg. j l. si pluribus. & de leg. ij. l. si pluribus. & de lega. iij. l. si res. & C. de cadu. tollen. §. ubi. Accur.

e ¶ Voluerit.] & hoc expressit, ut dixi. Accur.

f ¶ Non finere.] vsus vnius, impedit alterius usum quo ad solidũ, & est ad hoc, quod not. J. de vi & vi arma. l. vim facit.

¶ Fl. quiritarium.

¶ Flor. fructuarius.

¶ Fl. rñdit.

¶ Fl. volunt.

¶ Fl. est.

¶ Fl. debet.

¶ lib. 13. Digesto.

¶ Flo. deest meus.

¶ lib. 18. Digesto.

DAmnas esto. § CASVS. Ita dixi in testamento meo, damnas esto hęres meus sinere Titium habitare donec viuet in domo men Seiana. Certè vnum legatum est. ¶ Qui duos. § Caius habebat duos fundos: vnus quorum vocabatur Titianus, & alter Seianus, pone. Legauit Titianum Titio, & vsumfructum Seiani legauit Seio, & posteà decessit: nunc apparet, quòd Seius fructuarius non habeat viam ad fundum Seianum uisi vadat per fundum Titianum Titio legatum. vnde petit dictus Seius à Titio seruitutem viæ per fundum Titianum. Quæritur, utrùm teneatur præstare ei Titius? Et respon. quòd non aliter potest Titius vendicare fundum Titianum ab hærede, nisi prius ius transeundi per eum præstet dicto Seio. nam & si fundus Titianus non esset legatus Titio, sed remansisset in hęreditate Caij, teneretur hęres præstare uiam per eum dicto Seio fructuario fundi Seiani. Sicut ergo Caio testatore viuo ibant nuncij Caij per fundum Titianum ad fundum Seianũ: ita & Caio mortuo seruetur, scilicet, ut Seius possit ire ad fundum Seianum per fundum Titianũ

ra legata sunt [a]. Aliud est in seruitute aquæ, & viæ [b]: viæ enim seruitus vna est, quæ † naturà sui habet intermissionem [c].

¶ *Si hæres non præstat duobus insolidum secundũ defuncti voluntatem, cuilibet tenetur ad id, quod sibi deficit. Bartol.*

¶ Celsus. LEX XIIII.

i ¶ Non deberi. ‡ sic ergo taberna, id est, insula exusta, & posteà a testatore noua facta non debetur: vt suprà, de leg. ij. l. peculium. §. j. & §. de vsufru. l. qui vsumfru. in prin. & §. quib. mod. vsufr. amit. l. q d tamen. §. j. & §. antepen. & si & §. de leg. j. l. si ita legatum. §. fin. Item nec horreum debetur, cum testator illud vẽdiderit: vt §. eo. l. si cui. & §. de leg. i. l. vi. & l. si ex toto. in prin. & §. de lega. iij. l. fideicommissa. §. si rem. & insti. de lega. §. si rem suam. Vinum autem cum vasis debetur: nihil enim prohibet in quibusdam tenere voluntatẽ, in quibusdam mutaram esse: vt d. l. si ex toto, in prin. & facit ad hanc l. ſ. de auro & argen. lega. l. Seia.

INstrumenta. ‡ CASVS. Legaui tibi fundum, & instrumenta fundi, & decessi: quæritur, quid nomine instrumenti fundi continea tur? Et dicitur, quòd illa continentur, quæ parata sunt à me testatore, gratia quærendi fructus, & gratia cogendi, siue colligẽdi fructus, & gratia conseruandi. Quæ autem parata videantur gratia quærendi fructus, & quæ gratia cogendi, & quæ gratia conseruandi, planè dicitur vsque ad finem legis. Sed nunquid in dicto legato continetur grex ouium, qui erat in dicto fundo? & distinguitur, vtrum cõparauerat gregem, vt ex eo fructus caperetur, & tunc nõ continetur in dicto legato. Si verò ideò comparauerat, quia non aliter ex fundo, siue saltu vbi erat fundus, fructus percipi poterat, nisi esset ibi grex, qui stercoraret agrum: tunc bene continebitur in legato. Idem in alueis

satis non fecit. a Quæsitum est, an quod ex sententia iudicis debetur, ad nepotem pertinere? Respondi nihil proponi, cur non b deberetur.

¶ *In eo, in quo apparet mutata uoluntas testatoris, uidetur esse reuocatũ legatum: non in alio Barto.*

¶ Idem. ‡ LEX VII.

TAberna c cum cœnaculo d Pardulæ e manumissæ testamento legauerat cũ mercibus, & instrumentis, & supellectile, quæ ibi ‡ essent: itẽ horreum f vinariũ cum vino, & vasis, & instrumento, & institoribus, quos secum habere consueuerat. Quæsitum est, cùm vino testatore in insula, g in qua cœnaculum fuit, quod ei legatum erat, exusta sit, & post biennium eodem loco constituta noua, h & horreũ, quod eidem legatum erat, à testatore vænierit, vini autem venditio dilata sit, vt ex eo ‡ cõmoda venirent, an vniuersa legata Pardula consequi possit? Respõdi ea, in quibus voluntas mutata esset, non deberi. i

¶ *Instrumenta fundi dicuntur, quæ gratia colligendorũ, & conseruandorũ fructuũ sunt parata: & quę sint illa, hic ponuntur exempla. Bartolus.*

¶ Vlpianus. ‡ LEX VIII.

INstrumenta ‡ fundi ea esse, q̃ fructus quęrendi, cogendi, cõseruandi gratiã parata sunt, Sabinus libris ad Vitellium, euidẽter ‡ enarrat. Quærendi, veluti homines, k qui agros colũt, & qui eos exercẽt, prępositiue sunt iis, quorum in numero sunt villici, l & monitores: m prętereà boues domiti, & pecora stercorandi causa parata, ‡ vasa, quæ vtilia n culturę sunt, aratra, ligones, o sarculi, p falces putatoriæ, bidẽtes, & si qua similia dici possunt. Cogendi, q quemadmodũ torcularia, corbes, falces messoriæ, r falces fœnarię s quali t vindemiatorij exceptorijque, u in quibus vuæ comportantur. Conseruandi, ‡ qualia sunt dolia, licet defossa non sint, x & cuppæ. y Quibusdam in regionibus accedunt instrumento, si villa cultior est, ‡ etiam atrienses, z scoparij. a Si etiam viridaria b sint, topiarij. c Si fundus saltus, pastionesque habeat, greges d pecorũ, pastores, saltuarij. e

¶ Paulus. ‡ LEX IX.

DE grege ouium ita distinguendum est, vt si ideò comparatus f sit, vt ex eo fructus caperetur, nõ debeatur: g si verò ideò, quòd non aliter ex saltu fructus percipi poterit, contrà erit: quia per greges fructus ex saltu percipiuntur.

¶ Vlpianus. ‡ LEX X.

SI reditus h ex melle constat, etiam aluei, apesque continentur. i

¶ Tabolenus. ‡ LEX XI.

EADẽ ratio est in auibus, quæ in insulis k maritimis alunt.

a ¶ Quęsi-

1 ¶ Villici. ‡ qui occasione fructuum insistũt, vt ſ. eo. l. villæ.

m ¶ Et monitores. ‡ id est, qui agros monent, i. muniunt ‡ fossis & sepibus: vel, qui monent laboratores.

n ¶ Vtilia. ‡ in quibus portantur blada ad seminandum, vel vinum laborantibus.

o ¶ Ligones. ‡ id est, sarpæ.

p ¶ Sarculi. ‡ sunt cultri, quibus terra scinditur, vel parum sarpæ ad arandum fabas, & me ligas. item bidentes, id est, vomeres, vel gomeres, qui vndique scindunt terrã: vel, furcæ, vel rastelli, qui plures habent dentes. & facit ad l. ſ. de peti. hęre. si à patre. §. fin. & C. de ver bo. signi. l. ii.

q ¶ Cogendi. ‡ scilicet sunt instrumenta.

r ¶ Messoriæ. ‡ id est, segulæ.

s ¶ Fœnariæ. ‡ i. sacæ.

t ¶ Quali. ‡ id est, ministri ad vindemiandum in eis.

v ¶ Exceptorij. ‡ id est, corbes, & castellatæ, sed corcularia sunt canales, & tinacti.

x ¶ Defossa non sint. ‡ igitur & si sint defossa instrumenta, appellatione fundi continẽtur: secus autem dicendum de instrumento domus: quia id, quod d. fossum est, pars domus est: ergo non poterit dici domus instrumentum: vt §. de act. emp. l. granaria. & ſ. eo. l. quæsitum.

§. Papinianus ait. sed certè & in fundo idẽ erit dicendũ: vt ſ. eo. l. quęsitum. §. ea verò sed certè erit distinguendũ: vt ſ. eo cùm fundus. Accursius.

y ¶ Cuppæ. ‡ vasa quędam sunt lapidea de terra facta. H. & hic plicta: & quod subiicit, Quibusdam &c. incipiet alia oratio.

z ¶ Atriense. ‡ qui purgat vel custodiũt atriũ. vt §. nau. cau. l. j. §. j.

a ¶ Scoparij. ‡ id est, qui scopis domum purgant: vnde in euangelio: Scopis mundatam.

b ¶ Viridaria. ‡ scilicet sunt instrumenta fundi artificialiter facta: aliàs pars fundi sunt, vt ſ. eo. quæsitum. §. ea verò.

c ¶ Topiarij. ‡ id est, qui ornãt & ordinant saltus fundi, vt §. de leg. iii. cùm quæreretur. §. fin.

d ¶ Greges. ‡ hoc dic, vt ſ. l. proxi.

e ¶ Saltuarij. ‡ qui custodiunt fundum, & tuẽtur magis, quàm fructibus colligendis præsint, vt §. de leg. iii. cùm quæreretur. §. fi. & inf. eo. l. quæsitum. §. saltuarium.

f DE grege. ‡ Comparatus. scilicet, principaliter.

g ¶ Debeatur. ‡ instrumento fundi legato: & est ad hoc C. de verb. signi. l. ij. & §. de leg. iii. cùm quęreretur. §. penul. sin autem pro vtroque, dic: vt inf. eo. l. quæsitum. §. fi quis eodem.

h ¶ Reditus. ‡ scilicet fundi: vt quia locus apius erat ad mel propter flores, & aquam, & alia, quę apes desiderant, & non ad alium fructum. & facit inf. eo. l. quęsitum. §. & si ab aucupio.

i ¶ Continentur.] fundi instrumento legato.

EAdem ratio. ‡ Hæc lex diuiditur in tres partes. Primò ponit, quid sit instrumentum fundi, vsque ad §. fi domus. Secundò, quid sit instrumentum domus, vsque ad §. fi fundus. Tertiò, quę sit differentia inter legatum fundi simul instructi, & simul cum instrumento. & circa hoc multa dicta interserit vsque ad finem l. Bart.

k ¶ In insulis. ‡ vt pauonibus, & phasianis, sicut & cuniculis: vt in laçu perunino: & facit inf. eo. quęsitũ. §. fi i agro. & §. & si ab aucupio.

Informatum. L iiii

1 ¶ In scripto quodam nostro exẽpl. munito res legitur: (si modo germana est lectio) vt ne iam vim faciat Accur. verbo monẽt. Cæterũ Columel. li. l. de re rust. c. vlt. Et in turba inqt & submonito re, vinitor opus facere debet Catellianus autẽ in dictione vinitor, legẽdum pro villici, & vinitores. tu dispice.

‡ Du. uasaque utilia cultura: q̃ sunt aratra &c.

‡ Du. quasi dolia.

‡ Veluti. astrienses.

‡ lib. 4. ad Sabin.

‡ li. 20. ad Sabin.

‡ lib. 2. ex Cassio.

‡ Mat. xii. & Luc. xi.

‡ In P. F. commodo Halo. legit commodè

‡ li. 20. ad Sabin.

‡ In P. Fl. incipit in instrumento fundi.

‡ Vide in hanc l. Blõdum de roma triumphãte, lib. 9. circa principium.

‡ Enumerat. Duar.

‡ Dn. esset.

‡ li. 16. Digestor.

‡ Du. quod meum erit.

‡ a Paulo epitomatorum.

‡ li. 22. Digestor.

Satis

Universidad de Deusto
Biblioteca

Q Vęsitum.§ Instrumentum principale, R. & est hic definitio instrumenti: sic & infrà, eo.§.se.i si fundus. & §.de trib.l. pro curatoris.§.si propter.

b ¶ Accedit. scilicet sententiæ illorum, qui dicunt non esse instrumentum, R. & facit C.de verb.signi.l.j.& ij.& §.de vsufru.l. itè si fundi.§ seminarios.

c ¶ Contineri.§ p me diũ, accessionis iure.

¶ Conseruãdi.§ CASVS. Dictũ est §.eod. l.instrumenta. de quibusdam quibus fructus conseruantur, quę quidem continentur in instrumento fundi: nunc adiungit alia, sicut sunt granaria, quæ sunt in fundo instructo legato, & vrcei, & capsellę, & iumenta, & vehicula, & naues, & cuppę, & cullei, quæ parata erãt in fundo causa exportãdi fructus de fundo. Sed quid, si testator legauit aliis quosdam ex hominibus, siue seruis, qui erant in fundo, quem Titio legauit in fructum? nunquid alij, qui remanserunt in fundo, continebuntur in instrumento fundi? Et dicitur, quòd sic, licet Alphenus diceret contrarium. Seruus autem, qui quasi colonus in agro erat, non continetur in instrumento fundi. Viuia.

d ¶ Conseruandi fructus.§ scilicet, contineri dicimus.

e ¶ Granaria. § de hoc dic, vt §.eo. instrumenta.in fi.

f ¶ Vrceolos. § de terra.

g ¶ Cullei.§ vasa de corio, vt & j. de auro & argen.lega. l. legatum.§.j.

h ¶ Cęteros.§ nam fundum, & instrumentum vini: & alij cęteros seruos eius fundi.

i ¶ Quasi colonus.§ scilicet, quasi extraneus, puta mercede certa constituta, vt infrà, eo. Seiæ.§. liberto, & l. cùm de lanionis. §.j.& ij.

k ¶ Pro instrumento.] ipsi enim instrumentum parant.

¶ Saltuarium.§ CASVS. Quæri ut nunquid fundo instructo legato cõtineantur saltuarij? Et dicitur, q̃ sic: hũc custodiant fructus, siue fines. Item continetur pictor, & tonsor, qui sunt parati causa familiæ rusticę: & faber, & mulieres, quę panẽ coquunt: & illi, qui molunt frumẽtum: & focaria, & villica, & lanificæ, & illæ, quæ coquunt pulmentaria. Item, nunquid continentur vxores prædictorum masculorum? Et dicitur, q̃ sic. Neque enim credendum est testatorem innuxisse camduram separationem. Item continentur pecora, quæ aliqua parte anni in fundo pascuntur, & in alia parte anni pabulum his conducitur aliunde, & serui, qui al qua parte anni colunt fundum, & in alia parte anni mittuntur aliò ad lucrandum. Item continetur cellarius, & ostiarius, & mulio, & molæ, & machinæ, & fęnũ, & stipulæ, & asinus machinarius, & machina frumentaria, & multa alia, quæ nominant hic vsque ad §, si fundus non sit &c. quorum quædam continẽtur, & quædam non: & est planissima litera, vsque illuc. Viuia.

l ¶ Non cum.§ aliàs deest non: & interrogatiuè tũc legitur: & postea determinat, Sed Neratius &c. ad quod est §.de leg.iij.l.cùm quęretur.§.pen. & §. eo. l. instrumenta.in fi.

m ¶ Fabrum § tignarium, vel quadratarium.

n ¶ Focariam.§ quæ facit focum.

o ¶ Et villicam. § contubernam villici. Accursius.

p ¶ Lanificas.§ à lana sic dictas, in qua operantur, vt §. de vsu, & hab.l. plenum.§.fin. nec ob.j.eo.villę. in fi. vt ibi dices. H.

q ¶ Pulmentaria. § id est, farina de hordeo. Accursius.

r ¶ Sed an instrumẽti.§ reuocat in dubiũ, quod tamen iam soluerat, licet non ita apertè.

s ¶ Rusticorum. § id est, operantium, vel id est, instrumentorum.

t ¶ Instrumenti.§ vt j.eo.l.villæ.§.fin.

v ¶ Vxores.§ impropriè, id est, contubernales, vt C. de incest. nupt. cum ancillis.

x ¶ Duram separationem.§ sic C. communia vtriusque iudi. l.possessioõum.& §.de leg.iij.item.§.pen.& l. vxorẽ.§. codicillis.& j.ea. l. sed si fundus. in fin.§.& si etiam exprimatur, succurritur, vt §.de leg.j. si domus.§. qui confitetur. Accur.

y ¶ Continentur. § dũmodò illi agro sint perpetuò attributi, vt §.de leg.iij.qui saltum.

z ¶ Saluæ sint. § vt sunt massarij.

a ¶ Ostiarium.§ qui custodit ostium.

b ¶ Mulionem.§ qui ducit mulum ad molẽdinum.

c ¶ Molas.§ de lapide.

d ¶ Et machinas. § id est, ipsum ædificium molẽdini, vel pistrini. Nã secũdùm H. omne artificiosè factum dicitur machina.

e ¶ Fęnũ.§ de prato.

f ¶ Stipulas.§ quę secantur cũ herba remotis primò spicis. Accu.

g ¶ Machinam frumentariam.§ id est, arcam ad frumentum tenendum, vel aliud artificium artificiosè factum.

h ¶ Sapa. § id est, quoddam, quod fit ad potandum: dicta quasi parum saporis habẽs secundùm H. & desuum eodem modo, vt & §.tit.j.l. si quis vinum.

i ¶ Euehatur.§ in quo si rua distinctionem Trebatij, vt supra, de act.empt.fundi.§.fin.& facit in d.l.fundi.§.Labeo.& §.de lega.iii.seruis vrbanis in princi.

K ¶ Continentur.§ secùs in doliis fundo affixis, vt §.eo l. instrumenta.§.fi. vel distingue, possint remoueri, vel non: vt j.eo. cum fundus.

l ¶ Esse nõ potest. Italia enim, quãdiu nõ sunt cęsa, pars fundi sunt, vt §.de rei.ven.l.fructus pendentes.& facit j.ea.l.§. Papinianus.& §. de vsufru.item fi.§.fi.& de act.emp.l.fundi.§.si ruta.& §.pe.& fi.& l. granaria. in princ.& j.eo.l.fi.

a ¶ Sed si cęsa sint.] fundi gratia.

b ¶ Contineri.§ f. posse.

c ¶ Et vestigatores.] p odores narium, uel oculorum solicita indagatione, vel cum canibus.

d ¶ Reditum.] quia in hoc casu potest locari: & facit §.de lega.j.seruis vrbanis.§.j. & de vsu.l.venationem.& §. de usufru. item fi.§.aucupiorũ.& j. proxi.§.

e ¶ Reditus.§ fundi. Accursius.

f ¶ Plagæ.§ id est, pali, quibus tenentur retiarecta.

g ¶ Continebuntur.§ vt §.proxi.respon.cum suis concor.

h ¶ Putauerint.§ vt §.eo.si reditus & l.sequen.

i ¶ Instrumẽtum.§ sic §.de hęr.insti.ex facto. §.fi.Accur.

k ¶ Nullius.§ Not.ratione incertitudinis neutrum valere: & sic §.de hęre.insti.in tempus.§.j.& §. de vsufru. sed & si quis.§. quid ergo si amisso.in fin.§.& supra communia prædio.in tradendis. vbi de hoc nota.

l ¶ Diuidimus.§ sic §. de nego. gesto. Nesennius. in fin. & ibi dixi.

m ¶ Supellex.§ qd sit, dic ut j. de supel.leg.l. j.& 3.Accur.

n ¶ Paterfamiliàs.§ non etiam fundus.

o ¶ Fundi.§ sed instrumento patrisfamilias sic: & iõ fundo instructo legato, cedit legato, vt j.ea.l.§.sed si fundus. Accursius.

p ¶ Si domus.§ Dixit de instrumento fundi: nunc domus, vsque ad §.sed si fundus.

q ¶ Incendij.§ scilicet arcendi.

r ¶ Specularia. § non affixa: aliàs sunt pars domus, vt j.eo.§. Papinianus.in fin.

s ¶ Deberi.§ vt instrumentum, ut j.eo.§.Papinianus: nec vt pars rei, vt supra, de actio. empt.fundi. §.quæ tabulæ.

t ¶ Instrumẽtum.§ scilicet, domus.

u ¶ Instrumenta.] scilicet, domus.

x ¶ Ad voluptatem.§ quæ posũt dici instrumenta personæ, cum ex his domus non perficiatur: ut j. de uerborum significatione. l. penul.

y ¶ Laborent.§ secus si ad voluptatem: ut §. proxi.§.

z ¶ Paratur.§ vt & j. de pe.leg.l.3.§.penori.

a ¶ Centones.§ id est, puluinaria: opus factum ad modum plumarum, secundùm Hug.

b ¶ Funes.§ ad trahendum aquam, qui propter domum habentur, vt §. de act.emp.l.funes.

c ¶ Perticas.§ ad tenendos pannos, vt j.eo.§.canales.

d ¶ Scalas.§ ad ascẽdendum ad granaria, vel vt j.eo.§.scalæ.

e ¶ Spongias.§ quæ mundant vestes, vel alia, vt if.e.§.canales.

f ¶ Et scopas.§ ad purgandam domũ: sic & §.e.l.instrumẽta.i fi.

g ¶ Tegulã.§ nõ afixam: aliàs domus portio est, & cedit legato domus, vt inf.eo.§.Papinianus.in fi.§.

h ¶ Hypæthris.§ aliàs apothecis, siue stationibus.

i ¶ Supellectili.§ & ideò non continentur instrumento domus, vel fundi, vt §.eo.§.supellex. sed bene continebitur instrumento patrisfamilias, vt inf. ead.l.§.sed si fundus.

K ¶ Non continentur.§ vt §.de act.empt. fundi §.si ruta.& l.granaria.& §.eo. § ea verò. Sed ar.cõtra §.e. in strumenta.§.fi.

l ¶ Instrumento.§ scilicet domus: aliàs ẽ in rextu. & ita est in libro domini. Accur.

m ¶ Non contineri.§ non tamen est hoc generaliter verũ, vt statim subiicit, vt §. ea l. §.si domus.& §.se. Ac.

n ¶ Prothyrum.§ thyra græcè, dicitur, tanua, ianua.

o ¶ Magis domus.§ vt §.de act. em. fundi.

p ¶ Affixa.§ aliàs secus, ut §.e.§. si domus. Accursius.

q ¶ Tamen sint.] de nouo facta & parata: si autem fuissent detracta, licet nondum sint repositæ, tamen ad hoc seruantur, vt reponantur: magis pars domus sunt quam instrumenta sint, vt §.de act.em. l.fundi §.fi. & l. granaria.§.fi.H.

r ¶ Cãcellos.§ if.qd vi aut clã.l. nã & si ramos.

¶ Sed si fundũ nõ sit. CASVS. Legaui tibi fundũ meũ instructũ: cercè in hoc legato nõ tantũ cõtinetur instrumẽtũ eiusdẽ fundi: sed etiã ꝓprũ meũ instrumẽtũ, sicut est supellex q̃ erat in fundo cã mei vsus, & vestes meę, & lecti, & mẽsę, & aurũ, & argẽtum, & vina & omnia alia vtensilia, & serui supellectiarij, & cæteri serui huius generis. i. ministeria quibus erã instructus i eo fundo. Itè pædagogia quę habebã in dicto fundo, vt cũ illąc etiam ea instrumento domus continebuntur. ¶ De velis quoque, quæ in hypæthris extenduntur, item de iis, quæ circa columnas, Cell' scribit magis suppellectili adnumeranda: & ita Sabinus & Cassius putant. ¶ Canales autẽ & harpagones, & hamas instrumento contiueri constat. ¶ Item perticæ, quibus araneæ detergũtur: item spongiæ quibus columnæ, pauimenta, podia extergũtur & scalæ quæ ad lacunaria admouentur, instrumenti sunt: quia mũdiorem domum reddunt. ¶ Papinianus quoque libro septimo responsorum, ait Sigilla, & statuæ afixæ, instrumento domus non continentur, sed domus portio sunt: quæ verò non sunt afixa, instrumento domus non contineri inquit. Supellectili enim ea adnumerantur, excepto horologio æreo quod non est afixum. Nam & hoc instrumento domus putat contineri: sicut prothyrũ domus, si velamen est, inquit, instrumento domus continetur.

¶ Fistulę autem, & canales, & crateres, & si qua sunt alia ad aquas salientes necessaria, item seræ & claues magis domus portio, quã domus instrumenta sunt. ¶ Specularia quoque affixa magis puto domus esse partem. Nã in emptionem domus, & specularia, & pegmata cedere solent, siue in ędificio sint posita, siue ad tempus detracta. Sed si non sint reposita, ad hoc tamen sint, vt suppleantur, si qua desint: instrumento potiùs continebuntur. Cancellos quoq; instrumẽto cõtineri puto.

¶ Sed si fundus nõ sit cum instrumẽto legatus, sed ita, ut istructus, est, quæsitum est, an plus cõtineatur, quàm si cum instrumento legatus esset? Et Sabinus libris ad Vitellium scribit, fatẽdũ esse, plus esse, cũ instructus fundus legatur, quàm si cum instrumento. Quam sentẽtiam cotidie increscere, & ualescere videmus. Quantò igitur hoc legatum vberius sit, videdum est, Et Sabinus, definit, & Cassius apud Vitellium notat: Omnia, quæ eò sũt collata, ut instructior esset paterfamiliàs: instructo, inquit, continebũtur: id est, quæ ibi habuit, vt instructior esset. Hoc ergo legato nõ tantũ agri instrumẽ

¶ Vlpianus. LEX XII.

Q Vęsitum est, an frumẽtum, quod cibariis cultorum paratum feret, instrumento cederet? Et plurimis non placet, quia cõsumeret, quippe instrumẽtũ est apparatus rerũ diutiùs mãsurarũ, sinequibus exerceri possessio nequiret. Accedit eò, quòd cibaria victus magis, quàm colẽdi causa parẽtur. Sed ego puto & frumentum, & vinum ad cibaria paratum instrumẽto contineri. & ita Seruium respõdisse auditores eius referunt. Item nonnullis visum est, frumentum, quod serendi causa sẽ positũ est, instrumento contineri. Puto, quia & instar culturæ esset, & ita consumeretur, vt semper reponeretur. Sed causa seminis, nihil à cibariis differet. ¶ Conseruãdi fructũ causa, veluti granaria, quia his fructus custodiuntur: Vrceolos capsellas, in quib. fructus componuntur. Sed & ea, quę exportandorum fructũ causa parantur, instrumenti esse cõstat: veluti iumẽta, & vehicula, & naues, & cuppę, & cullei. ¶ Alphenus autem, si quos ex hominibus aliis legauerit, cęteros, qui in fundo fuerũt, non contineri instrumento: quia nihil animalis, instrumenti esse opinabatur: quod nõ est verum. Constat enim eos, qui agri gratia ibi sunt, instrumento contineri. ¶ Quæritur, an seruus, qui quasi colonus i agro erat, instrumento legato contineatur? Et Labeo, & Pegasus rectè negauerunt: quia non pro instrumẽto in fundo fuerat, etiam si solitus fuerat & familiæ imperare. ¶ Saltuarium autem Labeo putat eum demum contineri, qui fructuum conseruãdorum gratia paratus sit: nõ eũ, qui finium custodiendorũ causa. Sed Neratius etiam hunc. Et hoc iure vtimur, vt omnes saltuarij cõtineantur. ¶ Trebatius ampliùs etiam pistorem, & tonsorem, qui familiæ rusticæ causa parati sunt, putat contineri. Item fabrum, qui villæ reficiendæ causa paratus sit: & mulieres, quæ panem coquant, quæque villam seruent. Itẽ molitores, si qui ad vsum rusticũ parati sint. Item focariam, † & villicam, si modò aliquo officio virum † adiuuent. Item lanificas, quæ familiam rusticam vestiant, & quæ pulmentaria rusticis coquant. ¶ Sed, an instrumenti instrumentum, legato instrumento contineatur, quæritur? Hæc enim, quæ rusticorum causa parantur, lanificæ, & laniæ, & tonsores, & fullones, & focariæ, non agri sunt instrumentum, sed instrumenti. Puto igitur etiam focariam contineri, sed & lanificas, & cęteros, qui suprà enumerati sunt: & ita Seruium respondisse auditores eius referunt. Vxores quoque eorum, & infantes, qui suprà enumerati sunt, in eadem villa agentes, credendum est voluisse testatorem legato contineri. Neque enim duram separationẽ iniũxisse credendum est. ¶ Si aliqua parte anni in fundo pascuntur pecora, aliqua parte his pabulum conducitur: vel serui, si aliqua parte anni ager per eos colitur, aliqua parte in mercedem mittũtur, nihilominus instrumento continentur. ¶ Cellarium quoque, id est, qui ideò præpositus est, vt rationes saluę sint: item ostiarium, mulionemq; instrumẽti esse cõstat, & molas, & machinas: fęnum, & stipulas: asinum machinarium, machinam frumentariam: vas ęneum, in quo sapa coqueretur, & defrutum fieret: & aquam, quæ ad bibendum, lauandamque familiã pararetur, instrumenti esse: & cribra, & plaustra, quibus stercus euehatur: ea verò, quæ solo continerentur, instrumenti fundi non esse Cassius scribit: veluti arundineta, & salicta, antè, quàm cæsa sint: quia fundus, fundi instrumentum esse non posit.

Sed si cęsa sint, puto contineri: quia quærendo fructui deseruiũt. Idem & in palis erit dicendum.

¶ Si in agro venatiões sint, puto venatores quoque, & vestigatores, & canes, & cętera, quæ ad venationẽ sunt necessaria, instrumento contineri: maximè si ager ex hoc reditum habuit. Et si ab aucupio reditus fuit, aucupes, & plagæ, & huiusmodi res agri instrumento continebuntur. Nec mirum, cùm & aues instrumento, exemplo apium, contineri Sabinus, & Cassius putauerint.

¶ Si quis eodem instrumento in plurimis agris vtatur: cuius agri instrumentum sit quęritur? Et ego arbitror, si quidem apparet voluntas patrisfamilias, cui potius agro destinauerit eius esse instrumentum. Cęteri enim agri mutuantur veluti ab hoc agro. Si non appareat, nullius instrumẽto cedet. Neque enim pro parte agri diuidimus instrumentum. ¶ Supellex cæteraque, si qua in agro fuerunt quò instructior esset paterfamilias, instrumento fundi non continentur.

¶ Si domus sit instrumentum legatum, videndum, quid continea tur. Et Pegasus ait, instrumentum domus id esse, quod tempestatis arcendæ, aut incendij causa paratur, non quod voluptatis gratia. Itaque neque specularia, neque vela, quæ frigoris, vel vmbrę causa in domo sunt, deberi. Quæ sententia Cassij fuit, qui dicebat inter instrumentum, & ornamentum multum interesse. Instrumenta enim esse, quæ ad tutelam domus pertinent: ornamẽta, quæ ad voluptatem, sicut tabulas pictas. Vela autem cilicia instrumenti esse Cassius ait: quæ iõ parantur, ne ædificia vento, vel pluuia laborent. ¶ Acetum quoque, quod incendij extinguendi causa paratur, item centones, siphones, funes, perticas quoque: & scalas, phormiões, & spõgias, & hamas, & scopas tegulam etiam, & tignum eius rei causa paratum, instrumento contineri, si ad huiusmodi cãm tigna parata erant, & ad alios vsus non deseruiẽtia. Proinde & fulcimẽta, si qua habeat huic rei necessaria,

¶ Blondus vbi §.legit, uestigatores canes.

† Du.& huius rei instrumentũ agri, agri instrumento contineri.

† Ibidẽ legit aues exẽplo aniũ instrumento.cõtineri &c. quem q̃so, vide.

† Du.cętera eũ agri ab hoc agro ueluti mutuantur

† Agri, nõ ẽ apud Du.

† Du.instrumenti eũ, &c.

† De specularib. pulchrè Budę §.de vsufr. in l. ex sylua cędua.

† Funes, si est in P. F.

† Aliàs, scaphas.

† Aliàs, fabrum.

† Aliàs, fabrum.

† Machina, quid est.

† Aliàs, faba.

† De sapa, pli. li. xiii. cit. & eiusdẽ li.c xxj. De defruto idẽ li. xiii. cap.ix.& c. xxj.

† Foratiã, legit Blon. libro ix. de Roma triũphante.

† Du.adiuuet.

Phormiones qui dicãtur, pulchre Catellianus Cotta, in hac ipsa dictione. Hamæ verò quæ sint instrumenta, diserte Marius Cataneus in epistolas Plinij ad Traia. in eam scilicet, q̃ incipit, cũ diuersam partẽ prouinciæ, &c.

¶ De hypethris pulchre Budę. §. de vsufr. in l. ex sylua cędua.

† In hunc locum uide Ale. ab Alex.li.5.Genia.dier.c. 24. cir. fin.

† Prothyra vestibula dicũtur in domorũ ianuis, autore Vitruuio de Prothyro itẽ inf. de ver. fig. l.penul. ubi uide Alci. Pegmata, quę dicantur, Pulchre Catellianus Cotta in dictione, spectularia.

† In P. F. Collocata.

† In P. F. nõ est tantum uide Ang. lib. 2. emend. c. 4

Universidad de Deusto
Biblioteca

item præsto essent in tricliniо. Item vxores, & filij seruorum. Itē bibliotheca, & libri, quos ibi habebam. Item imagines, hę tamen duntaxat, quę fuerunt in ornatu fundi. Item actor, qui degebat in fundo, quem quidem miserā in prouinciam, vt ordinatis in prouincia quibusdam meis negotiis rediret ad fundū, est ergo plenius legatū fundi instructi, q̄ fundi cū instrumento. Quia cū lego fundū cum instrumento, nō continetur meum instrumentum. Quædā tamen non cōtinentur in dicto legato fundi instructi: puta, ea, quæ congesseram in eo fundo, non vsus mei causa, sed gratia custodię, puta, vinū, quod habebam ibi in apotheca causa custodiæ, vel fructus, quos ibi reposueram, vt vēderē. Item nec serui, qui iam à me cōsecuti fuerāt libertatem. Itē nec illa mancipia, quæ tēporis causa in dicto fundo erāt, & non, vt essent fundi instrumētū, vel meum. Hoc dicit, usque ad §. idem respondit, instructis horreis &c. vbi dicit, quid contineatur in legato horreorum instructorum, & domus instructæ vsque ad §. celsus scribit seruis, qui in fundo &c. Viuia.

† Horeum hic accipe locū nō solū ad custodiā frugū, sed & rerū aliarum sepositarū ad cotidianū usū. testis Mari. Grapol. li j. ca. iii.

a ¶ Non agri instrumentū. ⁊ tantùm sub. alioquin §, vt suprā, d̄ vsu & habi. si ita legatus. in prin. & quod dixit §. proxi. Plus esse cū instructus, &c. & ⁊. e. l. §. Nerati. & §. Papinianus quoq;. & facit C. de verb. sign. l. j. & ij. & §. de tribu. pro curatoris. §. si propter.

† Du. extra ea quę libertatem.

† Vide in hunc locū Ambrosiū Calepinū in dictiōe pēdagogium.

tum, [a] sed & proprium instrumentū suum reliquisse vr. Proinde si fundus sit instructus legatus, & supellex continebitur, quæ illic fuit usus ipsius gratiā: & uestis nō solùm stragula, sed & qua ibi uti solebat. Mensæ quoque eboreæ, uel si quę aliæ: item uitrea, [b] & aurum & argentum: uina quoque si qua ibi fuerint, usus ipsius causa continebūtur, & si quid aliud utē silium. Sed si qua eò congesserat nō usus sui causa, sed custodię gratia, nō continebuntur. Vina etiā, quæ in apothecis [c] sunt, non cedent. Et hoc iure utimur, ut quæ illic paterfamiliàs, quasi in horreo habuit, hæc nō contineantur.

¶ Celsus quoque libro 18. digestorum scribit, fructus ibi repositos ut uenirent, uel in alium usum quàm fundi cōuerterentur, instructo fundo non contineri. ¶ Idem Celsus eodem libro ait, etiam supellecticarios, [d] & cęteros hoc genus [e] seruos contineri, [f] id est, ministeria, quibus instructus erat in eo, † extra eos, [g] qui libertatem acceperunt, & qui rure [h] morari solebant. ¶ Si instructum fundum legasset, ea pædagogia, † quæ ibi habebat, ut cùm eo uenisset, præsto essent [i] in triclinio legato continentur. ¶ Contubernales quoque seruorum, id est vxores, & natos, instructo fundo cōtineri uerum est. [k] ¶ Instructo item fundo, & bibliothecam, [l] & libros qui illic erant, ut quotiens uenisset, [m] uteretur, cōtineri constat. Sed si quasi apotheca librorū utebat contrà erit dicendum.

¶ Neratius quoque lib. 4. epistolarum Rufino respondit, instructo fundo, & supellectilē, & uina & mancipia non solum adcultum custodiamve uillę, sed etiam quæ ipsi patri familiàs ī ministerio ibi essent, legato cedere. [n] ¶ Imagines autem eæ solæ [o] legatę uidentur, quę in aliquo ornatu uillę fuerunt. ¶ Papinianus quoque prædiis instructis legatis mācipia nō cōtineri, [p] quæ tēporis causa illic

Sed arg. cotrà, inf. eo. l. fi. in fin.

l ¶ Bibliothecam. ⁊ vas librorū, ut §. de lega. iii. l. librorū. §. fi. Acc.

m ¶ Venisset. ⁊ Paterfamilias in fundum. Accursius.

n ¶ Cedere. ⁊ sic §. eo. §. sed si fundus.

o ¶ Solæ. ⁊ quasi dicat non illæ quæ nec fundi nec patrisfamilias instrumēta essent. Item contrà, inf. eo. l. si ita. §. domo. Solu. ibi.

p ¶ Non contineri. ⁊ sic §. de lega. iii. si fundus. & l. quæsitum. §. fi. & l. si ita. cum suis cōcor. aliàs est contineri: sine non: sed est falsa litera. Accur.

q ¶ Transtulit. ⁊ in fundum. Accur.

r ¶ Redierit. ⁊ sic §. de hæredi. instit. ex facto. §. rerum. & §. proxi. §. cum concordan.

s ¶ Vina. ⁊ C. de uero bo. signi. l. i. & ii. Sed contra, inf. eod. l. fi ita. §. domo. Sol. ibi.

t ¶ Mensas.] incipit respondere.

v ¶ Supellectilem. ⁊ in domo esse solitam.

x ¶ In horrea. ⁊ alias est mortis, & sub. tempore. alias in hortis, cū forte esset extra urbē: & quod subiicit cōtulerat; scilicet in domū secūdum primam, vel in hortis secundū aliā.

y ¶ Successus. ⁊ ut ad tēpus secederet a curis ciuitatis. Accur.

z ¶ Exhibebantur. ⁊ secundario: ut sic bene corrigatur infra. Item dic, quæ sic vrbana familia §. de lega. iii. l. cū quæreretur. & l. seruis vrbanis.

a ¶ Domui. ⁊ q. d nō afferebāt aquam in domū, sed illatā in domū, ministrabāt. Accursius.

b ¶ Commodabantur. ⁊ sic §. de lega. iii. l. itē. §. proinde. & §. ea. l. §. fi quis instrūm. & if. eo. fi ita §. domo. Acc.

c ¶ Non contineri. ⁊ habeas, nō, & sic bene corrigit statim. aliàs deest, nō: & secundùm hoc, q̄d subiicit, falsū est, f. sine distinctione. Nā distinguitur, vt §. §. sed si fundus. & §. instrumēto. & sic tollitur cōtra. quod tunc signatur inf. eo fi ita. §. domo.

d ¶ Instrumētum esse. ⁊ vt & ⁊. de supel. leg. l. i. & l. Labeo. in prin.

e ¶ Legauerat. ⁊ scilicet, domū instructam.

f ¶ Non potest non videri. ⁊ alias est, non potest non videri: & tunc dic, sensisse, scilicet, in legando: nā sine dubio cedunt. Aliàs est potest videri, scilicet, sine, non: & tunc dic, sensisse, scilicet, excipiendo. Et sic no. q̄ qui in vno excipit, in cęteris videtur regulā firmare, vt in auth. de non alie. §. vbi autem. & ⁊. eo. l. cùm delanionis. §. cùm fundum. & facit ⁊. de auro & arg. lega. l. j. & C. de procu. l. maritus. & supra de iudi. cùm prætor. in principio & de mino. & si fine. §. sed quod Papianus. & l. patri. in princip. & supra de lega. iii. l. vxorem. §. fœlicissimo & l. seruis vrbanis. & infra de manumis. test. l. si peculium.

† Du. Hieroniano alias. Hieronymiano.

† Du. Vmbrio.

† In P. F. in hortis.

† Hortis. in P. F.

Excipiens in vno, in cęteris regulam firmat.

peculium. in prin. Sed arg. contrà, §. de peti. hæred. item veniunt. §. Senatusconsul. & in § priuatorum.

a ¶ Aestimatis. ⁊ ut si sint paucæ, ista nō cedant: arg. §. de leg. j. l. fi res. in dubio tamen non cedunt, cùm temporis causa ibi sint, vt §. §. Papinianus & §. §. Papinianus quoq;. & §. sed si fundus. & §. instrumento. & §. de leg. j. fi chorus. cum eorū concordantiis.

¶ Celsus scribit. CASVS. Legaui tibi seruos, qui erāt in fundo meo Titiano: nūquid continētur vicarij eorum? Et dicitur, q̄ nō: nisi ego & de eis sensi. Item pone, q̄ institui mihi hæredem filium meū: & vxori meę legaui omnia, quę in domo erant: certè nō cōtinenē cautiones debitorum, vel emptiones seruorū, nisi ī alia parte testamēti appareat me voluisse ei legare dictos seruos, & dicta debita: quia tunc bene continebuntur cautiones & emptiones. Viuianus.

† examinatis, in P. F.

b ¶ Vicarios. ⁊ qui fortè extrà fundū morabantur: alioquin cōtrà uidetur, ⁊. titu. j. l. fi peculiū. §. vicario. vbi videtur legato seruo accedere peculiū: sed tamen contra est, ut ⁊. tit. j. l. antepen. Vbi autem quis tibi legat seruos suos, qui cōtineātur, dic ut §. de leg. iij. l. cùm suæ. cum tribus legibus seq.

c ¶ Emptionesq;. ⁊ sed cauere debet de ex hiōendo, ut C. de fidei commissis. l. instrumenta.

d ¶ Et de seruis. ⁊ f. & instrumentis, ut subiicit: & facit §. de leg. iij. l. fi mihi. in prin. & §. fi. & l. quæsitum. § j. & §. eo. §. idem respondit domo instructa. in fi. & §. Papinianus. Accursius.

¶ Si quis fundum. ⁊ CASVS. Fundo instructo legato continetur. in legato suppellex, & mancipia, & multa alia, de quibus dictum est §. ea. l. §. sed si fundus non sit &c. Modò pone, q̄ legaui tibi fundum instructum non nominando aliqua expresè de prædictis, quę tacitè continētur in dicto legato, & posteà adieci hæc uerba, Cum suppellectilibus, quæ in dicto fundo sunt: vel adieci, Cum mancipiis, quæ in dicto fundo sunt: vel nominaui aliquam aliam rem de prædictis, quæ tacitè in legato continētur. Nunquid videor minuisse legatum fundi instructi. f. vt non alia cōtineant in legato, nisi fundus, & supellectilia nominata à me specialiter? Et dicitur quod nō, & ex abundanti videor adiecisse specialiter illud q̄ tacitè cum multis aliis cōtinebatur: sicut cùm dicit in diuina scriptura, dicite discipulis eius, & Petro &c. & de hoc etiam ponit aliud exemplum in matre, & filia. Accursius.

e ¶ Non uideri minutum. ⁊ Sed contrà, ⁊. de suppel. lega. l. legata. ij. respon. ubi minuit. Solu. fin R. hic non minuitur personæ legatū: ibi agri minuitur: uel hic nominauit aliquā de speciebus, q̄ plures species erant in instrumento, ut suppellex, & mancipia, quę nominādo non est recessum à priori uoluntate: uerum si nominasset aliquod indiuiduum de illis, quæ continebantur in instrumento, vel proprio nomine, uel aliqua demonstratione, quæ uice nominis fungitur, uel adiciendo nerum numerum, ut duos, uel tres? recessum uideretur à priori uoluntate eatenus, ut de aliis mancipiis eiusdem specieі, præter quæ nominauit (licet ibi sint plura) non teneat, Ro. & hoc etiam modo soluitur ⁊. eod. cùm de lanionis. §. cui fundum. Vel plenius distingue: quia cùm legatur ab eodē genus, & species, aut uni, aut diuersis. Si vni, aut à sciente, aut ab errante. Primo casu autre remouendæ dubitationis causa, siue ad maiorem euidentiam, & tūc nō minuit, ut hic. Aut determinationis gratia, & in hoc casu ex abū dati genus nominatur: quoniam ei per speciem derogatur, ut ⁊. eo. cum de lanionis. §. cui fundum. & §. quidam. & ⁊. de supel. leg. l. lega ea. in prin. fi uerò ab errante, eo casu ex abundāti fit specierum nomi in ea essent, sensisse. ¶ Sed & ipse Papinianus eodem libro responsorum ait, Patrem mercatorem, ac fœneratorē, q̄ duos filios, totidēque filias hæredes instituerat, ita legasse, Filiis maribus domum meam instructam do, lego, dariq; iubeo: merces, & pignora an contineantur, quęri posse: sed facilem iudici voluntatis coniecturam fore cæteris patris facultatib. † ęstimatis. [a] ¶ Celsus scribit, seruis, qui in fundo morarentur legatis, vicarios [b] eorum non contineri: nisi appareat & de vicarijs eū sensisse. Papinianus quoque libr. vij. responsorū vxori, cui vir omnia, quæ in domo erant, ab hærede filio prestari voluit. cautiones debitorum, emptiones q̄; [c] seruorum nō videri legatas respondit: nisi, inquit, ex alia parte & de seruis [d] eum cogitasse apparuerit, scilicet, vt eorum seruorum ei legasse videatur emptiones, quos & ipsos voluit ad eam pertinere.

¶ *Enumeratio specierum respiciens actū legādi, non restringit genus præcedēs. Itē quando vni legatur genus, alteri species, à legato generis species uidetur exempta. hoc dicit cum §. seq. Bartol.*

¶ Si quis fundū ita, ut instructus est, legauerit, & adiecerit, cum supellectile, vel mancipiis, vel vna aliqua re, quę nominatim expressa nō erat, vtrum minuit legatum adiiciendo speciem? an verò nō? quæritur. Et Papinianus respōdit, non videri minutum, [e] sed potiùs ex abundanti adiectum. [f] Idē Papinianus [g] lib. vii. responsorum ait, Instructis hortis filio legatis, mater argentum muliebre filiæ legauerat. Respondit, etiam id argentum muliebre, quod in hortis habuit, vt ibi esset instructior: ad filiam [h] pertinere.

¶ *Taberna, nomen est loci: cauponа, nomē est negotiationis, hoc dicit. Bar.*

¶ Papinianus. LEX XII.

TAbernæ † cauponæ [i] instrumento legato, etiam institores cōtineri Neratius existimat. [k] Sed videndum [l] est, ne inter instrumentum [m] tabernæ, & instrumentum cauponæ sit discrimen: vt tabernæ, non nisi loci, [n] instrumenta sint, vt [o] doliaria vasa, ancores, [p] calices, & trullæ, quę circa cœnam solent traiici: item vrnæ æreæ, & congiaria, sextaria, [q] & similia. Cauponæ autem, cùm negotiationis nomen sit, etiam [r] institores. ¶ Instrumento [s] balneatorio legato, etiam balneatorem contineri, Neratius respondit.

derogatur generi per speciem hoc præcipue officiendo, quoniam in legando hic species non fit expressa, & hic nō obstat huic §. de leg. iii. l. seruis. §. fina. & l. hęres meus. §. j. & l. quæsitum. §. primo. & quod dixi in superiori §.

Abernę. ⁊ CASVS. Legaui tibi instrumētum tabernę meæ uel tabernam instructam: certe continebuntur instrumēta ipsius loci, ut uasa doliaria, & similia. Si autem legaui tibi cauponam instructā, continentur non solum prędicta, sed etiā institores, quos præposuerā dictæ cauponæ exercendę. Hoc enim nomē caupona, est nomē negotiationis, quod non est in nomine tabernæ. Sed & si legaui tibi balneū instructū: continetur balneator, & fornacator. Sed & si ita scripsi testamento meo, Quæ tabernarum exercendarum, & instruendarum causa facta, parata sunt, do, ego Titio: & etiam lego eidem ea, quę causa exercendi, & instruendi pistrini, & cauponæ facta parata sunt: & postea decessi. Certe legati uidentur caballi, qui in pistrinis erant: & pistores, & institores, qui erāt in caupona, & etiam focaria, quæ erat in caupona, & etiam merces quæ erant in prædictis locis. Sed nunquid domo instructa legata continentur uini?, quæ ibi erant? Et dicitur, quòd non, quia non potest domus intelligi instructa uinis, & hoc usque ad l. fi ita. §. mulier. Viuianus.

† al. Paul. li. 4. ad Sabin.

† In P. F. cauponiæ, uide Aug. li. 2. emēd. cap. 4.

Du. tabernæ cauponia, & instrumentū &c.

Du. dolia, uasa &c.

† Quę uasa dicātur, an cones, pul chre Catellianus Cotta in hac ipsa dictione & Nebrissis in lexico suo iuris ciuil.

† Sic Du. Alcia. li. 7. Parer. cap. 3. legit ahenum.

† In hunc locum Anto. Aug. li. 2. emend. c. 11. quo loco demēstris & nassis tractat.

i ¶ Tabernæ cauponæ. ⁊ i. ubi est uinum, & similia parata ad uendēdum, sed non uenduntur adhuc: ut differat à caupona, in qua tam exercetur negotiatio uini. & ut differat à taberna in genere, quæ est, ubicunque negotiatio exercetur, ut inf. eo. l. cum quæritur.

k ¶ Neratius existimat. ⁊ & male. Accur.

l ¶ Sed uidendum. ⁊ corrigendo Neratium.

m ¶ Loci. ⁊ id est, quæ semper ibi stant: sed institores finito negotio recedunt: & secundum hoc intelligi potest inf. de uerbo. signifi. fi instructum §. i. secundùm H.

n ¶ Etiam institores. ⁊ f. cōtineri, qui tantū negotiationi cauponę, uel tabernę operā præstant. ipsi enim potius inferri putantur, quàm ipsi tabernæ inferāt, ut inf. eo. cū de lanionis. §. i. & de colono dicitur §. e. l. quæsitum. §. Alphenus. & inf. eo. §. fi. & inf. l. proxi in prin. Accur.

o ¶ Instrumento contineri. ⁊ scilicet, quandoq;, ut si paterfamilias per

Universidad de Deusto
Biblioteca

per se balneum exercebat, vt ſ.eo.cum de lanionis.§.j.& ſ.proxi.respon.& ſ.eo.l.pictoris.§.fina.

a ¶ Continetur. ¶ Et fornacator. ¶ qui facit ignem ad calefactio ne balnei. Sed certe ille dr, fornacarius: vt ſ.ad leg.aquil.si dixit, vt cacus, vel ip sa est meretricator.

b ¶ Ita. ¶ & caballos. causa ducendi pristinum.

c ¶ Et pistores.¶ hos pistores, & institores dicas cõtineri, qſi dõs exercet per ſe & iſtis vitur, vt instrumẽtis. Cæterum ſi ipſi exercent instrumẽtum eis paratum, non ipſi ſunt instrumentum, vt de colono, ſuprà.l. quæſitum. §. Alphenus.in fi.§.& ſ.eo.tit. cum de lanionis. §.j. & ſuprà, eod.l. proxi. in prin.& §.j.& §. fin. & hic dicit R. secondos non primos contineri.

d ¶ Non ẽt vina. ¶ contrà, C. de verb.ſignifi.l.i.& ſuprà.eo.l. quæſitum.§ ſed ſi fundus.& §.Neratius. & §.idem reſpon. instructis horreis,quibus dicitur contineri vina. Sol.aliud in fundo, vt ibi:quàm in domo,vt hic: & eſt ratio, quia ex fundo plerunq; nascitur. Vel, ibi gratia vſus patrisfamilias: hic causa custodię: ſecundum hoc non refert inter fundum & domum.

e ¶ Intelligi nõ ſt. ¶ niſi, ẽm quod dixi, quando eſt gratia vſus.Accur.

¶ Mulier.¶ CASVS. In fundo meo Titiano erat quędã villa,id eſt parvula domus,in qua ſtabat Arethusa ancilla mea causa perpetuæ custodiæ. ego feci teſtamẽtum, & legaui fundum dictum Titio cũ inſtro,vel instructum: nunquid continebitur in legato dicta mulier? Et dicitur,q̃ ſic,ſicut continentur ſalturarij,quos habebam in eodem fundo.Cum enim fit vtriuſq; par ratio, idem ius ſtatuendum eſt.Deſiderant enim ita bene custodiam villę ſicut agri. Illic enim,id eſt in agris deſideratur custodia per ſalturarios,ne quid vicini occupẽt de agro,vel de fructibus in agro pẽdentibus: hic aũt id eſt in villa deſideratur custodia,ne quid vicini occupent cæterarũ rerum,quæ cõtinentur in villa:quę ſine dubio,eſt pars fundi: & iõ legatarius vendicabit eam iure legati.Viuia.

f ¶ Perdetua. ¶ ad hoc ſ.de pig.l.debitor.cum concor.

g ¶ Saltuarius. ¶ ad quod eſt,ſ.eod.l.instrumenta.§.fi. & l.quæſitũ. §.ſaltuarium. & de lega. iij. cùm quæreretur, §. fina.& infrà,eod.l. idem.§.fina.

h ¶ Par enim. ¶ ergo idem eſt ius,vt & ſuprà,ad leg. Aquiliam l. il lud. Accur.

i ¶ Pars fundi. ¶ facit ſ.de verb.ſig. fundi. & ſ.quibus modis uſufruct.amit.l.fundi.

¶ Villæ. ¶ CASVS. Si lego tibi instrumentum domunculæ, quam habeo rure causa colligendi fructus,nõ continetur ſupellex.Secundò dicit,q̃ ſi lego tibi vineam, & eius instrumentũ: continentur nomine instrumẽti pali,& perticæ,& raſtri,& ligones.Tertiò dicit, q̃ ſi lego tibi fundum,ſicut instructus eſt, in quo ego habitabam:cõtinentur mulieres lanificę,quę erant in fundo,quamuis non continerentur,ſi ego in eo non habitarem.Viuianus.

k ¶ Villæ. ¶ i.rustici ædificij: vt ſ.de uerbo.ſignſ.fundi appellatione, & ſ.l.proxi.§ fin.

l ¶ Legato. ¶ ſecus ſi villa instructa legetur:ubi diſtinguitur, legetur fundus instructus,vel cũ instrumẽto:ut ſ.l.quęſitum.§.ſuppellex.

¶ Idem. ¶ LEX XIIII.

Continetur autem & fornacator. a

¶ Pomponius. ¶ LEX XV.

Si ita teſtamento ſcriptum ſit, Quę tabernarum exercendarum, & instruendarum, piſtrini, cauponæ ¶ causa facta paratáque ſunt do,lego.his verbis Seruius rñdit & caballos, b ¶ qui in piſtrinis eſſent, & piſtores, c ¶ & in caupona institores,& focariam,merceſque quæ in his tabernis eſſent, legatas videri. ¶ Domo instructa ¶ legata reſponſum eſt ſupellectilẽ legatam,nõ etiam uina: d quia domus vinis instructa intelligi non poteſt. e

¶ *Instrumẽto fundi cedit mulier, quæ uillam custodit,ſicut & ſaltuarius.Bar.*

¶ Mulier villę custos perpetua, f in fundo,qui cũ instrumento legatus eſt,aut instructo, continebit, ſicuti ſaltuarius. g par enim h ratio eſt.Nam deſiderant tam villæ quàm agri, custodiam:illæ,ne q̃d vicini,aut agri,aut fructuum occupent; ¶ hi, ne quid cæterarum rerum,quæ in villa continentur.Villa autẽ ſine ulla dũtione pars fundi i habetur.

¶ *Villæ instrumento non continetur ſupellex.Barto.*

¶ Alphenus. ¶ LEX XVI.

Villæ k instrumẽto legato, l ſupellectilem non continerim verius eſt. ¶ Vinea & instrumento eius legato, instrumentum vineæ nullum eſſe Seruius reſpondit: ſed, qui eum n conſulebat, Cornelium reſpondiſſe aiebat, palos, o perticas,raſtros,ligones, instrumenti vineæ eſſe: quod verius eſt. ¶ Quidam vxori ſuę fundum, vt instructus p eſſet, in quo ipſe habitabat,legauit. Conſultus de mulieribus lanificis, an instrumento continerentur? Reſpondi, nõ quidem eſſe instrumenti fundi: q ¶ ſed quoniam ipſe paterfamiliàs, qui legaſſet, in eo fundo habitaſſet, dubitari non oportere, quin etiam ancillæ,& cæteræ res,quibus paterfamiliàs in eo fundo eſſet instructus, omnes legatæ viderentur.

¶ *Pictoris,uel balneatoris, uel lanionis instrumento legato,omnia neceſsaria ad ſuũ miniſterium continentur.Bar.*

¶ Martianus. ¶ LEX XVII.

Pictoris instrumẽto legato, cerę, colores,ſimiliaq; horum legato cedunt, item peniculi, & cauteria, r & conchæ. s ¶ Instrumento piſcatorio legato contineri Ariſto ait, nauicellas, quæ piſcium capiendorum causa paratæ ſunt. Sed & piſcatores t contineri verius eſt. ¶ Instrumento balneatorio u quomodo instrumento fundi ſaltuarium, x & topiarium: & instrumẽto cauponio inſtitorem: y cùm balneæ ſine balneatoribus vſum ſuum præbere non poſsint. z

lib.a. ad Vitellium. De fornacatore (ita enim malo legere, q̃ fornicator q̃ & ſenſui magis conueniat & i Victori. excep.altero ꝓbatiore ita ſcriptũ olim fuerit quamquã ſciolus aliquis ſopra uauerit) pulchre de. ſ. ad l. Aquil.l. ſi ſeruus ferũ.§. ſi for nacarius. Idem.n. eſt fornacarius, qui & fornaca-- tor.

libr.6.ad Sabin.

Caupo-- niæ.

In P. F. & in cauponio.

Adde hic q̃ ẽt q̃ſiq; appellatione domus continetur ſubſtantia & patrimoniũ: vt l. j. C.de iudæ. & ma. & l. i.C.ne lice. põtẽ.Aleã. in l.lecta.ſ. ſi cer.peta.

Du.illic, ne &c.

Du. hic, ne &c.

lib.1.Digeſt. à Paulo epitomatorum.

lib.7. Institution.

Cælius Rhodig.li. lect. antiq. iiii.ca.vlti. Sũt & ſua, inquit, piſtoribꝰ cauteria in ea pingẽdi ratione, quã vocant encauſtica, latine inuſtariam dicimus:coloribus inuſtis, & certis ignis reſolutis.Vndeſ ctũ vulgo vt libranũ attramẽtũ dicatur,encauſtũ.hæc ille.

In P.F.in cipit. Item pictoris.

& §.ſed ſi fundus.ibi, proinde &c.Accur.

m ¶ Non contineri. ¶ contra,inf.eo.Seia.§.penul.Solu.ibi.

n ¶ Cui cum. ¶ Seruium.

o ¶ Perticas. ¶ ſic ſ.de uſufru.item ſi.§.fin.

p ¶ Instructus ¶ Not.instructus: ſecus ſi cum instrumento:ut ſupra, eod.quæſitum.§. ſed ſi fundus.

q ¶ Instrumenti fundi. ¶ ſed patrisf. ſ modo ut ibi eſſet instructior habebat: aliàs, ſi ut extra fundum locaret,non continetur legato,ut ſupra, eodem. quæſitum.§. ſed ſi fundus. & §. Papinianus. & infrà,eodem. l. & ſi mancipia. in princi. in caſu tamen ſunt etiam instrumenta fundi, ut ſi erant lanificę ad ueſtiendum familiam rusticam,ut ſup.eo. quæſitum.§.ſaltuarium.

Pictoris. ¶ CASVS. Ita lex plane ponit quid cõtinetur legato instrumento pictoris ſerui, uel instrumento piſcatorio, uel instrumento balneatorio. Viuia.

r ¶ Cauteria. ¶ plũbea, cum quibus fiunt deſignationes ante, q̃ fiat pictura.

s ¶ Et conchę. ¶ uaſcula in quibus ſtant colores, quæ dicuntur eſſe de auriculis piſcium. Accurſius.

t ¶ Piſcatores. ¶ ſeruos: & hoc cũ ipſe teſtator, piſcator erat, & ſeruos piſcatores habebat in eo miniſterio,ut & inf. l.proxi. §. j.& dixi ſ.eod. ſi ita.in principio.

u ¶ Balneatorem. ¶ ſcilicet ſeruum: ut ſuprà, eod. tabernæ. in fin. cum ipſe dominus præſit balneo. & not. ſ. proxi.reſpon.

x ¶ Saltuarium. ¶ id eſt ſaltus cuſtodem: ſed topiarius ordinator ſaltus, ut ſupra, de lega.iij.cùm quæreretur.§.fin.& facit ſ.eo.instrumenta.§.fi.& l. quæſitum.§.ſaltuarium & l.ſi ita.§.fin.

y ¶ Institorem ¶ ſ.eo.tabernæ.§.penult.

z ¶ Non poſsint. ¶ facit ſupra, de iuriſdictione omnium iudicum. l.ij.cum ſuis concor.

Cvm de lanionis. ¶ CASVS. Hæc lex primò ponit, quid continetur legato instrumento ſerui lanionis. Secundò dicit, uoòd ad ſciendum,quid contineatur instrumento legato,eſt neceſſe quandoque inſpici perſonas legantium.Nam ſi lego tibi instrumentũ piſtorium,ita demum continẽtur legato ſerui piſtores, qui ſeruiebant mihi in piſtrino,ſi ego piſtrinum exercebam,& nõ alias.Multũ enim intereſt,utrum instrumentũ ſit paratũ piſtoribus, id eſt ipſis dominis per ſe molentibus: quo caſu continebuntur in dicto legato ſerui piſtores:an piſtrinum ſit paratũ ſeruis molẽtibus, ſiue dominis:quo caſu non cõtinentur ipſi ſerui. ¶ Afinã. ¶ Titius habens in fundo ſuo molendinum,quod afina ducebat,fecit teſtamentum,& legauit Seio fundum cum instrumento fundi.Nunquid continetur dicta afina, & mola molendini? Et dicitur,q̃ non, bene tamen continẽtur caeabi, & patinæ:quia pulmẽtarium,ſiue comeſtio nõ poteſt coqui ſine prędictis. Item continetur vas ahenum,quod ſupra ſocum pendet, in quo caleſit aqua ad potandũ.Eadem ratione continẽtur vrcei,quibus aqua infunditur in ahenum,illa etiam uaſa continentur, quibus aqua infunditur in urceos: & ſic uſque ad infinitum.Et hoc ſi uoluit teſtator. Si autem non apparet uoluntas teſtatoris,debemus inſpicere conſuetudinem regionis, unde erat teſtator, ſcilicet, quid erat in conſuetudine ibi quid contineretur appellatione instrumenti fundi. Item continetur appellatione instrumenti fundi uillicus ſeruus, qui colebat fundum fide dominica: non autem ſi colebat certa quantitate penſionis maximuſque eſt, cum omni instrumento ruſtico, ſic vrbano, & mãcipiis, q̃ ibi ſunt. Nũquid debentur ei ſemina quę in fundo erant? Et dicitur,quòd ſic, niſi hęres probet aliud me teſtatorem ſenſiſſe. Itẽ debetur ei frumentum repoſitum in fundo pro paſcendis mancipiis.quæ erãt in fundo. Sequens §.dicit qd conſinetur instrumento ſerui medici cum instrumento legati.

¶ Cui fundum. ¶ Titius habens fundũ, in quo erant decem ſerui, qui operabãtur ibi, & ita erant fundi instructi dictis ſeruis legati. Seio hunc fundũ instructum; Poſteà eidem Seio legauit ſpecialiter quinque de dictis mancipiis, Nunquid alii ſerui, qui nõ ſunt nominati continẽtur amodò ſub appellatione instrumenti fundi? Et dicitur, quòd non,quia ex eo, quòd teſtator nominauit ſpecialiter poſteà quinque ex ſeruis, vt dictũ eſt, apparet eum non intellexiſſe decem eſſe annumeratos instrumento fundi, id eſt,cõtineri, instrumẽto fundi. ¶ Sabinus ait. ¶ Legaui tibi fundum, & ea,quæ in eo ſunt: certe habebis fundum,& ea, quæ ſolita ſunt eſſe in eo fundo: non autẽ ea,quæ tu curaſti poni in eo fundo,unde legatum tuũ cumularetur.

PAter. § CASVS Titia filia mea, pro qua dotem dederã Seio marito suo, ab eo diuertit sine culpa sua mulieris: ego posteà ea consentiente dedi libellum marito pro recuperanda dote, non tamẽ litem fui contestatus: & interim feci testamentum, & instituo mihi hæredem dictam meam filiam, & Caium filium meum, quemlibet p dimidia, id est quemlibet in sex unciis: & peeij à filia, ut dicto cohæredi suo restitueret suam filię partem hæreditatis, retineret tamẽ sibi ex ea sextam partem, id est vnam vnciam, & dixi eidem meę filię: Bene scio, quod posses retinere quartam partem tuæ partis hæreditatis, id est vnciam, & dimidiam: sed pro illa media vncia cõpensa tibi dotem tuam, & habeas dotem loco illius medię vncię, & ita habeas dotem tuam, & vnam vnciam tuę partis hæreditatis meæ, & quinque vncias restituas cohærędi tuo, & posteà decessi. Nũc quæritur, quid iuris sit circa p̃dicta? Et dicitur, q̃ ipsa filia nihilominus poterit detrahere Falc. iure hæreditario de prędictis sex vncijs suis, quas rogata fuit restituere fratri suo, id est vnciam & dimidiam iure proprio, & dotem nihilominus habebit, & hoc ideò, quia ego pater non fui litem contestatus super dote contra maritum, vt dictũ est: imo solum modo petij per libellum: quia si litẽ fuissem contestatus, ad hĩdes meos prędictos trãsmissem, & sic dimidiam dotis caperet filia mea iure hereditario, & sic computaretur in Falcid. secundùm uolũtatẽ meã, & hoc fm iura antiqua: hodie autem etiam lite per me patrem contestata cõtra maritum habet præcipuam dotem mulier, ut C. de rei vxo. ac. §. & hoc ex rei vxoriæ. Viuianus.

[3] Et habuisset.

f ¶ Diuertetat. § fine culpa: aliàs dotem amisisset, ut C. de repu. l. cõsensu. § hæc oiis vir.

g ¶ Si pater. § nunc respon & dic non petijsset ea consentiente, sed ea ignorante petijsset [3] Falci. quidem &c. & est ratio: quia mulier pater mortuo tanquam propriam incipit habere dotẽ, & petet à viro.

Idem.

LEX XIII.

SI tacitum [b] fideicommissum seruus iniungente [c] domino susceperit, habiturum [d] eũ legis Falcidiæ beneficium, quia parere domino debuit, constitutum est. Idemque placuit in filio, qui fuit in patris [e] potestate.

¶ *Quod extra causam testamenti capitur, in Faloidia, seu Trebellianica non imputatur. Bartolus.*

Idem.

LEX XIIII.

PAter filiã [1], quæ à viro diuerterat [2], hæredem pro parte instituit: & ab ea petiit, vt fratri, & cohęredi suo portionẽ hæreditatis acceptam deducta sexta restitueret, admissa compẽsatione dotis in Falcidiæ ratione. Si pater [3] & uir cũ nõ sit liberatus, repetet à patre, uel eius cohęrede cõdictione indebiti, uel ob causam, ua fine causa, ut infrà, de solu. l. qui hominem. §. si gener. & argumento. J. l. proxima. §. ex donationibus. Sic q̃ dam [4] sed non uidetur posse procedere, quia cũ ipsa hęres extiterit patri, uidetur quòd in hæreditaria portione debeat ei obstare exceptio, si uelit petere à patre, cùm iam eam soluerit patri, ut §. fel. nto matrimo. l. si cũ dotem. §. si pater. & de pig. act. l. solutum. §. soluetam. & inf. de regulis iuris. l. ex qua persona. & §. de leg. ij. l. cũ pater. §. qui dotale. & §. fina. & de fun. dota. l. dotale. §. fin. Tu ergo dic [5], quod non petiit nec exegit cum iudice, uel sine iudice. Quid autem si petiit, sed nõ exegit? Respõ. aut lis fuit contestata, aut non. primo casu transmittit ad hæredes secũdum naturam actionis ex stipulatu, quam olim habebat, nõ quam hodie habet ab actione tei, vxor, vt C. de rei vxo. actio. §. & hoc ex rei vxoriæ. & sic computat in Falcidiam. In secundo habetur pro non petita, ut infrà, tem ra. habe. l. amplius. Item quid, si ea consentiente? Respond. computatur in Falcidiam, ut C. communia vtriusque iu. l. fin. secundum Azo.

[1] Ait, deest frater, maiè vt indicat Dua.
[2] Ita etiam Dua. aliàs, pure.
[3] Pl. rõne.
[4] Flo. portionem.
[5] Sequunt Dy. B. An. Pau. Alex. & Vin.

h ¶ Proprio. § propriè loquitur hic de quarta iure institutionis in qua computatur solùm, quod capitur iure hęreditario, ut J. eodẽ. l. quod autem. & l. in quarta. in prin. secùs autem in debita iure naturæ, in qua imputatur & quod capitur iure legati, vel alio modo relicti, & sic dos, vt C. de inoffic. testa. l. quoniam. & not. C. communia vtriusque iudi. l. fi. quę sunt contrà.

i ¶ Non inueniretur. § sed extrà, & quasi proprium patrimonium mulieris: vnde quærit, an mulier sit domina rei dotalis [6]? Azo quod sic, argu. huius l. Item an posit institui in dote sua? Videt quod nõ [7], vt hic. sed plenè dic de vtroq; vt §. de mino. l. denique. §. sed vtrum. in fin. & facit J. de colla. bono. l. j. in fin. & l. sequen. & infrà ad Trebel. l. mulier. §. cùm proponeretur. & l. à filia. & C. de rei vxo. ac. §. & hoc. Itẽ contrà huic l. §. e. l. si debitor. Speciale est in filia, ne oneret in Falcidia iure institutionis debita: hoc est vt eã cum debito dotis teneatur compensare, sicut & alio casu, ut J. l proxi. §. cùm fideicommissum. Vel [8] est etiam hoc ideò, quia hic volebat pater compensare, quod alius debebat, non quod ipse, vt ibi.

[6] Imò maritus est dominus rei dotalis. Alex. & Vin.
[7] Imò potest fm Alexan.
[8] Approbatur p Bar. p. Alex. & Vincen.

i Auia nepotibus. CASVS Sempronius instituit sibi hæredem Titiam & ab ea multa legata Titio reliquit ita, quòd ipsa poterat ex eis Falcidiam detrahere, & decessit idem Sempronius: postea ipsa Titia fecit testamentum, & instituit sibi hæredes quatuor suos nepotes, & duobus ex eis aliqua prælegauit, & rogauit illos, quibus nõ prælegauit, vt solida legata soluerent illis, quibus prælegauit, & vt Titio prędicto cui Falcidiam detrahere poterant sicut auia poterat, non detraherẽt Falcidiã: & posteà decessit dicta Titia auia. Quærit quid iuris sit circa prędicta? Et dicitur, quòd hoc casu videtur datũ fideicommissum Titio ab istis nepotibus per dictam auiam, id est hęc quarta, q̃ poterat ei detrahi, videtur legata: hoc ergo onus nepotibus datum siue cõmissum, id est, hoc legatum quartæ veniet in contributionem cum cæteris legatis à nepotibus prędictis relictis: vt & de hoc, & de cæteris nepotes Falcidiam detrahant. Viuianus.

[9] Placet Vincen.

k ¶ Competebat. § scilicet, auiæ. Fuerat enim hæres instituta hæc auia, & legato, puta, relicto Titio, & Seio erat grauata, & sic detractura erat Falcidiam, quã noluit retinere suos hęredes, & sic est eis onus, & Titio, & Seio vtilitas, quod onus vna cum cęteris oneribus defalcabunt nepotes hęredes auiæ. Vel dic [9], quod hi nepotes ab alio fuerant instituti, & grauati, sicq; Falcidiam erant detracturi, sed auia instituendo eos prohibueras. & dic, vt prius.

l ¶ Solida. § relicta in primo testamento. Idem fi dixisset auia de relictis à se: nam nihilominus defalcarentur, vt infrà, l. proxima. §. fin. Sed contra, vt §. eodem. §. fi debitor. vbi cessat Falcidia ex voluntate defuncti. Sed ibi speciale [10]. Alij, quod hic ex alio testamẽto, nõ ex testamento auiæ, cõpetebat his nepotibus hoc debitũ: scilicet, quartæ deductio: secùs autem si ex testamento eodem cõpeteret. [11] debitum, vt ibi. Sed tunc speciale ibi, ut dixi.

[10] Et bene fm Ale. & Vin. & quę sic rõ specialitatis ponũt ꝓdicti in d. l. cõtraria.
[11] Idem Vin.

m ¶ Datum § de omissione Falcidiæ.

n ¶ Quoque. § scilicet, non deducta quarta iu contributione: quia de eis hic tanquam de vno legato detraheret Falcidiam.

Duobus

¶ Duobus impuberibus. § CASVS. Duos filios meos impuberes mihi hæredes instituì, scilicet Titium, & Seiũ, & à Titio legauì quibusdam vltra dodrantem suæ partis ita, q̃ habet locum lex Falcidia: & à Seio legauì, sed non vltra dodrantem: vel à Seio nihil legauì, & ita eis substituũ dedi. Si Titius impubes decesserit ĩ pupillari ætate, substituo ei Sẽpronium: & si Seius impubes decesserit ĩ pupillari ætate, substituo ei fidictũ Sempronium: & sic singulis separatim fuit facta substitutio, & decessi. Posteà vterq; dictorum impuberũ decessit ĩ pupillari ętate, & ita ex dicta substitutione successit eis dictus Sẽpronius. Nunc petũt legatarij legata ab eo: ipse vult detrahere Falcid. de legatis relictis à Titio prædicto impuberes, cùm vltra dodrantem suæ partis sit à se legatũ: Legatarij autẽ dicũt ei, Tu potes retinere quartam partẽ hęreditatis patris, quæ ad impuberes peruenit de parte Seij alterius impuberis: quia ab eo nihil fuit legatũ: vel si fuit ab eo legatũ, ita parum fuit ab eo legatum, q̃ ex solutis legatis ab eo relictis remanet apud eũ ex sua parte tantũ, quod capit dictã quartam hęreditatis patris. Vnde cũ possis habere quartã totius hęreditatis, non potes detrahere Falcid. de legatis à Titio relictis. Nunquid sunt audiendi legatarij: Et dicitur, q̃ sic. Secus autẽ esset, si singulis non esset facta substitutio: sed ita dixissem, Ego pater impuberum à me instituorum, ex eis filijs meis impuberibus, qui vltimò morietur in pupillari ætate, substituo Sempronium: quia tũc si Seius impubes non grauatus legatis decedat in pupillari ętate, & sic Titius eius frater, qui erat grauatus, sic eius legitimus hæres, & posteà moriatur Titius grauatus, & ei Titio morienti dictus Sempronius substitutus hæres extitit: portio quidem paternorũ bonorũ non grauata, quam Seius intestatus, puta, accepit à me patre, & quã habuit Titius eius frater, qui ei ab intestato successit, non confundetur, siue cõmisi debitur rationi legis Falcid. cum parte Titij grauati, quamuis vtranque habeat substitutus, quia non habet locũ in ea substitutione: sed ab intestato fuit delata fratri grauato, i. Titio. sed quartam tantum eius portionis grauatæ substitutus retinebit, quã Titius pubes accepit à me patre: qui Titius habuit substitutũ Sempronii. Substitui enim solummodò vltimò decedenti, & Titius grauatus ultimò decessit, vt dictum est. Viuianus.

[1] Ait, deest frater, maiè vt in dicat Dua.
[2] Ita etiam Dua. aliàs, pure.
[3] Pl. rõne.
[4] Flo. portionem.

a ¶ Duobus. § à quibus legata reliquit. Nec ob. §. eo. l. in ratione §. 60 si filio, in princip. Sed ibi duo vni, hic ecõtrà duobus vnus substituitur. Præterea & ibi dicit, postea fieri cõtributionẽ: sed magis videtur contrà in eadẽ l. §. quęsitũ. ibi, Sed legata. nã hic portiones miscent. Sed ibi idẽ erat substitutus, & ĩ parte institutus: hic tãtũ substitutus.

b ¶ Substitutum. § si ponas separatim substituisse, planum est: ut si primus hęres decesserit in pupillari ætate, eidem substituo talem, ut Sempronium. Item si secũdus decesserit in pupillari ętate, eidẽ substituo. Nam siue simul, siue diuersis temporibus decedant, vtriq; est substituo. Nam siue simul, siue diuersis temporibus decedant, vtriq; est hæres substitutus: ut hic in prin. dixi. Si autem dixit, si ambo decesserint in pupillari ætate: tunc distinguitur, an simul moriantur, & tunc idem est, quod in primo: q̃ vtrique ex testamento succedat, ut hic in principio. § aut diuersis temporibus moriantur: & tunc vltimo tantum, vt hic, Quod si frater &c. & suprà, de vulga. substi. l. duos. & C. de impu. & al. sub. l. penul. nec ob. §. de iniusto testa. l. pen. vbi vno decedẽte vocatur substitutus: sed ibi separatim substituerat, vel dic, vt d. l. C. de impube. & al sub. l. pe. no. Item ad idem est cõtra. J. ad Trebel. l. hĩdes. §. cùm ita. Sed ibi in fideicommissaria, & facit J. de boni. pos. secũdum tab. l. pe. in princ. & §. de vulg. substi. l. ex duobus. in princi. Sed argu. contrà, J. ad Trebel. l. eum.

c ¶ Alterius. § ex substitutione.

d ¶ Legitimus. § quod est in eo casu, quando nõ separatim singulis, sed coniunctim eis substituit: puta dixit, si ambo decesserint ĩ pupillari ętate, substituo eis Sempronium. Quoniam inuicem eis succedunt, & vltimo decedenti succedit substitutus, ut suprà, de vulg. substitu. l. qui duos.

e ¶ Substitutus. § scilicet, hęres extiterit.

f ¶ Non confundetur. § quia in ea nõ habet locum substitutio, sed in testamento fuit delata fratri.

g. ¶ Impubes. § vltimo decedens.

h ¶ Accepit. § vltimo decedens: nam primus non habuit substitutum, sed legitimum fratrem hæredem.

i. ¶ Qui. § impubes.

¶ Duobus [a] impuberibus substitutum [b], vtriq; hæredem existentem, in alterius hæreditate Falcidia vti non conuenit, si de bonis alterius [1] impuberis quartã partem hæreditatis patris, quæ ad filios peruenerit, retineat. Quòd si frater [2] fratri legitimus [c] hæres extiterit, & impuberi supremo substitutus [e]; portio quidem paternorum bonorum, quam intestatus puer [3] accepit, rationi Falcidiæ non confundet [4] sed quartam eius tantùm portionis [5] substitutus retinebit, quam impubes [6] accepit, qui substitutum habuit.

¶ *Falcidia resecat etiam liberationem factam ex causa legati, uel donationis causa mortis. Alexander.*

Idem.

LEX XV.

QVod de [1] bonis iure Falcidiæ contribuendum est à debitore [k], cui mortis causa pacto [l] debitum remissum [m] est, in factum concepta replicatione retinebitur.

¶ *Pactum factũ in vita defuncti de Falcidia non repetenda, non uidet. Bartol.*

¶ Frater [n] cùm hęredem sororem scriberet, alium ab ea, cui donatum [o] esse [p] volebat, stipulari curauit, ne Falcidia veteretur, & vt certam pecuniã, si contrà fecisset, præstaret. Priuatorum cautione legibus non esse refragandum [q] constitit: & ideò sororem iure publico retentionem habituram, & actionem ex stipulatu denegandam [r].

¶ *Licet quis unum legatum soluerit integrũ, non prohibetur ab alijs legatis Falcidiam detrahere. Bartol.*

¶ Non idcirco [1] minùs Falcidię rationem in cæteris annuis legatis admitti visum est, q̃ primo, ac secundo anno sine vlla detractione [s] fuissent legatario soluta [t].

[1] Ad. de bonis. CASVS. Titius habens debitorem in centum per pactum remisit ei dictum debitum causa mortis. Item fecit testamẽtũ, & instituto hęrede Seio, multis quibusdã legata reliquit ita, quod habeat locũ lex Falcid. vnde sicut ab alijs legatarijs potest hæres detrahere quartã, ita à dicto debitore, vt infrà, eo. quærebatur. & J. eod. si quis quadringentorum. & sic dicitur debitor contribuere cum alijs legatarijs ad quartam hæredis iure Falcidię de bonis detrahendæ. Certè illud, quod ita contribuendum est per dictũ debitorẽ, retinebitur per hæredem nomine Falcidiæ concepta per hæredem contra debitorem replicationem in factum. Nam hęres petet ab eo quartam debiti: & si ipse excipiat de liberatione, his replicabit in factũ, & ita cogetur soluere hæredi quartam debiti, & hęres retinebit eam nomine Falcidiæ: & subaudi hic, illud quod cõtribuendum est &c. Viuianus.

[2] Hui[us] rũsionis interpretationẽ vide apud Alexã. lib. j. genia. die. c. 23.
[3] Pl. deest, esse.
[4] Sic habetur i c. n ni l. gẽri. cum glo. j. circa prin. extra, d so. cõpe. Alcia. lib. parer. 5. c. 25. rõnem adfert quã obrem nõ liceat restitoi Falcidiã in suo testõ. phibere. Hodie tũ permissã esse a Iustiniano Falcidiæ phibitionem annotauit ex nouel. constit. i. era. Baldui. in cõmenta. i tit. ad leg. Fal. Iustit. lib. ij.
[5] Vt huic § p̃ authẽ. sed cũ tella tor. uer. ite si hęres. C. eo. cõclude per bar. in l. si ex plurã bus. J. eo.
[6] Donatio cã mortis legato similis est.

k ¶ Debitore. § cui fuit liberatio relicta, & cùm posset Falci. retinere, io totum liberauit hæres.

l ¶ Pacto. § maximè, nam idem est si acceptilatione, ut infrà, eod. l. quærebatur.

m ¶ Remissum est. § à testatore, vel ab hęrede errore facti non interueniente. Nam sic dicitur in legato, ut C. ad leg. Falcid. error. & donatio causa mortis similis est legato, vt C. de dona cau. mor. l. fi. & sic non ob. J. eo. l. qui id quod. & C. ad legem Falcid. l. fi. qa ibi sciẽs soluit, uel promisit: & facit ad l. §. de le. ii. l. cũ pater. §. Mæuio debitor.

[7] Vt huic § p̃ authẽ. sed cũ tella tor. uer. ite si hęres. C. eo. cõclude per bar. in l. si ex plurã bus. J. eo.
[8] Donatio cã mortis legato similis est.

n ¶ Donatum. § causa mortis, vt pœnam, de qua subiicit.

o ¶ Refragandum. § Nor. fic §. de lega. j. l. nemo potest. & infrà, de suis & leg. l. fi. & §. de pac. l. ius publicum. Argu: contra, §. de lega. ij. l. codicillis. §. fina. & de hoc not. in auth. vt sine prohi. ma. debi. col. vij. §. j. Accursius.

p ¶ Denegandam. § scilicet, ipso iure, vel exceptione repellendam: sic supra, de condi. institu. quæ sub condi. & not. q̃ aut est cõtra legẽ stipulatio, vel pactum: & tunc nec principale, nec pœna valet, vt hic: aut secundũ l. & tunc vtrunque: aut præter legem, & tunc non principale, sed pœna: q̃ dic, ut not. C. de pac. l. pacta. Item not. quod hic §. videtur hodie corrigi: vt in authen. de hære. & fal. §. fi vero expressim. colla. j.

q ¶ Non idcirco. § CASVS Instituit Titius hæredem Seium, & reliquit annua x. Caio, & multa alia legata reliquit quibusdã ita, q̃ habebat locũ lex Falcid. & decessit dictus Titius. Postea Seius hęres solut x. Caio primo, & secundo anno, & nihil detrahit noĩe Falcid. Nunc vult detrahere Falc. p̃ sequentib. annis. nunqd pot? Et dicit, q̃ sic, nõ obstante, q̃ duobus annis præstitit integra. qualiter autem detrahat Falcidia de annuis legatis, habuisti §. e. l. j. §. fi in annos. Vi.

[9] Et bene fm Ale. & Vin. & quę sic rõ specialitatis ponũt ꝓdicti in d. l. cõtraria.
[10] Idem Vin.
[11] Idem Vin.

q ¶ Detractione. § vel cautione de legatis restituendis, si Falcid. appareat.

r ¶ Soluta. § ratio, quæ poterat retineri. Et hoc si p errorem facti,

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt C.eod.l.ertor. Sed quid, si ex certa scientia? Respon. hoc iure non nocet in alijs, vt C.eod.l. in imponenda. in fin. hodie contra, ut Authenti. de hæredit. §. fideicid. §. non autem. colla.j. Item cõtrà, C. de fideicommissis. l.j ubi triennio præiudicat: sed hic fuit minus tẽpus, & sic intelligitur C. de pactis. l. si certis annis. Vel, ibi in contrario erat duplex fauor: alimentorum, & vltimæ voluntatis: vel, refertur inutile propter minus solennem uoluntatem, vt ibi: an propter Falcidia: ut hic: & facit C. ne vxor pro marito. l. fin. & C. de vsur. l. creditor. & l. de opere lib. l. operis Sed argu. contrà, C. de nõ numerat. pecu. l. cum fidem. & §. de iudi. l. si fideicommissum. in fi.

¶ *Quod defunctus debet hæredi, ut æs alienum deducitur, nisi testator prohibuerit: nec uidetur prohibere, si eum grauat, ut propria bona sua restituat: & fructus percepti iudicio testatoris in debitum imputantur. Bartolus.*

¶ Qd auus [a] ex causa tutelę nepoti debuit, cũ auo nepos solus hæres extitisset: ratio Falcidiæ si poneretur, in ære [c] alieno bonis deducẽdum respondi: nec ad rem pertinere, q̃ hęredem auus, idemq; tutor rogauerit [i], vt si sine liberis ante certam ætatem decederet, tam hęreditaria bona, quàm propria restitueret. Non enim ex hoc hæreditatem debito cõpensatam videri [k]: cũ vel ideò maximè declaretur non esse compensationem factam, quoniã hæredem suum habere propria [l] bona defunctus ostẽderit [m]. Planè si conditio fideicommissi fuerit impleta [n], fructus hęreditatis [o] post mortem aui percepti, puri pecunia debito tutelę compensabuntur [p], sed quartam hæres nepotis de bonis duraxat, quę moriẽs auus reliquit [q], retinebit.

Fl. rogauerat.

Fl. ostendit.

¶ *In filijs primi gradus debitum cũ Falcidia, non compensatur, etiam si hoc testator expressit. Bartol.*

¶ Cũm fideicommissum [r] ex voluntate matris à patre moriente debitum esset filio, pater hæreditatem suam [s], quã in filium conferebat, compensari voluit cum eo, quod filio deberetur [t]. Si ratio Falcidiæ poni cœperit, fini quadrantis, quem ex bonis patris cum effectu percepit, compensabitur: atque ita superfluum ęris alieni dodranti tantùm detrahetur.

Fl. debitũ filio pater hereditate suã.

Fl. voluit: qd filio debetur, si.

¶ *Quod ab hęrede vxoris ex donationibus à marito ei factis debet reddi, venit deducendum vt æs alienum. Alex.*

¶ Ex donationibus in vxorẽ collatis quod hęres eius reddere [a] viro cogitur, in bonis mulieris non erit. Nam ita fit locupletior [b], vt tantò pauperior esse videatur [c]. Quod autẽ hęres inde minuit [d], viro non perit [e].

¶ *Quod ex re legata percipit, in Falcidia cõputat: & hęres debet habere quartã, & fructus quartæ à tempore mortis. Bar.*

¶ Fructus prædiorum sub conditione verbis fideicommissi relictos [f], in causam fideicõmissi nõ deductos, hæres in ratione Falcidiæ sic accepto facere [g] sibi cogitur, vt quartã, & quartæ fructus [h] ex die mortis, bonorũ, quæ mortis tempore fuerunt, habeat. Nec ad rem pertinet, quando Falcidia lex admissa sit. Nam etsi ma-

quia uoluit eum habere propria: & proprium est, quod ab auo debetur: ergo & illud voluit detrahi auus, quod ex causa tutelæ debuit.

a ¶ Quod auus. § pura centum.

b ¶ Solus. § ideò dicit solus, vt melius conueniant sequentia. Nam cum alio non deduceretur totum debitum ex causa tutelæ. Item nec consipditur, nec compensatur cum fructibus, nisi per hæreditaria portione: pro alio agitur contra hęredem, ut C. de negotijs gestis. lege, si ab eo. Accursius.

c ¶ In ære. § id est inter ęxcęrtum æs alienum, ut C. eodem lege. in imponenda. & l. iritum.

d ¶ Aetatem. § pura xxv. auuorum.

e ¶ Videri. § i. quia toto tempore voluit eũ tenere utraque bona: non ideò uidetur uelle remitti æs alienũ, nisi hoc expressè dixisset, vt suprà, eodem l. si debitor. Accursius.

f ¶ Propria. § p quod apparet, quòd sicut p propria non tollitur æs alienum, sic nec per hęreditaria, argu. C. de diuer. re. l. j. Vel aliter: quia uoluit eum habere propria: & proprium est, quod ab auo debetur: ergo & illud voluit detrahi auus, quod ex causa tutelæ debuit.

g ¶ Ostendert. § cùm si decederet intra certam ætatem, deberent restitui tam propria, quàm hęreditaria.

h ¶ Impleta. § quia decessit ante completum xxv. aunum, sine liberis.

i ¶ Hæreditatis. § auitæ.

k ¶ Compensabuntur. § reliqui fructus quadranti imputantur, ut infrà, eodem. §. fructus. & infrà, ad Trebellia. l. in fideicõmiss. & l. mulier. & infrà, eo. filius. Secùs esset in liberis primi gradus, qui debent habere quartam in rebus principalibus, non per imputationem fructuum, ut C. ad Trebel. l. iubemus. quæ est cõtra. Et not. hic, quod nõ lucratur fructus, si excedant quartam, cùm computet in debito: licet eos percipiat ex iudicio defuncti: quod est contra illud, quod distinxi infrà, ad Trebellia: in fideicommiss. in princi. sed est hic, ut dixi infrà, ad Trebellia. l. mulier. §. penul.

l ¶ Sed quartam. § hęreditatis auitæ.

m ¶ Reliquit. § id est quæ fuerunt morientis aui, non autem de bonis proprijs nepotis. Sed nunquid hęres nepotis tenetur propria restituere? Respon. ita si pręter quartam tantùm habeat ex bonis aui, computatis etiam fructibus, quantum in bonis nepotis erat. C. de iure do. l. cùm patrem. & suprà, de lega. ij. Imperator. §. fina. & sic bona nepotis non defalcabit: quia de auitis detrahendo quasi proprio rũ quartam detraxisse uidetur. Et est ratio, quia de bonis defuncti, prout erant tempore mortis, debet Falcid. detrahi, ut institu. ad leg. Falcid. §. cum autem.

n ¶ Cum fideicommissum. § Maritus ab uxore institutus fuit rogatus hæreditatem filio communi restituere. & pater posteà filium instituit dicẽdo, quod paterna hęreditas compensaretur cum eo, quod pater debebat ex testamento matris. Dic ergo, quòd iste filius debet habere quadrantem hæreditatis paternæ, id est omnium eorum, q̃ inuenit in bonis patris tempore mortis: de dodrante uerò, qui remanet, debet detrahere fideicommissum sibi relictum, ut æs alienum: id est, dodrantem hęreditatis maternæ. Nam nõ plus uenit in fideicõ. quia pater potuit detrahere quartam Trebel. de refiduo soluet legata & fideicommiss. & secundum hoc dic, filio deberi, scilicet ex testamento matris. Et q̃ dicit poni cœperit, scilicet à filio contra legatarios: testamẽto patris compensabitur, scilicet dictum debitũ: fini quadrantis, id est in quadrante toto, cũ illum à patre habeat cũ effectu. Item quod subijcit, æris alieni, id est fideicommiss. à matre relicti: & secundũ hoc cõputabitur in Falcid. debitum à patre: licet pater hoc dixerit. Et sic est contrà, §. e. l. si debitor, Sed dic aliud in filijs, ut hic, & §. eod. l. pater. in pfin. quã in debitore extraneo ex toto istituto hęrede: quoniam magis permittit lex, & fauet uoluntati testatoris, ut compensetur debitum, & computetur in Falcid. quàm cùm instituit filium creditorem pater: ut hic. Vel secũdo potest intelligi quod hic dicitur, quod filius iste fideicom. quod sibi debetur, id est, dodrantẽ hęreditatis

Casum ponit Accurs.

hęreditatis maternæ debet sibi compensare in quadrantem, quẽ habet in bonis patris pro concurrente quantitate. Si autem plus ẽ in fideicommiss. quàm in illo quadrante: id quod superfluum est, detrahet filius ex dodrante bonorum paternorum, id est, quæ inueniunt in bonis paternis tempore mortis. De eo autẽ, qd̃ remanet, soluet legata, & fideicõ. & sic non obstat §. eod. l. si debitor. & facit ad hoc §. de leg. ij. cum pater. §. Titio. sed obst. §. eod. l. pater. sed illud fauore doris. Item ad hoc obst. §. eod. l. pater. §. j. Sed dic, ut in fin. eiusdem §. Tertij dicunt, quòd pater quartam poterat retinere & hęreditate matris, & filio dodrantem restituere debebat. Debet igitur unum compensare de tribus quadrãtibus sibi debitis: cum eo, quẽ pater dat, quã si de suo, & sic habet filius tres quadrãtes, scilicet duos, qui remanent, vel patre debitos: & tertium, quem habet per compensationem. Ex alio uerò, quem uidet pater pro compensatione dedisse, soluet legata, & fideicom, ut de cæteris rebus paternis, & detrahet Falc. ut de ceteris bonis: alios tres quadrantes, ut æs alienũ habebit filius, nec minuẽtur per hoc, quod pater uoluit totum debitum extingui per cõpensationem: & sic est contrà, §. eod. l. si debitor. Sed solue, ut dixi secũdũ primam positionem casus. Accur.

ADDITIO. Dic secũdum Bar. quòd est speciale in filiis primi gradus: ut hic: facit l. pater. in princip. §. eo.

¶ Ex donationibus. § CASVS. Titius donauit vxori suæ Seiæ fundum Titianum & Seianum, pone ex q̃bus ipsa facta est locupletior. Decessit p̃dicta mulier instituto hęrede Caio, & multa legata quibusdam reliquit. Nunc legatarij petunt legata à dicto Caio hęrede mulieris, & hęres vult detrahere, ut æs alienum, illud qd̃ maritus prędictus donauit dictę suæ vxori, ideò quia illud tenet hęres restituere marito, eò quod donationes non ualuerunt inter uirũ, & vxorẽ. Nunquid potest hęres ita detrahere? Et dicitur, quòd sic, nã ex dictis donationibus ita fit locupletior mulier, uel hęres eius, ut tãtò pauperior esse uideatur, quantum tenetur marito restituere. Tenetur autẽ restituere illud, in quo facta fuit locupletior, & nõ plus. In uno casu tamen tenetur restituere marito etiam si nõ est locupletior, ut puta si ex dictis donationibus minuit hęres dolo, uel culpa. Nam quamuis non sit tunc locupletior, tamẽ per eum factũ ẽ, quò minus esset locupletior. Vnde illa diminutio non est ad priculũ viri, & computabitur nihilominus esse in bonis mulieris, quantũ ad commodum legatariorum: & hoc vult dicere iste §. Vi.

a ¶ Reddere. § quod est, in quo fuit locupletior donataria, ut §. de donationibus uirum & vxo. l. si ipsius. §. fi. ex quo ipse prędecessit, ut C. de donationibus inter uirum & vxo. l. à marito. Accur.

b ¶ Lucupletior. § scilicet, vir.

c ¶ Videatur. § mulier. uel eius hęres. Vel secundò ita fit locupletior mulier, ut tantò uideatur pauperior: quia tantũ habet necesse restituere. Item respexit hæc lex quasi absit [1], quod abfuturum est, ut §. de nego. gest. l. ij. & l. si quis inan. & econtrà adesse, qd̃ est affuturum, ut §. de reg. iur. qui actionem. Accur.

[1] Simile in l. quęsitũ. §. fi. §. d. le. ij, sic adesse dicit res quando casualiter adest. B. in l. si ita. §. eo. tit. de leg. ij.

d ¶ Minuit. § dolo, vel culpa.

e ¶ Non perit. § scilicet ipsi hęredi mulieris: arg. §. ad Trebellia. l. mulier. §. sed enim.

¶ Fructus prędiorum. § CASVS Instituit mihi hęredem Titium, & multa legata, & fideicommissa ab eo quibusdam reliquit: inter q̃ reliquit Seio fundum Titianum, & Seianum sub cõditione, si nauis ex Asia venerit: & non rogaui hęredem meum expressè, qd̃ restitueret dicto Seio fructus dictorum fundorum, quos hæres ꝓcipiet pendente dicta conditio. fideicõ. & decessit posteà. Posteà pendẽte dicta cõditio. fideicommiss. fundorum hęres ꝓcipit ex eis fundis multos fructus: & posteà extitit dicta conditio. uenitũ modò omnes legatarij. & fideicõmissarij, & petũt ab hęrede legata, & fideicõmissa. Dicit hęres, ego uolo uobis detrahere Falcidiam, dicũt ipsi, tu non potes nec debes detrahere, quia tot fructus ꝓcepisti ex fundis relictis Seio, quòd eis cõputatis tibi bene habes quartam, dicit hęres, ego debeo lucrari dictos fructus: q̃ a non fui rogatus de eis restituẽdis. Quæritur modò, utrùm hæres ita lucretur dictos fructus, quòd eos sibi non teneatur computare in quartam? Et respond. quòd nõ: sed cùm debeat habere quartam quartę fructus computat sibi indi-

xiмè post impletam cõditionem fideicõmissorum [f] locum habere cœperit [g]: tamen ex die mortis fructus [h] quadrantis apud hæredem relinqui necesse est.

¶ *Prælegatum defalcatur à cohęrede: et illud, quod suprà defalcatione remanet, in Falcidiam non imputatur. Alex.*

¶ Fideicommissum [i], portionis supplendę gratia, pro qua matrẽ filius hæredem instituit, eidẽ matri datum, ratione Falcidiæ [k] minuetur [l]: & eam pecuniam mater supra quartam suę portionis percipiet [m]. ¶ Quarta [n] quæ per legem Falcidiam retinetur, estimatione quam testator fecerit, non magis minui potest, quã auferri.

¶ *Falcidia non deducta ex una re, vel parte soluta, potest deduci ex alia re, uel ex parte eidem soluenda. Bartol.*

Fl. fideicõmissum.

Fl. minui tur.

expressè, sed per consequentiam, ut subiicit, in ratione &c. quia cũ prędium legat sub conditione, sub eadem uidetur legare & fructus. Vbi ergo ante conditionem percipit hęres. fui sunt, & computantur in Falcid. ut dicitur hic: si autem expressè essent relicti, uenirẽt ire restitutionem, ut infrà, ad Trebellia. l. in fideicom. in prin. & §. j.

g ¶ Accepto facere. § id est, computare. & hoc est in quarta iure institutionis. Idem in Trebellia. ut computentur fructus, nisi à liberis primi gradus, ut C. ad Trebellia. l. iubemus. secùs in quarta iure naturę, in qua non computantur, ut C. de inoffi. testa. l. scimus. nisi in casum §. de inoffic. testa. l. Papinianus. §. fi conditioni.

Fructus an in quartã iuputari debeant.

h ¶ Quartę fructus. § hoc est generale in omni quarta, ut infrà, ad Trebel. l. in fideicommiss.

i ¶ Nec ad rem. § id est ad impediendum quartæ fructus.

k ¶ Cęperit. § lex Falcidia.

l ¶ Fructus. § integros, ad hoc infrà, ad Trebel. l. mulier. §. si hęres. Accur.

¶ Fideicommissum. § CASVS. Titius instituit sibi hęredes, matrem suam & Seium: & centum prælegauit matri, ut augeret eiusdem matris portionem, in qua eam instituerat, & posteà multa legata quibusdam aliis reliquit & à matre, & à Seio cohęrede ita, q̃ dodrantem partis cuiuslibet exhausit, & posteà decessit idem Titius. Nunc mater petit dictũ prælegatũ à cohęrede suo: & cohęres vult ei soluere: detrahit tamen Falcid. nunquid potest detrahere? Et dicitur, q̃ sic: retinebit ergo sibi cohęres xxv. de dictis c. & lxxv. dabit matri testatoris, & ipsa retinebit sibi dicta lxxv. & etiam retinebit sibi quartam portionis suæ in qua fuit instituta, & de tribus partibus portionis in qua fuit instituta, soluet legata à se relicta. dic ergo infrà supplendum, id est, augendum. Vi.

m ¶ Fideicommissum. § Filius instituit matrem cum alio: & ut augeret portionem matris, prælegauit ei fundum. Dic ergo supplẽdũ, id est augendum. Nã si uelis dicere, q̃ vellet ei supplere portionẽ l. Falc. aut debitã iure naturę, aut iure institutionis. De prima nõ, q̃ iam esset falsum, quod i fi. dicitur: quia in ea bene computãtur, quę relinquuntur iure legati, uel fideicommiss. in secunda non: quia illa non posset suppleri per legatum, uel fideicommiss. sed tantũ iure hæreditario, ut §. eo. l. in quarta. Dic ergo, q̃ uolebat augere portionẽ hæreditatis, quam sibi reliquerat, ut haberet eam maiorem.

n ¶ Ratione Falcidiæ. § detrahit enim cohęres Falc. ut hic, & C. eo. l. à cohærede, nisi & ipse a matre cohęrede fideicommiss. sibi relictum similiter peteret, ut §. eo. l. Nesennius.

o ¶ Percipiet. § nisi ideò legatum datum est, ut integra legata à so relicta præstet, ut §. eo. quod autem. in fin.

¶ Quarta. § CASVS. Titius instituit sibi hęredem, Seium, & legauit ab eo quibusdam vltra dodrantem hęreditatis suæ ita, q̃ non remanebat hęredi quarta hęreditatis solutis legatis. Dixit autem idem testator, quòd res quæ remanebant hęredi, ualebant plus quàm in ueritate ualerent, uel econtrà dixit, quòd res legatæ ualebant minùs, quàm in ueritate valerent, quæ si uera essent, cessaret Falcidia. Certè dicitur hic, q̃ tus modis non potest hæredi Falc. minui, uel in totum auferri. Talibus enim enũciationibus testatorũ nõ debet stari. Vi.

p ¶ Quarta. § reliqt testator in legatis ultra dodrãtẽ: sq̃ dixit, q̃ res

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ remanebant hæredi, valebant plus, quàm ualerent: uel ecõtrà, quòd res legatæ valerent minus, quã ualerent: quod si uerùm esset, cessaret Falcid. & dicit, quòd etiam hoc modo nõ põt Falci. minui quod est iure veteri, ut hic, & §. ea. l. §. j. hodie contrà, ut in aut h. de hæred. & Falcid. §. si verò expresim. colla. j. Et not. huiusmodi enũciationibus non stari: sic C. de testa. l. verba. & de probat. l. rationes. & authenti. quod obtinet. & com. vti iusque iud. l. scripta. & §. de leg. j. l. si fundum. §. si libertus. & j. eo. l. in Falcid.

libro 3. Quæstio.

SI ex pluribus. § CASVS. Instituti mihi hęredẽ Titiũ: & Seio legaui tot res, quòd habet locum lex Falci. & decessi. Post eã hæres meus soluit legatario pdicto quasdã de dictis rebus non detracta ex eis Falcid. Nunc legatarius prædictus petit alias res sibi legatas. Certè põt hęres ei opponere exceptionẽ doli, donec detrahat ipse hæres plenam Falci. pro his, & p aliis rebus, quas soluerat legatario. Et quod dixi in pluribus rebus legatis, habet locum in una re legata. Vi.

libro 6. Quæstio.

a ¶ Legatis. § scilicet uni personæ. aliàs non posset retinere Falci. vnus ex legato alteri, sed repeteret solutum si errore facti soluisset, ut C. e. l. error. Sed contra, hanc legem iu authen. de hęredi. & Falcid. §. non autem. collat. j. sed ibi integrè soluit: hic non & facit C. eo. in imponenda. in fi. Accur.

¶ Scæuola. † LEX XVI.

SI ex pluribus rebus legatis [a] hæres quasdam soluerit, ex reliquis Falcidiam plenam per doli exceptionem retinere potest, etiã pro iis, quæ iam data sunt. Sed & si vna res sit legata, cuius pars soluta sit, ex reliquo potest plena Falcidia retineri.

¶ *Legata relicta in militia cũ legatis relictis postea contribuuntur quo ad diminutionem propter defectum patrimonij faciendam: sed non, quo ad diminutionẽ faciendam ratione Falcidiæ. Bart. & Alex.*

¶ Idem. † LEX XVII.

SI post missionem faciat codicillos miles, & intra annũ decedat: ex testamẽto, quod in militia iure militari fecit, plena legata, ex codicillis [b], habita Falcidię ratione, prestari debere dicitur [c]. Sed res ita expedietur, si cùm quadringenta haberet, testamẽto quadringenta, codicillis centum legauerit: ex quinta [d] parte, id est octoginta, quæ [e] ad legatarium ex codicillis peruenirent [f], si Falcidiam non pateretur [g], quartam, id est, viginti hæres retinebit.

¶ *Filius familiàs miles potest grauare patrem ab intestato vt peculiũ restituat: & per restitutionẽ ut peculiũ efficitur hæreditarium: & fructus medio tempore percepti, in Falcid. computantur. Bar.*

¶ Paulus. † LEX XVIII.

FIliusfamiliàs, qui militauerat [h], decedẽs patris sui fidei commisit codicillis, vt peculium suum castrense Titio post mortem restitueret. Quærebatur, an vt hæres quartam [i] deducere posset? Dixi, legem Falcidiam [k] inductam esse à diuo Pio etiam in intestatorum successionibus propter fideicõmissa: sed in proposito nec hæreditatem esse [l]: quamuis placeret [m] mihi, extraneo hęrede instituto fieri hrditatem eius aditione. Nã cùm apud patrẽ remanet, ius pristinũ durat, & peculiũ est. Nec huic cõtrarium est quòd in testamento eius, q apud hostes decessit, exercetur Falcidia [n]. Nã fictio legis Cornelię, & hęreditatẽ, & hęredẽ facit. Sed nemo [o] dubitat †, q n debeat id quoq; indulgeri legis beneficiũ: siquidẽ quasi

libro 11. Quæstio.

Fl. sed non dubitare.

FIliusfamilias. § CASVS. Cãtus filiusfamilias miles redijt de militia, & decedens fecit codicillos, in quibus commisit fidei patris sui, ut peculium suũ castrense restitueret. Titio post mortẽ suã patris: & decessit hic filius. Posteà dictus eius pater tenuit multo tẽpore dictum peculiũ filij, & ex eo multos fructus percepit, & posteà decessit idem pater: & sic extitit dies restituendi bona filij Titio prędicto, unde Titius per edicta bona abhęrede patris: & hæres patris vult et restituere, deducta tamẽ quarta Trebelliani. Quæritur, utrum possit detrahere dictã quartam? & antequàm solueat quęstionem, inter serit quædam alia dicens l. Falcid. siue Senatusconsultum Trebellianũ habere locũ etiam in successionibus intestatorum. sed in nostro casu non fuit hęreditas filij, siue successio ex hæreditate. Nam cùm apud patrẽ remanet hæreditas filij ex codicillis factis ab intestato per filiũ, ius pristinum durat. id est peculiũ est, & non hæreditas. Et sic videt quòd nõ habeat locũ Trebellianũ, quod dixi habere locum in hæreditatibus ab intestato delatis, & restitui iussis: quamuis si filius prædictus instituisset extraneum, fieret hęreditas peculiũ eius adeunte hęrede. Sed huic, quod dictũ est non esse hęreditatem apud patrem, sed peculium, & sic nõ habere locũ Trebellianũ, videtur contrà quod dicitur alibi, Titius fecit testamentum, & i eo reliquit legata, & posteà fuit captus ab hostib: & sic testamẽtũ eius fuit ruptum per captiuitatem, neque videtur esse hęreditas eius, nec hęres. quia decessit apud hostes. Nam dicit alibi, quòd in dicto suo testamento habet locum Falcidia, sed nõ est cõtrà, q a lex Cornelia fingit dictum caprum mortuum fuisse prima hora captiuitatis, & ita non esse ruptum testamentum illius, atque ita esse hęreditatẽ, & hęredem. Vnde soluo tibi quæstionẽ in principio legis positã, scilicet, quod nemo debet dubitare quin beneficiũ Senatusconsulti Trebellianí indulgeri debeat patri, siue hęredi eius, cùm restituit bona filij Titio supradicto, sicut fuit in codicillis rogatus. Et est ratio, q a pater cogitur restituere Titio bona filij, quasi bona patris fa. licet nõ ut hęreditatem. Nam & video alibi, q̃ si aliquis est nęres institutus, & ab eo sunt relicta legata, & ipse omittat adire ex testamento, & capiat bona ab intestato, licet non ualeat testamentum tanquàm aditione destitutũ, tamẽ habet locum Falcid. per edictum, Si qs omissa cã testamenti, sed est ita in hoc ca su, ergo idẽ est i nostro casu, scilicet, ut in eo habeat locũ Trebellianũ, ut sic pater, siue hęres eius possit detrahere quartam Titio, cui restituit bona filij. si tamen ex fructibus medio tempore perceptis per patrem de bonis filij habeat tantũ pater quãtum capit dicta quarta Trebellianica, & fructus eiusdẽ quartæ omnia & integra bona filij restituet Titio, & poterit posteà Titi fideicommissarius exercere vtiles actiones cõtra debitores dicti filij, & dicta bona siue peculium filij, quę, & quod non erat hęreditas apud patrem, dicetur, amodò esse hęreditas apud Titium prædictũ. Viuianus.

est non esse hęreditatem apud patrem, sed peculium, & sic nõ habere locũ Trebellianũ, videtur contrà quod dicitur alibi, Titius fecit testamentum, & i eo reliquit legata, & posteà fuit captus ab hostib: & sic testamẽtũ eius fuit ruptum per captiuitatem, neque videtur esse hęreditas eius, nec hęres. quia decessit apud hostes. Nam dicit alibi, quòd in dicto suo testamento habet locum Falcidia, sed nõ est cõtrà, q a lex Cornelia fingit dictum caprum mortuum fuisse prima hora captiuitatis, & ita non esse ruptum testamentum illius, atque ita esse hęreditatẽ, & hęredem. Vnde soluo tibi quæstionẽ in principio legis positã, scilicet, quod nemo debet dubitare quin beneficiũ Senatusconsulti Trebellianí indulgeri debeat patri, siue hęredi eius, cùm restituit bona filij Titio supradicto, sicut fuit in codicillis rogatus. Et est ratio, q a pater cogitur restituere Titio bona filij, quasi bona patris fa. licet nõ ut hęreditatem. Nam & video alibi, q̃ si aliquis est nęres institutus, & ab eo sunt relicta legata, & ipse omittat adire ex testamento, & capiat bona ab intestato, licet non ualeat testamentum tanquàm aditione destitutũ, tamẽ habet locum Falcid. per edictum, Si qs omissa cã testamenti, sed est ita in hoc ca su, ergo idẽ est i nostro casu, scilicet, ut in eo habeat locũ Trebellianũ, ut sic pater, siue hęres eius possit detrahere quartam Titio, cui restituit bona filij. si tamen ex fructibus medio tempore perceptis per patrem de bonis filij habeat tantũ pater quãtum capit dicta quarta Trebellianica, & fructus eiusdẽ quartæ omnia & integra bona filij restituet Titio, & poterit posteà Titi fideicommissarius exercere vtiles actiones cõtra debitores dicti filij, & dicta bona siue peculium filij, quę, & quod non erat hęreditas apud patrem, dicetur, amodò esse hęreditas apud Titium prædictũ. Viuianus.

a ¶ Bona. § licet non ut hæreditatẽ, ad quod est §. de mino. l. iij. §. Pomponius. Accur.

b ¶ Hæres scriptus. § pater à filio: ut j. de castren. pecu. l. pater, qui castrense. § j. Vel dic, hæres scriptus, scilicet quilibet etiã à nõ milite, vt & suprà, eo. l. j. §. ad eos. & inducitur, licet non ualeat testamẽtum, tamen habeat locum Falci: ergo idem in nostro casu, & facit §. si quis. omis. cau. testa. l. si seruum. §. j. & j. ad Trebel. l. j. §. in filij: & j. de castrẽ. pecu. l. si filius familias. & l. proponebatur.

Falcidia locũ habet, licet testamẽtum nõ valeat.

† Fl. patris familiæ.

c ¶ Inducamus. § q a omnia vult restitui nullo detracto: ut inst. de fideicommissa. hęredi. §. restituta.

I dignum. § CASVS. Titius instituit sibi hęredem Seium, & multa legata quibusdam reliquit, & damnauit dictum suum hęredem, ut ueneret Caio fundũ testatoris Titianum pro quinq. cùm ualeret de eem, & decessit dictus testator: & hæres tradidit dictum fundum dicto Caio, & habuit ab eo quinq; pro pretio. Certè ista quinq; quæ fuerunt pretium fundi, debet computare sibi hæres in Falci. siue in ratione legis Falcid. quia ea habet hęres iure hęreditariot reliqua autẽ quinque intelligunt legata emptori fundi. Quod dic, ut j. e. in rõne. §. i.

† libro 8. Quæstio.

† libro 9. Quæstio.

† Fl. Falcidia.

d ¶ Imputanda.] quæ fuerunt pretium: quia ea ha bet iure hęreditario. reliqua quinque intelliguntur esse legata. & facit infrà, e. l. at ueterani. §. j. & l. qui fundum. in princip. & l. in ratione. §. j. & suprà, de leg. j. l. & si equo.

SI à seruo. § CASVS Titius instituit sibi hęredem Stichum seruum meum, & ab eodem meo seruo mihi legauit centũ. pone, & aliis etiam legata reliquit, postea dictus meus seruus adiuit hęreditatem dicti Titij iussu meo, & sic acquisita est mihi hęreditas prędicta, & sic dictum legatum nullius est momenti. Nam e um habeã hæreditatem per seruum meũ prędictum, non possum esse hęres, & legatarius. Sequitur ergo, ut dictum legatum non imputetur per Falcidiã, cum cæteris legatis, scilicet ut eam inducat, sed ut eam submoueat. Vi.

e ¶ Legetur. § quod legatum tenet a principio. sed si iussu domini adeat hæreditatem seruus, fit nullius, ut insti. de leg. §. an seruo. in fi.

f ¶ In Falcidiam. § non computat in Falcidiam, ut eam inducat, (ut eam submoueat, ut §. de lega. j. l. cum filio. & l. a filio. & facit j. e. I non dubium. & l. id autem. in fi.

SI pupillus. § CASVS Titius mutuauit decem Seio pupillo sine tutoris author tate accepienti, ex quo mutuo ipse pupillus nõ factus fuit locupletior, & sic nõ tenetur, nisi naturaliter, ut infrà, de no ua. l. j. in fin. posteà dictus Titius creditor fecit testamentum, & instituit sibi hęredem Caium, & legauit dicto pupillo Stichũ sub cõditione, si decẽ, q̃ acceperat ab eo mutuo, redderet dicto Caio hęredi: & multa alia legata reliquit q̃busdam, & posteà decessit dictũ testator. posteà pupillus numerauit decem hęredi causa iplẽdę conditionis legati de Sticho, & habuit Stichum ab hęrede. Modò q̃ritur, utrum dicta decem computentur hęredi in Falci. quam vult detrahere legatariis? Et uidetur, q̃ non, quia ea, quæ hęres capit causa implendæ conditionis alicui legatario impositæ, nõ solet cõputare sibi in Falc. ut j. eo. id autem. cum similibus. Dicitur tamẽ hic, quòd bene computatur hæredi in Falcid. quia pupillus numerãdo hæredi creditoris dicta decem, una numeratione implet conditionẽ legati, & liberat se à naturali obligatione, qua tenebatur p dicto mutuo, & ita uidetur hęres recipere dicta decem, ut debitũ hęreditarium: debita autem hęreditaria bene computantur i Fal. hęredi. Et adeò uidetur dictus pupillus soluere dicta decẽ hęredi, ut debita, ut etiã si repudiet idem pupillus legatum Sticni, uel moriat dictus Stichus legatus, non possit ea decem repetere pupillus iure communi. Vi.

g ¶ Si pupillus. § pubertati proximus, ut non ob. §. de condi. indebi. l. quod pupillus. & non fit locupletior, aliàs etiam ciuiliter tenetur, ut instit. quib. alie. licet. §. j. Accur.

patrisfamiliàs † bona [a] restituere cogit, & hęres scriptus [b] omissa ex testamẽto aditione, exẽplo edicti, legatorum nomine conuenietur. His consequens erit, vt si ex fructibus medio tempore quartam, & quartæ fructus habuerit pater, etiam Trebellianum Senatusconsultũ inducamus [c], & vt iles actiões exerceri possint, fiatque hęreditas post restitutionẽ.

† Fl. patris familiæ.

¶ *Pretium rei dicitur capi iure hæreditario, & ideò computatur in quarta. Bartolus.*

¶ Scæuola. † LEX XIX.

SI dignum decem fundũ damnetur hæres quinque vendere, sine dubio quinq; erunt imputanda [d] Falcidiæ.

¶ *Legatum inutile Falcidiam non inducit. Bartolus.*

¶ Idem. † LEX XX.

SI à seruo meo hęrede instituto mihi legetur [e], & mihi acquiratur hæreditas, negat Mętianus id legatum in Falcidiã [f] cõputari: quia non debeatur.

¶ *In cursu duarum causarum inspicitur illa, quæ Falcidiam minuit, & illa, quę petitionem impedit. Bartolus.*

h ¶ Hæredi. § scilicet, creditoris.

i ¶ Numeratione. § facta tutoris authoritate.

k ¶ Et liberatur. § ut & j. de solu. l. & in numerationibus. §. j. & l. Stichum. §. aditio. & j. quando dies leg. ced. l. cùm illud. §. hęres.

l ¶ Fuissent. § ut j. eo. l. id autem.

¶ Paulus. † LEX XXI.

SI † pupillus [g], cui sine tutore authore decem mutuò † dati sunt, legatũ à creditore meruerit sub hac cõditione, Si decem, q̃ acceperit, hæredi [h] reddiderit: vna numeratione [i] & implet cõditionem, & liberatur [k] nerura li obligatione, vt etiã in Falcidiam hæredi imputentur: quamuis nõ imputarentur, si tantùm cõditionis implendæ causa data fuissent [l]. Adeò autem & soluere [m] videtur, vt repudiato legato, vel Sticho, qui legatus est, mortuo, nihil repetere possit [n].

† libro 12. Quæstio.

† intell. huius l. uid. p Lancil. polit. i l. filiũ. nu. 69. C. fam. hercí. & ibidẽ p Coras. nu. 136.

† Flor. mutua.

¶ *Si iure potestatis, vel dominij portio non grauata accresceit portioni grauatæ, fit contributio: secus, si econuersò. Bartolus.*

¶ Si ego † & seruus meus hrdes instituti sumus † ex diuersis [o] partibus, nec à seruo erogatus est dodrans [p], iis quibus à me legatũ [q] est, contra Falcidiam proderit, quod ex portione serui ad me peuenit supra Falcidiam eius † portionis. ex cõtrario [r], si seruo meo

m ¶ Soluere uidet. § ut debitum.

n ¶ Repetere posset. § quod aliàs posset, nisi esset debitum. ut §. de condictio. ob causam. l. j. §. j. Itẽ hoc iuẽ communi naturali debito impediente repetitionem, ut suprà, de condictio. indeb. l. naturaliter. & l. frater. & infrà, de fideiusso. l. hęres à debitore. §. quòd si hic seruus. sed per in integrum restitutionem iuuatur, ut suprà, de condictio. in debi. l. interdum. & in frã, de act. et obliga. l. pupillus.

CI cum præfinitione. ‡ CASVS. Ponamus, quòd Titius legauit ita Seio, Lego Sicio dena usque annos decem: & decessit dictus Titius: postea decessit Seius legatarius trāsactis, pone, duobus annis ex dictis decem annis. Nūquid futurorum octo annorum legatum transmittit ad hęredem suum dictus legatarius? Et distinguitur: aut alimētorum nomine fuit relictum dictum legatum Seio: aut non fuit relictū nomine alimentorum, sed in plures pensiones, & præstationes diuisit Titius testator dictum legatum exonerandi hæredis gratia. Primo casu plura sunt legata, & futurorum octo annorum legatum non transmittit ad hęredem suum legatarius mortuus. Et est ratio extra casum: quia hoc casu primi anni legatum est purum, sequentium conditionale, vt dixi §. eo. cum in annos. Secundo autem casu, omnū dictorum decem annorum est unum legatum, & intra decennium decedens legatarius transmittit ad hęredem suum etiam legatum futurorum annorum. Viuianus.

m ¶ Dena ‡ id est, decē, & decem, vt §. de leg. j. l. si quis Titio. & dic singulis annis, usque ad decem annos.

n ¶ Plura esse. ‡ primi anni purum, sequentium conditionale, scilicet, si viuat alimentarius, vt sup. de annu. leg. l. in singulis.

o ¶ Non transmittere ‡ quia decessit ante conditionem, & sic ante diei cessionem.

p ¶ Si uero. ‡ facit sup. eo. l. nec semel, ibi, Nisi forte &c. & inf. eod l. Firmio. §. fina. Accursius.

ponatur esse legatum similiter per eundem testatorem illud, quod dictus debitor debebat testatori sub conditione, scilicet vt sit præsens legatum siue purum: & si post mortem testatoris decedat legatarius, ad hæredem suum, scilicet legatarii transmittat. Viuia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SI dies appósita.§ CASVS. Aut dies certa, vel incerta nõ ē appósita in legato: aut est appósita, siue adiecta. Primo casu p̃sens, siue purum debetur legatũ legatario, & confestim ad eum pertinet, cui datũ, siue relictum est. Secundo casu, aut est adiecta dies certa, aut incerta. Si est adiecta legato dies certa, certissimus quidē dies legati statim cedit, scilicet, à morte testatoris, quãuis dicta sit longæua: veluti, quia dixit testator, Lego Titio, pone, centum calendis Ianuariis: non tamen potest peti legatũ ante diem. Si autē incerta dies sit adiecta in legato, neque potest peti res, scilicet legata, neque dies legati cedere pōt, nisi obtigerit conditio temporis, id est cõditio, quæ demõstratur per tempus incertum, siue per diē incertum, vt J. l. proxi. §. nec interest. Et de hac incerta die ponuntur i litera quatuor exempla, quorũ quodlibet ita vī supplendum, sicut dicam in quolibet eorũ, & erit primũ tale, Lego centum Titio pone, cum pubes erit.

† Flor. aut.
† Fl. deest, dies.
† Fl. quasi.
† Flo. cũ in familiã nupserit.
† Fl. quod scribendo.
† Dua. nisi tps. conditióve obtigit.

SI dies[a] appósita legato non est, præsens debetur, & † confestim[b] ad eum pertinet, cui datum est. Dies adiecta, quamuis longa sit, si certa est, veluti, Calendis Ianuariis centesimis; [c] dies quidē legati statim[d] cedit, sed ante diē, peti no potest; [e] at si incerta, veluti, † cũ pubes erit; [f] cùm in familia filia nupserit; [g] † cũ magistratum[h] inierit: cùm aliquid demũ quod scribenti† cõprehendere sit commodũ, [i] fecerit: nisi temporis cõditio obtigerit, † neq; res[k] pertinere, [l] neq; dies legati cedere potest. ¶ Si sub cõdõne, qua te hæredem institui, sub ea conditione Titio legatum sit: Pomponius putat perinde hui? legati diem cedere, atq; si purè relictum esset;[m] quoniam certum esset hærede existente debitum iri. Neque enim per cõditionē hæredum fieri incerta legata: nec multũ interesse tale legatum[n] ab hoc,[o] Si erit hæres, dato.

¶ *Dictio, si, facit principaliter conditionē secũdario tempus: dictio, cũ, facit principaliter tẽpus, secundario conditionem. Bart.*

¶ Pomponius.† LEX XXII.

SI Titio, cùm is annorum xiiij. esset factus, legatum fuerit: & is ante quartumdecimum annum decesserit, verum est ad hæredem eius legatũ non transire: quoniã non† tẽpus solùm, sed & cõditionem hoc legatum in se cõtinet,[p] subaudi. Et ideò Mæuius legatarius decedens ante aditam hæreditatem per Titium hæredem, transmittit legatum de cẽtum, siue eius petitionem ad hæredem suum: quia definitio Labeonis probãda, siue approbanda est, dicẽtis, id demum legatum transire ad hæredem legatarij, scilicet, decedentis ante aditam hæreditatem ab hærede: quod, scilicet, legatum certum sit debitum iri, si adeatur hæreditas. Dictum autem proximè legatum bene certũ est deberi legatario, si adeatur hæreditas, & viuat tunc legatarius. Nam post aditam hæreditatem suspendi non potest, quin statim debeatur legatario. Fuit enim relictum Mæuio præstandum intra centum dies, & ita intra certum diem sub conditione, Si Titius hæres adiret hæreditatē. Quid autē, si duos instituam hęredes, puta, Titium, & Seium. & legẽ Caio decem a dictis Titio, & Seio institutis sub conditione, Si idē Titius vnus de institutis adeat hæreditatem meam? nunquid erit superuacua dicta conditio apposita in legato Caii? Certe non: imo valebit dicta conditio in portione Seij cohæredis, id est, in quinque, quæ videntur ab eodem Seio legata per me testatorem Caio. Vnde si ante, quam Titius cohęres Seii adeat hęreditatem, decedat Caius legatarius, nõ transmittit ad hęredem suum petitionem dictorum quinque, quæ ei Caio uidentur legata a Seio per me testatorem. In portionem autē ipsius Titii, in cuius persona est cõprehensa conditio apposita legato Caii de decem prędictis, id est, in aliis quinque, quæ videntur legata Caio a Titio per me testatorem, superuacua erit dicta conditio, quæ fuit, Si Titius adeat hęreditatem. Et ideo pro dicta parte Titii non faciet legatum Caii conditionale, & perinde erit superuacua dicta conditio, atque si solo Titio hęrede Seii instituto a me esset legatum Caio prędicto modo, id est, sub conditione, si hæreditatem meam adiret Titius. Quo casu sine dubio superuacua esset conditio, vt suprà vidisti. Si ergo Caius prędictus legatarius decedat ea conditione pendẽte, id est, ante, quam Titius cohæres Seii adeat hęreditatem meam, transmittet ad hęredem suum petitionem de quinque, quæ videntur ei legata a Titio cohærede Seii, cui legaui eadem Caio decem a dicto Titio, & Seio institutis sub conditione, si idem Titius adiret hęreditatem meam. & hęc uidetur esse intentio harum duarum legum, salua meliori intentione, & intellectu. Viuianus.

† Lib. v. ad Q. Mutiũ.
† Fl. Diē

a ¶ Si dies.§ incerta. R. Vel dic, certa, vel incerta. Si autem apposita, est, distinguitur certa ab incerta: ut subiicit.
b ¶ Confestim.§ nisi ex voluntate defuncti aliud appareat, vt J. tit. j. l. epistola. §. fi. & de auro, & ar. leg. l. filiam.
c ¶ Ianuariis centesimis.§ alias, certissimis: alias, centesimis, ut J. de verb. obli. l. centesimis. alias simpliciter, calendas primas demonstrat, ut J. de verb. obli. l. eum qui calendis. Accur.
d ¶ Statim.§ a morte testatoris, ut suprà, eod. l. si post. secundo respon. Accursius.
e ¶ Non potest.§ propter except. sed in vsufru. ipso iure ante diem non debetur, ut §. quando di. vsufru. leg. ce. l. i. in fi.
f ¶ Cum pubes erit.§ vere hic dies videtur adiecta, vt §. de condi. & demon. l. si quis legata. j. respon.
g ¶ Nupserit.§ de hac habes §. de conditio. & demonstra. l. hęc cõditio filiæ,
h ¶ Cum magistratum.§ de hac C. de insti. & substi. l. si quis cum.
i ¶ Commodum.§ sic construe, cum aliquid deinde fecerit, quod comprehendere sic commodum scribendo: id est, sit commodum alicuius per hoc, quòd scribitur. H.
K ¶ Neque res.§ ad legatarium.
l ¶ Pertinere.§ vt & §. de lega. ii. l. si ita scriptum. §. fi sub conditione. apparet ergo differre inter certam & incertam diem: sic J. de verbo. obliga. l. itipulatio ista. §. inter certam. & §. de cõdi. & demon. l. i. & l. dies, & §. eo. l. si cum hęres.
m ¶ Relictum esset.§ vt §. de lega. i. l. iii. & facit §. eo. l. cùm sine. §. fi. & l. hęredis. in princ. & l. quod pure. ij. respon. & J. eo. l. fi Titio. §. quædam. & §. de condit. & demonstra. l. i. in fi. & l. aliquãdo. & ad leg. Fal. qui fundum. §. si tu.
n ¶ Legatum.§ de quo dictum est.
o ¶ Ab hoc.§ f. legato.
p SI Titio. Continet.§ hanc, scilicet Si &c. vt §. de lega. i. l. si cui. §. hoc legatum.

Effectus.

a ¶ Effectus.§ puta eos compleuisset, vt d. l. fi cui, & §. de cond. & demonstra. l. non putabam. & C. eo. l. ex his. Accursius.
b ¶ Scriptura.§ cùm dixit, cùm annorum xiiij. erit.
c ¶ Per conditionem.§ scilicet, per, si.
d ¶ Per tempus conditio.§ puta per, cùm. Nam per, cùm, & per si, fit conditio, vt not. suprà, eodem. l. si cum hæres. Sed hui c l. est contra suprà titul. pri mo. l. qui filium. §. Sabinus. & l. Seius. & C. eodem. l. ex his. vbi plenè nota. & facit J. e. l. Firmio.
e ¶ Pro non scripta.§ causa enim tollẽdæ dubitationis poni videnti: vnde cõeius nõ lædũt, vt C. de fideiuf. l. nõ rectè. arg. contra, C. de thesau. i. j.
f ¶ Duos hæredes.§ Titium, & Seium.
g ¶ Alter ex his.§ puta, Titius.
h ¶ Legem.§ puta, decem danda ab vtroque hærede.
i ¶ Cohæredis.] f. Seij. verbi gratia in quinque, quæ videntur a Seio legata, est conditio si Titius adeat: vnde interim decedens legatarius non transmittit illa quinque.
k ¶ Valebit.§ scilicet, conditio.
l ¶ In ipsius.§ f. Titii portione.
m ¶ Superuacua.] vnde si legatarius decedat ea pendente, transmittit ad hęredem suum, qui petit a Titio existẽte hęrede. Accur.
n ¶ Cohęrede.§ Titio qui & ipse cohæres est Seij. Vel dic, Seio Accursius.
o ¶ Eo modo.§ scilicet, si hæreditatem adieris: & facit §. eod. l. si dies. §. fin. cum suis concor. Accursius.

† Flo. deest, is.
† Fl. Non esse non intelligere.
† Fl. an ita, cũ priore scriptura. cętera desunt.
† Fl. utrobique.
† Flo. scripto.

CVm in annos.§ CASVS. Ponamus, quòd Titius instituit sibi hæredem Seium, & in annos singulos reliquis legatum puta, x. Caio: decessit dictus Titius. Certe Caius legatarius potest capere legatum per singulos annos inspecta eius conditione scilicet, legatarii, vt si in hoc anno sit capax, debeatur ei legatum huius anni. Si vero hoc anno nõ sit capax, sed sit capax in sequenti anno, debeatur ei legatum sequentis anni: & non huius. Si autem plurium seruus sit ille, cui legatum est relictum in annos singulos, erunt spectandæ personæ singulorum dominorũ, sint capaces: quolibet de dictis annis, vel nõ sint capaces. Viuianus.

† lib. 4. ad l. Iuliam & Papiam.

p ¶ Cum in annos.§ Dic vt notaui. §. eo. l. cum in annos. & seq. & facit §. de leg. ii. l. non oportet.

SI penum.§ CASVS. Seius, ponamus, fecit testamentum, & instituit sibi hæredem Publicium, & damnauit eundem Publicium hęredem, vt daret penum Caio: vel ponamus, q̃ damnauit eum vt daret fundum Caio: & si non daret dictus hęres penum Caio, vel si non daret dictus hæres fundum Caio, dãnauit eundem hæredem, vt daret eidem Caio decem: decessit dictus Seius testator. Certe videtur legata penus Caio eo casu, quo legatam penum esse positum est. Est videtur esse dicta penus translata in x. prædicta, si hæres noluit dare penũ legatario: & videtur esse dictus fundus legatus Caio eo casu, quo positum est legatum esse fundum: & videtur translatum, scilicet in x. prædicta, Si hęres noluerit dare fundum legatario. Et tunc pecunia, siue dicta x. debentur Caio legatario, cum hęres interpellatus a legatario fundum non dedisset legatario, cum fuit legatus fundus, uel cum hęres interpellatus a legatario penũ legatario non dedisset, cũ fuit legata penus, & si interea siue interim ante quã legatarius interpellet hęredem, q̃ det ei fundum, cum fuit legatus fundus, vel quòd det ei penum, cùm fuit legata penus, decesserit legatarius, non debetur hæredi eius legatarij, nisi fundus, cum fuit legatus fundus, vel penus, cùm fuit legata penus. Nã cùm ita dixit testator, Publicius, scilicet, hæres meus fundũ dato, scilicet Caio: vel cùm dixit testator, Publicius, hæres meus, penum dato Caio: perfectum est legatum fundi, cùm fuit legatus fundus, & perfectum est legatum penoris, cùm fuit legata penus. Et cùm dicit, scilicet testator postea, si non dederit, scilicet hæres meus fundum, vel non dederit hæres meus penum, centum dato, scilicet eidem Caio legatario: videtur fundi legatum sub cõditione adẽptum eo casu, quo centum cęperint deberi legatario, id est post interpellationem factam per legatariũ hęredi, vt hæres soluat ei fundum, cum fuit legatus fundus, vel soluat ei penum, cum fuit legata penus: quorum scilicet cẽtum quia conditio non extiterit viuo legatario, ideò sortè quia hæres nõ sit interpellatus per legatariũ: prædicto modo euenit, vt nihil egerit ademptio legati de fundo, vel penu, & vt fundi, vel eriã penoris legatum duraverit: & hoc quando legatum non incepit a conditione, imo dixit testator, vt dixi in princip. Si autē ita dixit, & incepit testator in legando, Si penum non dederit, scilicet, Publicius hæres meus Caio, decem dato, f. hæres meus Caio: dicimus non esse penum legatã: subaudi, sed sunt legata decem sub cõditione: & ideò si legatarius decesserit ante conditionem, hæredi suo neque penum siue penoris petitionē relinquet: quia ei legatario legata non est: neque decem siue petitionē de decem relinquet hæredi suo: quia dies legati de decem non cessit, vt suprà eodem. l. cum sine. §. quod si ita. & in sequenti ibi verficulo. Et quod dixi in penore, idem esset in fundo: vt si ita dixisset testator, Si fundum non dederit scilicet, Publicius hęres meus Caio, decẽdato, scilicet, hęres meus Caio. Et hæc uidetur esse intentio huius legis salua meliore intentione & intellectu. Ideò autem posui per totam legem de fundo, & de penu, quia in princ. l. dicitur, Si penum hęres dare damnatus sit, vel fundum: quæ quidem est disiunctio legis, & non testatoris. Viuia.

† Fl. ait capere.
† De sensu huius. l. uid. Ant. Rub. in l. non solum. §. morte nu. 518. de no. ope. nunc.
† Fl. euenerit.
† Centum
† Fl. 18.

CVm in annos[p] singulos reliquitur legatũ, sine dubio per annos singulos inspecta conditione legatarij capere potest: † & si plurium seruus sit, singulorũ dominorũ erũt personę spectandę.

¶ *Legatum primum purum in sequens legatum transfunditur: demum post moram hæredis ad hæredem legatarij transmittitur transfusione non facta.*

¶ Paulus li. 6. ad l. Iul. & pap. L. XXIII.

SI† penum¶ hęres dare damnatus sit, vel fundum & si non dedisset, decẽ: ego accepi & penũ legatam & translatã esse in decẽ, si noluerit hęres penum dare: & tunc pecuniam deberi, cum interpellatus[r] fundum non dederit: & si iterea decesserit legatarius, tũc hæredi eius non nisi fundũ deberi. Namque cùm dictũ est ita, Publicius[s] fundum dato: perfectum esse legatum: & cùm dicit, Si non dederit, centum dato: sub cõditione fundi legatũ ademptũ videri eo casu, quo cẽtum deberi cœperint.[t] Quorum quia conditio viuo legatario non extiterit, forè quia iterpellatus hæres nõ sit; euenit,† vt ademptio nihil egerit, fũdique legatum duraverit.[u] Planè si sic legatũ sit, Si penũ non dederit,† decem dato; dicimus non esse penum legatam,[x]

¶ *In legatis alternatiuis unum e? legatũ: & si una pars est conditionalis, legatario interim decedente nihil ad hęredem transmittit. Bartolus.*

¶ Papinianus lib. 17. quęst. L. XXV.

† Fl. ait capere.

p ¶ Cum in annos.§ singulos reliquitur legatũ, sine dubio per annos singulos inspecta conditione legatarij capere potest: † & si plurium seruus sit, singulorũ dominorũ erũt personę spectandę.
q ¶ Si penum.§ dic quid sit penus, vt suprà, de penu lega. l. tertia, in principio.
r ¶ Interpellatus.§ congruo loco. & tempore, vt supra de vsuris. l. mora. Vel per litis contestationem. vt suprà, eodem. l. cum sine. & facit J. de verborum obligat. l. si ita stipulatus fuero. §. fina. sed quomodo lis fuit per eo, cuius nomine nõ est actio, potuit contestari? Et super quo fuit interpellatio? Respondeo vt nota. C. de contrahenda stipulatione. l. nuda.
s ¶ Publicius.§ hęres meus.
t ¶ Cœperint.§ quod est post interpellationem: & sic videtur duo legata. Sed contrà, supra, eodem, lege, cum sine. Solutio ibi.
v ¶ Duraverit.§ vt solutum non repetatur: non tamẽ potest peti, vt §. ad legẽ. Falci. l. i. §. item secundum quosdam. Vel illud viuente legatario: secus, eo mortuo, vt hic dicitur.
x ¶ Legatam.§ quia incipit a condi. sed superiori casu a præambulo legato, vt no. §. eo. l. cum sine.

Cum

Universidad de Deusto
Biblioteca

CVm illud.ʒ CASVS. Ponamus, quòd Titius instituit sibi hæredem Seium, & legauit Caio hoc modo, Lego Caio fundũ meũ Titianum, vel fundum meum Seianũ: & decessit idem Titius. Certe dicta enumeratio plurium fundorum disiunctiuo modo comprehẽsa in legato non facit plura legata, sed est vnum legatum, quãtum ad solutionem. Nam hæres non tenetur soluere legatario, nisi vnũ de dictis fundis. Nec aliud à prędicto casu poterit ꝓbare, si dictus testator legauerit pure Caio alterum fundũ de prædictis, vel alterum de eisdẽ fundis, sub cõditione enumerãdo eos fundos in legando disiunctiuo modo. Nã & in hoc casu vnum legatũ est, & non plura. nam pendente prædicta cõditione, sub qua alter de dictis fundis fuit legatus, non cõpetet electio hæredi quin fundum soluat legatario, vtrum legatum pure, an legatũ sub conditione. Nec etiam legatario competet electio quẽ fundum petat ab hærede etiã si testator legatario dedit electionẽ: nam tunc esset proprie electio, siue esset electioni locus, quando de duobus, vel pluribus potest quis eligere quod vult In hoc autẽ casu non est ita: quia conditionale legatum non potest eligi, nec etiã purum propter conditionale. Vnde in hoc casu magis etiã apparet, ꝙ sit vnũ legatũ, quam in superiori. Itẽ & propter aliud apparet: quia si pẽdente dicta conditione moriatur legatarius, non videtur transisse ad hæredem legatarii legatum prædictũ alternatiuo modo relictum. Nã hæres legatarii non poterit petere ab hęrede testatoris dictum fundũ sub conditione relictum: & etiam occasione dicti conditionalis legati non poterit petere fundum pure legatum. ¶ Hęres meus Titio. ʒ Ponamus, ꝙ ita dixit testator in testamento suo, Hæres meus Titio dato, quod mihi Seius debet & decessit. Et reperitur postea, quod dictus Seius pupillus existens siue tutoris authoritate nũmos acceperat mutuo, a dicto testatore ante testamentũ, nec locupletior factus erat idem Seius ex dictis nummis: nũquid valet dictum legatum Titio relictum? Et distinguitur: aut testator, qui petiit prędicto modo ab hærede suo, retulit verba ad præsens debitum: aut verbo debiti cogitauit naturalem obligationem, futuramque solutionẽ per dictum Seium faciendam. Primo casu nullius momẽti erit legatum: quia nihil ei testatori debet dictus Seius pupillus, scilicet eiuiliter, vt possit ab eo petere licet naturaliter ei teneretur: quia pono, ꝙ erat proximus pubertati. Secundo autem casu nihil petet Titius legatarius interim ante quãm Seius pupillus soluat dictum naturale debitum hæredi testatoris, quasi i legato Titii tacita inserta sit cõditio, si soluerit dictus pupillus dictum naturale debitũ: sicut interim non peteret si ita dixisset testator, Titio dato, scilicet tu hæres meus, quod pupillus prædictus soluerit. Vel si legasset quod ex Arescusa natum erit: vel legasset fructus qui in illo fundo nascerentur. Nam in his tribus casibus sine dubio inest tacita conditio, scilicet si pupillus soluerit, & Arescusa poperetit, & si fructus in dicto fundo nascentur. Sed pone, ꝙ legatarius moriatur medio tẽpore, id est ante, quã pupillus soluat vel ante quã Arescusa pariat, vel ante quam fructus in dicto fundo nascantur: nunquid transmitteret ad hæredem suum petitionem prędictorum: ut scilicet hæres legatarii habeat petitionem, si pupillus postea soluat, vel partus postea edatur ꝑ Arescusam, vel fructus ex dicto fundo postea prouenianꝰ? Et videtur ꝙ non: quia in his lega is conditio inest, ut dictum est, & petitio legatorum cõditionalium nõ sol. transire ad hęredes legatariorũ pendente conditione defunctorum, ut ʒ. eo. l. si post diem. § fed si sub conditione. Respon. tamen hic, ꝙ hæres legatarii bene habet petitionem: nec est contrarium quod dixi, Petitionem cõditionalium legatorũ non transire ad hæredes legatariorum pendente conditione defunctorum: quia illud habet locum cũ legatis apponitur conditio expresse: hic autem subintelligitur conditio tacite. Nã dies legati, cui conditio non adscribitur, scilicet expresse, cedit scilicet quãtum ad transmissionem: quamuis extrinsecus sit expectanda cõditio: vt est in nostris casibus prædictis. Viuia.

a ¶ Cum illud.ʒ est disiunctio testatoris, non legis.
b ¶ Disiunctiuo.ʒ secus si copulatiuo, ut ʒ. de lega. ii. l. ii.
c ¶ Non facit.ʒ fed unum est, ut ʒ. de lega. ii. si illud. Quod est verũ, quãtum ad vnam solutionẽ: sed plura possunt dici quia plures res numerantur, vt ʒ. de leg ii. si quis seruũ §. i. quæ est cõtra, secundum R. Vel dic, ut ibi, Itẽ no. in alternatiuis vtrunq; deberi, vt no. ʒ. de cõsti. pecu. l. illud. & ʒ. de verb. obli. si duo rei.
d ¶ Nec.ʒ scilicet vt sint plura. nam nec hic sunt plura.
e ¶ Aliud ʒ à ꝑdicto casu: q̃a & hic vnũ est, vt ʒ. de le. ii. l. illud. ii. rñ.
f ¶ Electio.ʒ tunc esset ꝓprie electio, qũ de duobus, vel pluribus potest quis eligere quod vult: q̃d hic non est: quia cõditionale nõ potest eligi, siue testator dederit electionem legatario, siue ex natura alternatiui debiti hæres debet eligere, vt ʒ. de vsufr. lega. l. fi Titio.
g ¶ Nec si moriatur.ʒ ſ. legatarius pendente conditione.
h ¶ Legatum. ʒ sub cõditione relictũ: nam purum fic, ut ʒ. eod. l. si vsusfru. in prin. secundum quosdã. & arg. ʒ. eo. l. si penũ. Sed tu die neutrũ transire ad hæredem, vt ʒ. eo. l. cũ ita. in princ. & l. huiusmodi. nec obst. l. illa, si vsusfr. q̃a ibi ante mortẽ legatarii certũ fuit cõditionem defecisse, sub qua legatũ erat relictũ: ergo solum aliud remansit in legato, arg. ʒ. de cõtrah. empt. l. si in emptione. §. pen. & ʒ. de solu. l. Stichũ. in prin. & eodẽ modo rñ. ʒ. e. l. si penũ. Sed hic vno legatario non fuit certum conditionem non debere existere, quæ erat in legato apposita: & ideo secus, quam ibi dicitur. H.
i ¶ Petitor.ʒ alias creditor: alias petitor. i. creditor, idẽq; testator.
k ¶ Nihil ei debet.ʒ scilicet, sed naturaliter, vt subiicit: & sic erat proximus pubertati: aliàs nec naturaliter, vt ʒ. de ac. & obl. l. pupillus. & dic ut no. ʒ. ti. j. l. Seius. §. si eius. Itẽ facit ʒ. ad leg. Fal. l. si pupillus.
l ¶ Titius.ʒ legatarius.
m ¶ In illo fundo.ʒ in his inest tacita conditio, vt ʒ. de verb. obliga. l. interdum.
n ¶ Non est.ʒ scilicet, prædictis, vbi dicit ꝓ conditio inest: q̃a hic est tacita, i vt subiicit, quæ nõ facit legatũ conditionale quo ad trãsmissionem: ut ʒ. de condi. & demonstra. l. i. §. i. & l. conditiones.
o ¶ Adscribitur.ʒ expresse.
p ¶ Cedit. ʒ a morte testatoris: & facit ʒ. e. q̃d pure. §. j. & l. hęredis.

CVm illud, [a] aut illud legatur, †enumeratio plurium rerum disiunctiuo [b] modo comprehensa, plura legata non facit. [c] Nec [d] aliud [e] probari poterit, si purè fundum alterum, vel alterũ sub conditione legauerit. Nam pendente conditione non erit electio; [f] nec si moriatur, [g] ad hæredem transisse legatum [h] videbitur.

¶ *Cõditio tacita, q̃ inest ex natura rei legatæ, transmissionẽ legati nõ impedit. Bar.*

¶ Hæres meus Titio dato, quod mihi Seius pupillus debet. Si Seius pupillus sine tutoris authoritate nummos accepisset, nec locupletior factus esset, & petitor [i] ad præsens debitum verba retulisset, quia nihil ei debet, [k] †nullius momenti legatum erit. Quòd si debiti verbo naturalem obligationẽ, futuramque solutionem cogitauerit; † interim nihil Titius [l] petet, quasi tacitè conditio inserta sit: non secus, acsi ita dixisset, Titio dato quod pupill[m] solverit: vel si legasset, Quod ex †Arescusa natum erit. vel, Fructus qui in illo fundo [m] nascentur. Contrarium non est. [n] Qnòd si medio tempore legatarius moriatur, & posteà partus edatur, & fructus proueniãt, † & pecuniam pupillus exoluat: hæres legatarij petitionẽ habeat. † Namque dies legati, cui conditio non adscribitur, [o] quasi extrinsecus expectanda sit, cedit. [p]

¶ Idem. † LEX XXVI.

FIrmio Heliodoro fratri meo dari volo quinquaginta ex

†Fl. legetur.
†Fl. retulit quia nihil eius debet.
†Fl. cogitauit.
†Fl. Arescusa.
†Fl. fructũ peruenięt.
†Fl. habet.
†lib. 9. Responso.

1 Secus enim, si expressa: quia impediret legati trãsmissionẽ. Bal. in l. uni ca. uersi. pone testator. C. de ca. tol len. Bart. in l. conditiones. & ibi gl. i. de condi. & dem.

†Fl. fructibus fini uide Dua. lib. 1. Disputatio. c. 12. Alias, ex fructibus fundi, relicta pecunia non percepta vbertatẽ esse &c.
†al. intra.
†Fl. Dari
†Dic verũ etiam, vbi fuisset pactũ de non ãgendo de positi actione inter deponentem, & depositarium, quod no. per. Alexan. & Ange. in l. si vnus. §. illud de pactis.
†Fl. quòd.
†lib. 3. Responso.

idem fideicommissũ: qui hæredes testatoris debuerunt stipulari à Caio depositario eo tempore, quo deposuerunt apud eũ dictã pecuniã, dari sibi hæredibus testatoris etiã alumno, vel hæredibus eius dictã pecunia adueniẽte xxv. ann. quamuis fideiussores ab eo depositario super hoc non potuerũt petere, cuius fidẽ defunctus testator voluit sequi, & hęredes testatoris potuerunt petere à depositario ꝑdicto. Hęres ergo alumni petet ab hæredibus testatoris, & hæredes testatoris petent à depositario. ¶ Pater annua tot.ʒ Ponamus, ꝙ Titius fecit testamentum, & instituit sibi hæredẽ Seium suum filium & quędã de bonis suis legauit Bertæ vxori suæ & voluit in eodem testamento vxorẽ præstare tot annua: puta x. ex fructu bonorum quæ vxori legauit accessura filii patrimonio ad annum ętatis eius scilicet filii. xxv. ꝓter exhibitionem, siue alimẽtationẽ, scilicet filii eiusdem, quam ęquẽ sive eodẽ modo matri mãdauit: & decessit dictus Titius. Quæro nũ quid fideicommissum de dictis x. annuis sit vnũ vel plura? Et dicit, quod nõ sunt plura: sed vnum diuisum certis pẽsionib. & ideò filio defuncto intra ætatem supra scriptã xxv. an. transmittitur ad hæredem filii eiusdem fidei cõmissum residui temporis xxv. ann. Sed nũquid prędicta annua pecunia in initio cuiusq; anni poterit peti per hæredem filii, vel per filium, si uiuat? Et dicitur ꝙ non: quia pater voluit præberi filio dictam pecuniam ex fructibus datis vxori, id est, ex fructibus bonorũ vxori legatorum. Et ideo videtur distulisse præstationem dictæ annuæ pecuniæ, donec vxor fructus percipiet in quolibet anno de bonis sibi legatis. Si autem pater destinasset dictam annuam pecuniam alimentis filii, nõ dubie persona filii deficiente videbitur extincta causa præstandi dictam pecuniã annuam. alimenta enim cum vita alimentarij finiuntur, vt & ʒ. de transactio cum hi. §. constat. Viuianus.

a ¶ Futuri anni.ʒ intelligitur proximi, vt infrà de verbo. obli. l. eũ qui calendis.
b ¶ Postea.ʒ hic accipe, respondi, quòd est ʒ. scilicet, Iurisconsultus, non videri &c. & sic transmiititur interim. vt supra. l. proxi. in fi. & ʒ. proxi. §. & C. eo. l. ex his.
c ¶ Et fructibus.ʒ alias est, ex fructibus &c. & dic vbertatem necessariam esse secundi anni non perceptis ex fructibus fundi, sub. tot reditibus, qui sufficiant pecuniæ præstandæ. Alias, deest ex. & dic fructibus fundi non perceptis, sub. tot qui sufficiant ad relictæ pecunię præstandæ necessariam vbertatem &c. & facit ʒ. de verb. obl. l. inter stipulantem. §. sacram. & ʒ. de an. leg. l. legatum §. uini. & l. liberto. §. i. & ʒ. loc. & conduc l. si vno. Sed contra, ʒ. de uino leg. l. v. Sed aliud apparet ex mente testatoris. Item arg. contra, ʒ. de cõtrahenda emptione. l. si debitor. §. primo.
d ¶ Transferri.ʒ repete, voluisset, scilicet, hoc modo, vt intra, &c. ad quod. ʒ. de an. leg. l. iii. § fin.
e ¶ Nam certam.ʒ fic ʒ. ea. l. in prin. & ʒ proxi. §. & ʒ. de an. lega. l. ex codicillis. in prin. & C. eod. l. ex his. & C. de fideicommis. lib. l. fideicõmissaria. Sed contra est, ʒ. eodem. l. si Titio. in princip. & ʒ. de fideicõmis. lib. l. fideicommissaria. §. pen. & de ma. testa. l. si ita. & C. eod. l. si Pontianilla. & ʒ. de lega. primo. l. si cui. Sed solu. ut ʒ. ti. i. l. Seius. & l. qui filium. fi. H.
f ¶ Ab eo.ʒ depositario per alũnum, vel per hęredes defuncti, Ro. quia nondum compleuerat ętatem.
g ¶ Collocari.ʒ id est deponi. & dic voluit, scilicet etiã defunctus, per hæredes.
h ¶ Curabis.ʒ tu depositarius reddere. Accursius.
i ¶ Ab hęredibus.ʒ id est alumnus petet ab hærede, nõ a depositario, & hoc completa ętate. Vel si decessit ante tempus cõpletum, petet hęres eius, vt C. eo. l. ex his. & hæres petet a depositario actione in rem si extat pecunia: vel per actionẽ depositi: vel ex stipulatu, si intercessit stipulatio, quæ per hęredes potuit peti non satisdatio, vt subiicit, & arg. C. de cpisco. aud. l. de creationibus. & secundũ hoc videtur ꝙ executor testamẽti non tenetur, vt hic: sicut nec agit, vt ʒ. tit. j. l. Lucius. §. j. Vel dic, aliũnus, vel eius hæres petet ab hæredib. testatoris actione ex testamento. Vel dic, ab hęredibus, scilicet alumni petendũ a depositario: sed tunc qua actione? Respon. ex stipulatu si alũnus fuit stipulatus a depositario, vel vtili rei vendi. si extat pecunia: vel vsui depositi, si ea lege fuit deposita. vt alumno detur. ut vt C. ad exhi. l. si res. & semper dic cõpleta ętate. nã sic testator voluit, sic ʒ. man. l. diligẽter. & depositi. l. i. §. si conuenit. Sed contrà, ʒ. ea. l. §. pe. vbi deponẽs põt pœnitere, & repetere ante diẽ. Sed hic non erat simplex depositarius. Nã & cõmodũ mendit pis potest habere K. ¶ Dandam.ʒ ab illo depositario.
l ¶ Petendos.ʒ ab hæredibus.
m ¶ Annua tot.ʒ puta, decem.
n ¶ Vnum esse fideicommissum.ʒ imò plura, vt ʒ. eo. l. cum in annos. & de annuis le. l. iiii. Sol. quia hic dixit, ex fructibus, videt differre graria hfdis, & diuidere petitionẽ: alias sec, vt ibi, & ʒ. statim.
o ¶ Non initio.ʒ sed eo tẽpore, quo fructus ex bonis percipiuntur, argu. ʒ. eo. l. nec semel. ij. fi in habitatione. Idẽ potest dici, cũ lego vxori victũ, & vestitũ: & secundũ hoc nõ obst. ʒ. l. nec semel. ii. rñ. & C. e. l.
p ¶ Deficiente.ʒ nã constat alimenta cũ vita finiri, vt ʒ. de trãsactio. l. cũ hi. §. cõstat. Et idem in legato etiã simplici in singulos annos, vt no. ʒ. eo. l. cum in annos. & facit C. qui non pos ad li. perue. l. fi.

FIliumfamilias.ʒ CASVS Titius instituit sibi hęredes, ponamus, Caium, & Seium, & etiã Lucium Titium filium Martini pure in testamento suo: eidẽq; Lucio Titio filiofa. dedit siue reliquit fideicõ, ponamus, dec. & eodẽ testõ ita cauit, Quòd ego Lucũ Titiũ hęredẽ instituì, ita eum adire hęreditatẽ uolo, si is patria potestate liberatus fuerit: & decessit dictus Titius. Et postea cohęredes dicti Lucii Titii filiifa. eo Lucio Titio potestate patria non liberato adiuerũt hęreditẽ: nunquid dies legati, siue fideicõ. dicto Lucio Titio dati, cessit ita, vt peti possit? Et dicitur, quod si pure fuit datũ, siue relictũ dictũ legatum, siue fideicõ. a cohærede, siue a cohęredibus dicti Lucii Titii filiifa. pro hæreditaria parte peti põt per patrem eiusdẽ Lucii Titii, cui patri per eundẽ Luciũ Titiũ est acquisitũ, adhuc ab eo nõ emãcipatũ. Nũquid autẽ dictũ legatum, vel fideicõ. possit peti pro ea parte hęreditatis, qua institutus fuit dictus Lucius Titius? ¶ Mẽstruos. ʒ Titius, ponamus, instituit sibi hæredes Seium, & Sẽpron. & rogauit eos, ꝙ præstarent libertatẽ Sticho, & Pãphilo seruis eiusdẽ Titii: & legauit eis tãquam suis, siue manumittendis ad alimenta, siue cibaria eorũ, denos, id est decẽ & decem, siue viginti mẽstruos, siue singulis mẽsib. & decessit dictus Titius. Postea hęredes vocati a prætore adesse noluerunt, & causa cognita Prætor pronunciauit libertatẽ his deberi: & ex Senatusconsulto facto temporibus Diui Adriani, sub Rubrio Gallo, & Cęlio primo Consulibus, libertatem sunt cõsecuti, vt infra de fideicõ. lib. cũ vero. §. subuentum. Quæritur, ex quo tẽpore debeantur eis cibaria, siue menstrui denarii de meis relicti ad alimenta, siue cibaria? Et dicitur ex eo tẽpore eis deberi, quo liberi esse cęperũt, sub audi. & etiam ex eo tempore, quo hęredes fuerũt in mora libertatis præstandę, vt arg. supra, de lega. ii. l. si quis seruo. & ita videtur intelligenda hæc lex, saluo meliori intellectu, si per aliquem melior dicat, vel inueniatur intellectus. Viuia.

q ¶ Filiumfamilias.ʒ extraneum.
r ¶ Instituit.ʒ aliquis.
s ¶ Titium.ʒ eundemq; filiumfamilias,

reditu prædiorum meorum futuri anni: [a] posteà [b] non videri cõditionem aditam, sed tempus solvendæ pecuniæ prolatum videri respondi: & fructibus [c] †fundi relictæ pecuniæ nõ perceptis, vbertatem esse necessariam secundi anni.

¶ *Tempus certæ ætatis adiectum causa legatarij, diem non conditionem inducit. Item contra mernm executorem legatarijs non datur actio. Barto.*

¶ Cùm ab hæredibus alumno cẽtum dari voluisset testator, eamque pecuniã ad aliũ transferri, [d] ut in † annum vicesimumquintũ triẽtes vsurarum eius summæ perciperet alumnus, ac post eam ætatem sortem ipsam; intra xxv. annum eo defuncto, trãsmissum ad hæredem pueri fideicommissum respondi. Nam certam [e] ætatem sorti soluendæ pręstitutam videri, non purè fiideicommisso relicto conditionem insertam. Cùm autem fideicommissum ab eo [f] peti non posset, penes quẽ voluit pecuniam collocari: [g] propter hæc verba, Eàmque alumno meo post ætatẽ supra scriptam curabis [h] reddere: fideicommissum ab hæredibus [i] petendum, qui pecuniam † dandam [k] stipulari debuerunt: sed fideiussores ab eo non petendos, [l] cuius fidẽ sequi defũctus maluit. ¶ Pater annua tot [m] ex fructu bonorum, quæ vxori legauit, accessura filij patrimonio, præter exhibitionem, quam æquè matri mandauit ad annum ætatis eius xxv. vxorem præstare voluit. Nõ plura, sed vnum esse fideicommissum [n] certis pensionibus diuisum apparuit: & ideò filio intra ætatẽ suprà scriptam diem functo, residui temporis ad hæredem eius fideicõmissum transmitti: sed non initio [o] cuiusque anni peti pecuniam oportere, quam † ex fructibus vxori datis pater filio præberi voluit. Ceterum, si pecuniã annuam pater alimẽtis filij destinasset, non dubiè persona deficiẽte, [p] causa præstandi videbitur extincta.

¶ *Conditio adiecta institutioni, non videtur legato præcedenti adiecta. Barto.*

¶ Scæuola. † LEX XXVII.

FIliũfamiliàs [q] ex parte purè instituit [r] hæredẽ, eiq; fideicõmissum dedit, & eodẽ testamẽto ita cauit, Quòd ego Lutiũ Titiũ [s]

†Fl. Dari

1 Dic verũ etiam, vbi fuisset pactũ de non ãgendo de positi actione inter deponentem, & depositarium, quod no. per. Alexan. & Ange. in l. si vnus. §. illud de pactis.

†Fl. quòd.
†lib. 3. Responso.

Fuerit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Fuerit.ʒ No.quod in hæreditate tantum fuit hæc conditio apposita.H.
b ¶ Peti posse.ʒà patre,cui est quæsitum per filium adhuc nõ emancipatũ.Sed videtur cõditio apposita in hæreditate, repeti in legato, vt §.de cõdi.& demõstra.l.duos.& de condi. insti.l.si seruus.quæ sunt contrà.Sol.hic expressit se pure legare. Vel hic primò legauit, & postea instituit sub conditione: secus si primo adiecisset cõditionẽ, & post simpliciter legasset,vt ibi. Itẽ quod dicit, peti ꝓ hæreditaria parte, id est, pro parte cohæredis sed si ꝓ sua, est in pendenti, quia si erit hæres, non valet sua portio quia à seipso nõ potest sibi legari: alioquin etiã suam habebit iure legati, vel §.de lega.j.l.qui filiabus.§.fin. & l.sequen. & de lega. ij.l. miles.§. pro parte.Et est ibi argu.pro Io.& Azo. qui dicũt, quòd institutus pure ꝓ parte, interim pro parte hæres est, non in totum:licet cohæres deliberet, vel nondum extiterit cõditio suę institutionis: ad quod est suprà de conditioni.& demonstrat. l.hæc scriptura.§.j.& si pars hæredit. petat.l.ij.Sed argu.contrà, suprà de vsufru. ac l.idem.§.fin.
c ¶ Menstruos.ʒlegauit ad alimenta, vt
† Fl.cępit. J.dicit
† Ita etiam Dua. Fio.a quibus.
† lib.i.fidei commisso.
d ¶ Manumissis.ʒ id est quos in testamento iusserat manumitti per fideicommiss.
e ¶ Ex Senatuscõsulto.ʒ Rubriano, vt J.de fideicommis.libe.l.cum uero.§. subuentum.
f ¶ Cibaria.] id est menstrua relicta.
g ¶ Cęperint.ʒ videbatur a tempore aditæ hęreditatis, vt J.eod.l. hęredis.9.fin.l.& sequen. Sed ibi directa, hic per fideicommiss. sed et hic si fuit hæres in mora dandę libertatis, non erit in mora impunita etiam in legato, & in hæreditate, ut §. de lega. ii. l.si quis seruo. vnde dic, hic maximè ex quo cęperunt esse liberi. Item no. etiã seruis sine libertate potest relinqui nomine alimentorũ, vt §.de alimen. & cibo. lega.l.seruos ad custodiam. & de iis, qui vt indig.l.iii. H.

S I fundus.ʒ CASVS. Titius fecit codicillos, & in eis legauit Seio fundum instructum, ponamus, Titianum: & decessit idem Titius. Quæro, quemadmodum dari debeat dictus fundus Seio, vtrum sicut instructus fuit tempore mortis, scilicet dicti Titii, qui fecit codicillos prædictos, an ita instructus, sicut fuit eo tempore, quo facti sunt codicilli an instructus, sicut fuit eo tempore, quo peti cęperit dictus fundus per Seium legatarium ab hęredibus dicti Titii. Et respondetur, ea deberi scilicet, dicto Seio cum dicto fundo, quibus instructus fuit idem fundus, cum dies legati cedat, id est ea, quibus instructus fuit di ctus fundus eo tempore, quo decessit dictus Titius. Viuia.
h ¶ Si fundus instructus.ʒ hoc expone, ut C.de verborum signifi.l. i.& ii.
i ¶ Codicilli.ʒ in quibus fuerit relictus: & pro hoc erat §.de leg.iii. l.vxorem.§.testamento.& de aur.o,& argen.lega.l. medico. in princi. Sed alii casus ibi sunt.
K ¶ Legati.ʒ id est, tempore mortis, si purum est, vt §. eo.l.si post.& facit §.de pigno.l.cum tabernam.

R Ogo.ʒ CASVS. Seius, ponamus, fecit testamentum, & instituit sibi hęredem Caium, & ibi postea dixit in eodem testamento, Rogo quandoque hæres meus v. Titio det; & decessit dictus Seius. Quæro vtrum hæres debeat x. Titio? & quando debeat? Et certe x. hæres debebit Titio Sed quando debeat, dubitari potest: vtrum debeat cum primũ poterit, scilicet dare, & non ante: an verò etiã ante. Et certe dies cedit, & ab ipso petitur, siue peti potest, scilicet, cum primũ potuerit hæres, dare scilicet, commode, & non ante. Et ita pũctus secundum meã literam, vtique x. hæres debebit. Sed quãdo, dubitari potest, vtrum cum primum poterit? Et subaudi, postea respondeo, & dic respon. dies cedit, & ab ipso petitur, scilicet, hęrede pet legatariũ

hæredem institui, ita cum adire hæreditatem volo, si is patria potestate liberatus fuerit. [a] Quæsitũ est, an à cohæredibus eius adita hæreditate, legati filiofamil. dari dies cesserit? Respõdi, si purè sit datum, à cohærede filij pro hæreditaria parte fideicõmissum peti posse.[b]

¶ *Legatum menstruũ relictum seruis, debetur à tempore competentis libertatis. Barto.*

¶ Mẽstruos[c] denarios denos ma numissis[d] legauit. Quæsitum est, cùm absentibus hæredibus ex Senatusconsulto [e] libertatẽ sint consecuti, ex quo tempore eis cibaria [f] debeantur? Respondi, secundùm ea, quæ proponerentur, ex eo tẽpore his cibaria deberi, quo liberi esse cœperint.[g]

¶ *Si fundus instructus relinquitur, dies legati cedentis inspicitur. Barto.*

¶ Idem.† LEX XXVIII.

S I fundus instructus[h] relictus erit, quæritur, quẽadmodum dari debeat? vtrũ sicut instructus fuit mortis tempore? an eo tẽpore, quo facti sunt codicilli? [i] an quo peti cœperit† ? Respõdi, ea, quibus † instructus sit fundus cũ dies legati[k] cedat, deberi.

¶ Valens.† LEX XXIX.

scilicet cum primũ potuerit cõmode hæres dare. Sed intellexi, quòd est vtique cum primum &c. vbi ego habeo, vtrum cũ primum &c. & tunc est planior litera, & punctua tunc post dictione, pôt. Et responsio incipit ibi, Vtique cum primum &c. Viuia.
l ¶ Quandoque.ʒ id est aliquando.

R Ogo, quãdoq; [l] hęres meus Titio decem det. Vtique decem dare hæres debebit: sed quando, dubitari potest. Vtique cum primum poterit, [m] † & dies cedit, & ab ipso petitur.

¶ *Conditio nuptiarum non impletur ex nuptiis inualidis. Barto.*

¶ Labeo.† LEX XXX.

Q Vod pupillæ legatum est, quando cunq; † nupserit: si ea minor, quàm viripotẽs, nupserit, non antè ei legatũ dedebitur, quam viripotẽs esse cœperit: [n] quia non potest videri nupta, quæ virum pati non potest.†

¶ *Conditio, Si hæres non erit, moriente instituto purificatur. Barto.*

¶ Scæuola.† LEX XXXI.

V Xori ex parte sextante[o] hæredi institutæ substituit, [p] & hæredis [q] † fideicõmissit, si vxor hæres nõ erit, dotẽ [r] ei, & alia [s] quędã dari. Post mortẽ mariti, vxor ante conditionem [t], & priùs quàm adiret hæreditatẽ, decessit. Quæsitũ est, an dies fideicõmissi, cũ moritur, cessisse videatur, ideò que hæredibus eius debeatur? Respondi, si vxor priùs decesserit† quàm hæreditatem adiret, videri diem fideicommissi cessisse.

m ¶ Poterit.ʒ commode, vt §.de condi.& demonstrat. l. hæc conditio, si in Capitolium.& J.de verb. sign.l.nepos. Sed an est cõditionale: Quidam, sic. Tu dic qd hæc cõditio gratia hæredis apponitur, vt sup. eo.l.quod pure. & facit §.de verb.obli.l.si decẽ cum periero. Accur.

Q Vod pupillæ. ʒ CASVS. Ponamus, quòd Titius legauit centum Seiæ pupillæ, quando, siue quãdocunque nupserit: & decessit dictus Titius certe si ea pupilla minor, quàm viripotẽs nupserit, nõ debebitur ei ante legatum, quàm ipsa cœperit esse viripotẽs. Et est ratio, qa non potest videri nupta, quæ virum non potest pati. Viuianus.
n ¶ Viripotens esse cœperit.ʒ id est maior xii.an.vt J. de adul. l. si vxor. §. pen. & instit. quib. mod. test. infir. circa princ. Alii dicunt eã uiripotentem, cum potest cognosci, & esse matrimoniũ statim: arg. J.de verb.obl.l. cõtinuus.§. cum ita. & de hoc est suprà, de ritu nupti. l. iii. & facit ad hanc l. 3. de condi. & demonst.l.hęc cõditio. & de libe. & posthu. l. filius a patre. §. si quis eo tempore. & inf. de priuile. credi. l. ii. §. fin. & §. de iure do. l. si spõsa. Item no. ꝓnon videtur factum, quod non legitime fit: sic sup. qui satisda. cogan. l. quoties. cum suis concordan. Accur.

V Xori. ʒ CASVS. Ponamus, quòd Titius instituit sibi hæredem vxorem suam Seiam in duabus vncijs hæreditatis suæ, & Caium instituit in alijs x. vncijs eiusdem suæ hæreditatis: & dictum Caium substituit dictæ suæ vxori, & eiusdem C.ii hæredis fideicommisit, ut si vxor non esset hæres, restitueret ei vxori dotem suam, & etiam alia quædam: & postea decessit dictus maritus, idemque testator: & postea decessit vxor ante conditionem, id est ante, quam hæreditatem mariti adiret. Nonquid dies fideicommissi prædicti de dote, & de aliis quibusdam videtur cessisse cum moritur ipsa vxor: & ideo hæredibus eius vxoris debetur dictum fideicommissum? Et dicitur, Si vxor prius decesserit, quàm hæreditatem adiret, videri diem fideicõmissi cessisse: & ita hæredibus eius debebitur fideicommissum. Nam impletur ipsa conditio in ipsa exhalatione spiritus: iam enim adire non poterit. Et sic cum existat conditio, ea vxore viua, cedit dies legati, siue fideicommissi, & transmittit ad hæredem suum vxoris, vt & argumen. suprà, eodem.l.si vsusfructus. secundo & tertio respon. Viuianus.
o ¶ Sextante.ʒ id est duabus vncijs: vt institu. de hæred. instit. §. hæreditas. Accursius.
p ¶ Substituit.ʒ scilicet, maritus.
q ¶ Hæredis.ʒ scilicet, substituti.
r ¶ Dotem.ʒ quod ualet, vt C.de fal.cau.adiec.leg.l.iii.
s ¶ Alia.ʒ a cohærede.
t ¶ Conditionem.ʒ sub qua erat legatũ, si si vxor hęres nõ eritquæ impletur, si ipsa repudiasset: quia post nõ posset esse hæres, vt C.de re pu hære. l.iii. Itẽ impleẽ in ipsa exhalatione spũs: iã enim adire nõ pt. Et sic cum extat cõditio ea viua, cedit dies legati, & trãsmittit. Nec ob §.de condi.insti.l.si.quia vltimo momẽto vitę vide. et posse impleri, si hæres erit, vel nõ erit: qa nuda voluntate hoc fit, vt insti. de hæ. quali. & diffe. §.fi. sed certe imo nõ pôt adesse volũtas, vel noluntas, dũ moritur. Et secundũ hoc dic, & pro id est prius quã &c. hoc aut in dubitãter esset verũ, si cõditio esset talis, quæ non posset impleri: nisi dudũ ante, vt, Si nõ ascẽderis Capitolium: hęc enim extitit ante mortẽ, vt d.l. de cõdi. institu. & sic trãsmittit, cũ iam dies cessisset. Potest enim

enim plus dici, ꝓ hæc conditio, Si hæres nõ erit: similis est ei, si substitutus erit hæres: quæ non facit legatum conditionale, vt §. eo. l. si Titio. §. quædam. Potest & aliter poni casus, ꝓ fuit instituta sub aliqua conditione, & ante conditionem illam, & ante quam adeat, decessit: & hoc non nocet legatis a substituto relictis, vt §. eod. l. hæredis. Sed hoc non videtur bene stare per literam istam si vxor &c.

¶ VT LEGATORVM SEV &c.

¶ *Hęc rubrica in C. cũ mulatur cũ illa, Vt in possęsionẽ legatorum.*

Vt † legatorum, seu fideicommissorum † nomine caueatur.

TITVLVS III.

¶ Vlpianus lib.79.ad edictũ. LEX I.

Egatorum nomine satisdari oportere Pretor putauit: [a] vt quibus testator dari, sieriue voluit,[b] eisdem & detur,† vel fiat: dolùmq; malum abfurum stipulentur.[c] ¶ Sẽper[d] autẽ satisdare cogitur, cuiuscunque sit dignitatis, vel quarumcunque facultatũ hæres. Nec sine ratione hoc prætori visum est. Sicuti enim† hæres incũbit possęsioni bonorum: ita legatarios quoque carere non debere bonis defuncti, [e] sed aut satisdare† eis, aut si satis non detur, in possęsionem bonorum venire prætor voluit.† ¶ Non solùm autẽ omnibus legatariis, † sed & successoribus [f] legatariorum satisdari deberi, iam constat: quamuis isti non ex defuncti iudicio, sed successionis necessitate,[h] quasi ad æs alienum admittantur. ¶ Sed & procuratoribus [i] legatariorum satisdandũ est: eóq; iure vtimur. ¶ Planè si ei, qui in potestate alicuius erit, legatũ sit; cauebit[k] † ei, cuius iuri subiectus est. ¶ Non solùm autẽ legatorũ nomine hæredes cauẽt, sed & successores eorum. Is etiam, cui ex Senatusconsulto restituta est hæreditas, nihilominus ad cautionẽ conpellitur.† Nècnõ & qui per alios, hæredes existunt, [m] vel † Honorarij [n] successores, ad satisdationem compelluntur. ¶ Planè si quis omissa stipulatione litẽ de legato contestatus est, probandum[o] est, nec† cessare debere stipulationẽ. Idèmque in fideicommissis[p] quoque probandum est.

¶ *Legatum repetitum bis tantũ debetur, & pro sequẽti legato ab hærede, uel hęredi à legatario non cauetur. Barto.*

¶ Si cui ita sit legatũ, vel fideicõmissum relictum: & si id perdidisset, rursus relictum: videamus,

† Hic tit. pertinet ad prætorias stipulationes
† Alias, fideicõ. seruandorum causa caueatur.
† Fl. his diebus detur.
† Fl. deest, enim.
† Fl. aut satisdabitur.
† Fl. legatariis satisdari oportet, sed.
Hæres an cauere pro relictis teneatur,
† Fl. cauea-tur.
† Fl. fiue.
† Adde ad glo. hic ęs alienũ, legata ære alienoabsorberi, quia nõ debẽtur, nisi prius soluto ære alieno. l. fi. §. licentia. C. de iure delibe. glo. & Bald in l. i. C. si cer. pe. ta. vbi idẽ dicit inprę legatis.
† Dua. dispũgit, nec vide Aug. lib. i. eme. c. iii.

a ¶ Putauit.ʒ in edicto, cuius verba non habemus.
b ¶ Voluit.ʒ sed & postea locus est cautioni, ut infrà, eod. l. si legatarii.
c ¶ Stipulentur.ʒ s. legatarii: sic suprà, si cui plus, quàm per l. Falc. l. j. in prin. Et potest fieri dolus in traditione, quia seruũ venenatũ, vel fundum factum seruum, ut supra de dolo. l. & elegãter. §. j. vel quia dolo impedit conditionem existere.
d ¶ Semper.ʒ fallit in casibus, primò, in fisco, vt J. eo. §. fi ad fiscũ. Itẽ in legato repetito, ut infrà ea. l. §. rescripto, Itẽ si testator vetuit, vt infrà eodem. licet. Item quando aufertur cognitio, vt infrà tit. primo §. is, a quo. in prin. Item quando calumniose petitur, quia constat fideicommis. non deberi, vt infra eodem. l. stipulatio. §. Diuus. & J. tit. primo. l. si is, a quo. ij respon. & J. eo. l postquam. §. fi dies. Vel cõstat repudiatum fideicommiss. vel hęreditatem non aditam, vt J. ti, primo l. j. in fi. & l. ii. Itẽ alius, J. tit. j. l. j. §. fi debitori. Itẽ cum fideiussore debet satisdare, cũ prætoria sit. vt hic in prin. huius l. & inf. de prętoriis. stipulatione. & inf. eo. l. si quãdo. Nisi in casibus, vbi sufficit nuda pula. l prætoriæ. & inf. eo. l. si quãdo. §. primo. & l. filio vel seruo. Itẽ liberi promissio, vt infrà e. l. si quãdo. §. primo. & l. filio vel seruo. Itẽ liberi testatoris nõ satisdãt, nisi testator pręcepit, ut C. ad trebe. l. iubemus. §. j. secundum quosdam. Sed certè ibi est speciale, quando rogatus est filius restituere suo filio.
e ¶ Defuncti.ʒ quia defunctus nihil eis reliquit. Accursius.
f ¶ Voluit.ʒ sed & postea locus est cautioni, vt infrà eodem. l. si legatarii.
g ¶ Successoribus.ʒ quia pure, vel in diem certũ relictum: pro quibus cauetur, vt infrà eodem. l. etiã. secus si sub conditione, vt infra eo. l. si quis sub conditione. Accursius.
h ¶ Necessitate.ʒ qa ex quo hæres est legatario, necessario hæreditaria iura ei, & in eum transeunt, ut inf. de regu. iuris. l. hæreditas. Et quod dicit alienum, quod ad hęredẽ: sed suum, quo ad legatariũ, vt infrà de verb. sig. l. cedere. §. 5. Item, Quasi, ideò dicit, quia impropriè legatũ maxime conditionale dicitur, æs alienum, vt J. de actioni. & obli. l. is, cui. sed abusiue creditor dicitur, ut inf. de verb. sig. l. creditores.
i ¶ Procuratoribus.] hoc est in omni prætoria, vt infrà de prætostip. l. generaliter.
K ¶ Cauebitur ei. ʒ sub conditione tamen, si die legati cedente erit in potestate. Sed & ipsi filio erit cauendum, vt J. ea. l. §. fina. & l. seq.
l ¶ Compellitur. ʒ nam in eum datur actio legatorum, ut C. ad Trebel. l. ii. & l. fi. & facit inf. eo. l. etiam. §. j.
m ¶ Existunt.ʒ puta, pater per filiũ, dominus per seruũ. Vel successit Titio qui successit Sempronio, vt §. de peti. hære l. ii. & iii. Hug.
n ¶ Honorarii.ʒ i. qui succedũt de iure prætorio, ut insti. de iure na. §. prætorum. Accur.
o ¶ Probandum.ʒ id est, approbandum: nam pro puro cauetur, vt inf. eo. l. etiam. in prin.
p ¶ In fideicommissis.ʒ sunt enim similia, vt §. de leg. j. l. j §. j.
o ¶ Neque exhęredati. ‡ ſ. ritè. nam tunc haberent quęrelam inofficiosi testa. ut infrà, eod. l. non putauit. §. non quæuis, & l. ſi post. §. exhæredati.

p ¶ Eo iure Jnam non eodem iure: quia illi ciuili, isti Prętorio. Sed dic, ſ. vt qui repelluntur illo iure, repellantur & isto, ut ſ. de bon. possess. l. non est. §. fin.

q ¶ Ordine. Jut prior in gradu prius habeat, vt J. eo. l. 3. §. filium. & l. illud. §. j. Item in stirpem, ut & ibi, & infrà, eod. l. fi in adoptionem. §. fin. Sed cont. à J. e. l. §. qui habebat filiū. & J. e. l. 3. §. j. sed ibi dices.

Hæc

vocantur ad successionē iure † ciuili. ¶ Hæc aūt clausula ‡ etiā ad posthumos videtur ptinere. Sed & ſi ab hostib^b postliminio redierint ^b filij, Pomponius putat, ad contra tabulas bonorum ^c possessionem eos admitti.

¶ *Facit partem ille, qui speratur admitti ad partem. Barto.*

¶ Si ex tribus filiis ^d vnus ab hostibus captus sit, duobus, qui sunt in ciuitate, besis bonorū possessionis competit. Idem ^e & in posthumo. Nā quandiu posthumus speratur, ^f in ea causa est, vt partem ^g faciat. ¶ Et sui iuris factos liberos, in bonorum possessionē Prætor inducit. Siue igitur emancipati sunt, siue aliàs exierūt ^h de patris potestate, admittunē ad bonorum possessionem: sed adoptiui patris † non potest. ^i Vt enim admitti posit, ex liberis ^k eū esse oportet.

¶ *Filius non capax, sicut mortuus, nō obstat sequentibus in gradu. Bar.*

¶ Qui habebat filium, habebat & nepotem ex eo, filium emancipauit, & adoptauit in locū nepotis: deinde emancipauit. Quęritur, an nepoti obstet? Et mihi magis vr, hunc nepotem non excludi: siue pater eius in adoptione mansisset quasi nepos, siue emancipatus esset. Puto enim emancipato patre, nepotem quoq; cum patre suo ex edicto ^l admitti. ¶ Quidam † filium habuit, & ex eo nepotem. ſi lius emancipatus, vel in potestate manēs, deportatus est. Quærit, an nepoti noceat? Et verius est ī vtroq; casu nepotē admittēdū. ^m Deportatos enim, mortuorū loco habendos. ^n Et ſi ^o pater, & filius deportati sint, & ambo restituti, dicemus ad bonorum possessionem admitti filium. Sed & ſi filius in metallum damnatus, vel alia pœna, quæ seruum efficit. ^p restitutus sit; nihilominus admittetur. ^q †

¶ Hermogenianus. † LEX II.

IDemq; est, ^r & ſi pater pœnæ seruus efficiatur, & posteà restituatur.

¶ Vlpianus. † LEX III.

NOn tantùm autem ipsi emācipati admittuntur ad bonorum possessionem, verumetiam ij ^s quoque, qui ex his nati ^t sunt.

¶ *Si aliquis ex liberis adoptē, durante adoptiō e succedit, put adoptatus est: ea si nita succedit put naturalr uocat^r ē. Bar.*

¶ Si duos habēs nepotes, alterū emācipatum loco filii adoptauerit, videdum est, an solus ille quasi filius admittatur. Quod ita scilicet Fl. deest, Quidam.

† Fl. admittetur. aliter non.

† lib. 3. Iuris epitomarum.

† lib. 39. ad edictum.

a ¶ Hæc autē clausula. ‡ ad omnia suprà dicta pōt referri. Et dic, ꝙ ad Posthumos prætueritos, cùm erunt nati, nō antè. Sed quomodo, cùm ipso iure rumpant? Respō. vt no. C. eo. l. j. Item antè, q̃ nascantur, habet locum J. de ven. in pos. mit. l. j. in prin. & facit infrà, de verb. sign. l. nomen filiarum. & insti. qui dari tu. pos. §. fi. & J. de assig. lib. l. fin. §. j.

† Fl. ex iuris.

b ¶ Redierint. ‡ scilicet quocunque modo, ut J. de capt. l. nihil.

c ¶ Bonorum. ‡ quia tempus non currit, ut J. de secun. tab. l. qui ex liberis §. j.

d ¶ Si ex tribus filiis. J emancipatis, & prætueritis vt faciat ad ‡ titulum.

e ¶ Idem &. ‡ imò nō idem, ut suprà, ſi pars hære. pet. l. antiqui. in fin. &, ideò quod dicit in fi. partem, ſ. quartā, ſi unus erat natus. Vel ut sit per omnia idem, pone casum, vt J. de cōiun. lib. l. j. §. sed & ſi Posthumus. & §. ſi postliminio.

f ¶ Speratur. ‡ facit J. de secun. tabu. l. 2. §. q̃ diu. & quis or. in bo. pos. ser. l. 2. §. pen. & unde legi. l. pe. in fi. & unde cog. l. j. §. ſi quis. sic & ſ. fam. erciſc. l. ſi hæres unus.

† aliàs, sed ad adoptiui patris ſi possunt. Vt enim quis admitti &c.

g ¶ Partem. J id est, natum admitti ad partē non ad totum: sic ſ. de inofſi. testa. l. qui repudiantis. in prin.

h ¶ Et sui iuris. ‡ CASVS. Prætor inducit in possessionem etiam liberos factos sui iuris. Siue ergo emancipati sunt, scilicet, liberi, siue aliàs exiuerunt de potestate patris, ut per dignitatem admittuntur ad bono. poss. ſ. contra tabu. ſi prēteriti sunt. Sed adoptiui patris, subaudi, ad bono. poss. non potest, subaudi, admitti filius adoptiuus emancipatus. Vt eū admitti posit aliquis ad bono. poss. contra tabu. oportet eum esse ex liberis. Ite aūt adoptiuus non est ex liberis, ex quo est emancipatus à patre adoptiuo: vt J unde lib. l. liberi capite minuti. Viuia.

i ¶ Siue exierunt. ‡ ut per dignitatem: ut insti. quib. mod. ius pa. po. sol. §. sed ex constitutione.

k ¶ Non potest. ‡ ab eo emancipatus: ut hic. & J. ſi ta. testa. nul. ex. l. j. §. liberos. & unde li. l. j. & insti. de exhære. lib. §. adoptiui.

K ¶ Ex liberis. ‡ suis, uel emancipatis: licet enim emancipati desinātē esse sui: non tū desiunt esse liberi, ut insti. de hære. ab intesta. §. eadem.

¶ Qui habebat. ‡ CASVS. Ponamus, ꝙ Titius habebat filium Seium, & ex eo filio habebat nepotem Caium. Emancipauit dictus Titius dictum suum filium Seium, & adoptauit idem Titius dictū suū filiū, & ipsum in locum nepotis. Deinde emancipauit dictum suū filiū, & iterū bis emancipauit eum. Quæritur, an nepoti, ſ. prędicto Caio obstet, scilicet, dictus Seius filius in petenda bonor. poss. contra tabu. ſi dictus Titius eos prēteriuit, ut excludatur prædictus nepos. ſ. Caius à dicta bono. pos. & admittatur solus filius? Et magis ur, hunc nepotem, scilicet Caium non excludi, scilicet, à dicta bono. pos. siue pater eius, ſ. nepotis, id est, dictus Seius in adoptione mansisset quasi nepos, ita ꝙ Titius pater eiusdem Seij nō emancipasset eum Seium postquam eundem Seium adoptauit in locum nepotis: siue emancipatus est, ſ. dictus Seius à patre suo, postquam ab eo fuit adoptatus in locum nepotis: sicut in ueritate in nostro casu fuit emancipatus à patre suo, postquam ab eo fuit in locū nepotis adoptatus. Puto eū emancipato patre, scilicet, nepotis, sicut in ueritate fuit emācipatus pater nepotis antè, quām idem pater nepotis adopta retur in locū nepotis: puto dico, nepotem quoque cum patre suo ex edicto, ſ. de coniungendis cum emancipato liberis admitti, ſ. ad bono. pos. contra tab. quicquid ex prædictis contingat in patre nepotis post emancipationem ipsius patris nepotis primò de eo factam. Bis enim fuit emancipatus in nostro casu. Viuia.

l Ex edicto. ‡ de coniung. lib. ut J. de cōiun. li. l. j. in prin. & facit J.

m ¶ Deportatos. ‡ CASVS. Ponamus, ꝙ Titius habuit filiū Seium, & ex eo habuit nepotem Caium, dictus filius emācipatus, vel in potestate manens deportatus est. & sic amisit ciuitatem, & nō libertatē. Quæritur, an nepoti noceat, ſ. dictū filius deportatus ita, ꝙ admittatur ad bonorum poss. p̄ tabulas an re nepotē, cùm ambo sint prætueriti à dicto Titio? & verius, est nepotem admittendum, scilicet, ad bonorum posses. contra tabulas in vtroq; casu, id est, siue erat in potestate, siue emancipatus filius, qui fuit deportatus, subaudi. Et no. filium deportatum admittendum. Deportatos enim mortuorū loco habendos, repete, verius est. Sed & ſi pater dicti nepotis, & filius, id est, dictus nepos deportati sunt, & ambo restituti, scilicet, sunt, dicemus ad bono. ſi posses. admitti filium, scilicet, solū. Sed & ſi filius Titij, id est pater nepotis damnatus in metallū, vel damnatus alia pœna, quæ seruum efficit restitutus sit: nihilominus admittetur, ſ. Ipse solus, ita, quòd non filius eius. Seq. nide per te usque ad l. illud. quia sunt clara. Viuianus.

n ¶ Habendos. ‡ vt suprà, pro socio. l. actione. §. publicatione. Argumen. contrà J. de verbo. oblig. l. ex parte. §. in insulam. & suprà, de lega. ij. l. cùm pater. §. hęreditatem. & suprà, ad Trebel. l. ex facto. §. ex facto.

o ¶ Sed & ſi. ‡ pone, in duabus personis. ſ. patre, & filio: & tunc dic patrem fecisse testamentū, & prætueritionem post restitutionem in integrum: aliàs aūt testamentū factum esset irritum capitis diminutione testantis, vt insti quib. mod. testa. infir. §. alio. Sed nonne cōualesceret, vt ſ. de iniust. testa. l. ſi quis ex §. pe. & ſm hoc loquitur sequens §. & lex. Vel melius, pone in tribus personis, scilicet auo, & patre nepotis, & ipso nepote: & pater semper steterit in ciuitate: & tunc dic admitti filium, scilicet, solum. Et sic sequentia intelligeres: & continuatur cum superioribus.

p ¶ Efficit. ‡ sed deportatio tantum ciuitatē aufert: vt instit. quib. mo. ius pat. po. sol. §. cum aūt. & §. serui. Sed hodie nemo bene natus ex supplicio fit seruus: vt in auth. de nupt. §. quod autem prius.

q ¶ Admittetur. J simpliciter accipe, ſi ponas in duabus personis. ſi autem in tribus, subau. solùm, vt ſ. proxi. dixi.

r DEmq; est. J Vel poue, in duabus personis: & dic, post restitutionem factū testamentum, vel pone in tribus: vt ſ. l. proxi. not. §. pen. Sed huic legi & fini superioris l. est contrà, institu. de capi. di. §. quod autem. & J. vnde cogn. l. is, qui. vbi non restituitur cognatio per seruitutem amissa. Solutio, ibi manumissio, hic fuit in integ. restitu. per quā omnia pristina iura restituuntur, vt C. de senten. pass. l. j. & l. fina. Argumen. contra, institu. de serui. cog. vbi etiam manumissio prodest ad ius cognationis. Sed ibi de nouo acquiritur, non uetus restauratur. Item argumen. contra, infra, de pœnis l. aut damna. §. finali. Sed ibi fuit indulgentia, non restitutio in integrum.

s NOn tantum. Verumetiam ij. J ordine seruato: vt ſ. l. j. §. vocantur. Azo.

t ¶ Nati. ‡ Not. ex his, quia secus ſi ex filiabus, vel nepotib. etiam ex filio natis: & est ratio, quia pro exhæredatis habentur, ut dices J. eo. l. illud. §. ad testamenta.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Procedit.ʒ vt quasi solus filius admittatur.
b ¶ Melius est autem.ʒ autem, pro, quia: aliàs pro, sed: vt corrigatur distinctio superior, s. adoptauerit in patré huius nepotis, an simpliciter. Sed ſm hoc non ita vocantur vt de iure ciuili, quia eo iure cũ filio vocatur alterius fratris filius, ut insti. de hære quæ ab intest. defe. §. cum filius. & in authen. ut fra. fi. §. j. Et sic est contra, §. eodem. l. j. §. vocantur. Sol. potest dici, q̃ ibi in cõtrario loquitur de liberis qui sunt in potestate, & qui ueniunt ad contra tab. Nam & in illis idem habet seruari, ac si de iure ciuili succederent, vt J. tit. j. l. is q. in princip. Et sic non remanet ibi aliquid contrarium.
c ¶ Quasi filius.ʒ sed quasi nepos. Azo. & dic ut suprà. l. j. §. qui filium.
d ¶ Finita sint.ʒ ut C. de adopt. l. pen. §. sed hoc.
e ¶ Filium habens.ʒ scilicet, ego.
f ¶ Admittentur.ʒ tãquam filij.
g ¶ Nõ admitteetur.ʒ nam per emancipationem dissoluitur adoptio, ut suprà, proximo §.
h ¶ Quæsitum.ʒ sed supiori casu ante fuit quæsitus: & facit §. eo. l. j. §. qui filium. & infrà, de coniũ. lib. l. j. §. si pater ita.
i ¶ Ducta.ʒ quod fieri potuit, ut supra, de ritu nupt. l. filius. sed nõ impunè, ut quando ignominiosam: quia poterit exhæredari secũdum hęc iura: ut statim dicet. Accursius.
k ¶ Mortuo.ʒ secus, si uiueret: q̃ a præcede retuit §. ea. l. §. filium.
l ¶ Per rescissionẽ.ʒ auiti testamenti: & dic q̃ respon. tacitæ obiectioni hoc modo. Filius emancipatus testamentum aui rescindit per contra tabu. ac si pater eius in aui mãsisset potestate, vt §. in princip. huius l. Sed si mansisset in potestate hic nepos, iustus non esset, ut pote, vxore ducta sine patris consensu, ut §. de statu ho. l. Paulus. Ergo & nunc nõ est iustus, cũ perinde sit, ac si mansisset: sed nõ est ita. nã rescisio nõ debet facere, ut q̃ iustus est filius, de inde esse filius, vel nepos: q̃ a sic repelleret, & rescisio non fit per Prętorem, ut hic excludatur, sed magis, ut admittatur. Alioquin qd̃ fauore eius introducitur, ad lædionem eius retorqueretur: qd̃ esse non debet. Et ex contrario contrarium in uera hypotheca sequitur. Similis est electio, C. de secun. nupt. l. generaliter. §. in his. secundum Io. Aliter alij formãt tacitam obiectionem, hoc modo: Si filius emancipatus non uõmittitur pp rescisionem patrię potestatis: ergo nec nepos. Sed prima falsa, & rescisio patriæ potestatis non facit, ut nepos non sit iustus, imò magis vt sit iustus. Vel sic ſm H. lege, non enim is nepos, qui iustus, è p rescisionem patrię potestatis (nam aliàs non esset nepos iustus) nõ debet, dico, fieri iniustus.
m ¶ Cum rescisio.ʒ accipe, adhibeatur, qd̃ est J. Quò magis, &c. non quo minùs admittatur.
n ¶ Nam & si tam.ʒ opponitur secundo, quia ignominiosam duxit vxorẽ, & cõtra uelle patris: sed non nocet: Nam & si tã, &c. Vel, nõ mirum: nam si ita est, quando duxit honestam: idem si inhonestam.
o ¶ Exhæredare.ʒ l. filium. Sed ista hodie non est de causis ingratitudinis, quæ sunt in auth. vt cum de ap. co. §. causas. cum seq. §. Alij dicunt nepotẽ, quasi contrahat originem ex delicto patris: qd̃ non placet, ut C. de inoffici. test. l. fi quis iu suo. §. fi. & J. de bo. dam. l. fin. in prin. & §. de in ius uoc. l, adoptiuum. §. fi. Sed arg. contra, C. de quæst. l. Diuo. sed dic, ut ibi. Accur.
p ¶ Merita.ʒ nepos enim meretur institui eo ipso, q̃ non demeretur, vt §. de lega. 2. l. cũ quidam. sed pater deliquit accipiendo talem vxorẽ: vnde potest exhæredari. Admittet ergo nepotem ad p̃ tra tabulas, sed nõ admittet filium ad quęrelã, cum extraneus sit institutus: & facit in authen. vt cum de ap. co. §. si alicui.
q ¶ Ante petitam.ʒ secus, si post, ut J. unde lib. l. fi. Item secus, si è institutus, & commisso edicto petat contra tabulas. ut infra eodem. l. fi post. ortem. in princ. quæ est contra. Et est ratio: quia iura testandi non tolluntur minima capitis diminutione, ut §. de capi. di. l. tutelas. in prin. Vel melius, quia peruenit in eum casum, à quo incipere non potest. Nam prętérito adoptiuo nõ datur contra tabul. sui patris, nisi sit adoptatus ab auo paterno, vel simili b. ut infra, e. §. idemque est. & l. fin. §. idemque iuris. Sed instituto adoptiuo datur: ut J. eo. l. non putauit. §. in adoptione. Item adhuc contra, J. ad Tertul. l. j. §. proinde siue quis. & §. de capi. di. l. tutelas. ubi dicit non tolli per emancipationẽ alia iura, nisi quæ per l. 12. tabul. deferuntur. Sed dico, quòd cõtra tab. hic deferur non simpliciter filio, sed emanciparo. Cum ergo non remaneat emancipatus, amittit contra tabul.
r ¶ Si quis filio suo. ʒ datiui casus.
s ¶ Potuit.ʒ & quia in aliena familia non fuit, ut J. eo. l. fin. §. pe, & facit J. eo. l. fi emãcipatus. & J. §. proxi.
t ¶ Idemque est.ʒ conuerso.

nam pro vero plerunq; ponitur, qd̃ est in opinione: vt §. de peti. hære. l. pro hęrede. in castrensi verò non potest dicere, quia tunc cesset contra tab. vt §. de mili. testa. l. si à milite. §. fi. & l. seq.
a ¶ Non possunt. J vt deportati: ut vt C. de hære. insti. l. j. & §. e. l. j. §. deportatos. Idẽ multò magis dãnati in metallum: ut J. de pœn. l. quidam. Item hæretici: ut C. de hęr. l. 4. item mulier nubens intra tempora luctus: ut C. de secun. nupt. l. j. & facit §. de bono. pos. l. non est. §. final.
b ¶ Mortis.ʒ si dicas de suis, planum est: q̃ a unum tempus tantum inspicit, scilicet, mortis: ut institu. de hęred. qua. & diff. §. sui. Si de emancipatis, tunc tria tempora debent inspici ut institu. de hæred. quali. & diffe. §. in extraneis. Sed ibi instituti, hic prætériti: & facit J. de lega. præst. l. interuenit.
c ¶ Quod bonum.ʒ i. dicere, satis est si hèc secundum tab. non autem intelligas simpliciter. Nam utilitas esset, q̃ non tenereť præstare legata. nisi certis personis: ut J. de lega. præstã. l. j. Item & alia posset esse utilitas, ut §. eod. tit. l. fi ex duob. §. sed illud. Sed intelligę, q̃ hic dicit, cum ipse solus est institutus, qũ nihil ei p̃ desset petere contra tabulas: ut J. titu. j. l. is qui. §. sed si solus. not. simile verbũ huic, §. ad Vell. l. aliqui. §. fin.
d ¶ Committat edictum. J id est, aperiat edictum de contra tab. instituto: quod facit petendo prętéritus, licet non prosequatur: vt J. e. l. fi post mortem. §. fi. sic & stipulatio conditionalis committitur, i. incipit ex ea agi posse, cum conditio existit.
e ¶ Et ipse.ʒ s. institutus: & sic habet per alium, qd̃ per se non potest. Et plene dic, ut §. quæ res pign. ob. poss. l. Aristo.
f ¶ Sed si sub conditione. ʒ loquitur hic §. in filio in potestate constituto, & instituto sub potestatiua conditione, quæ pôt impleri ultimo vitæ spiritu: & sic ualet testamentum: ut §. de hæredit. institut. l. suus. §. j. Qualiter ergo potest deficere conditio? Dic in illo §. quid ergo. loquitur in emancipato: uel totus loquitur in emancipato instituto sub conditione casuali: & dic, q̃ habebat cohæredem: alioquin deficiente conditione rediret ad causam intestati: & facit benè ad hunc §. sequen. infrà, eodem. l. sub conditione. j. respon. & l. filium. H.
g ¶ Non potest.ʒ an hic potest alij committere edictum? R. fi. potest: vt J. eo. l. si in adoptionem.
h ¶ Accipere posse.ʒ s. fi pendente conditione non accepit secundũ tabulas: ut J. ea. l. §. & si fortè.
i ¶ Emancipatus.ʒ secus in suo: quia non valeret testamentum: ut suprà, de hęredi. institucn. l. suus. §. j. & C. de institutio. & substitutio. l. si pater.
K ¶ Potestate non est.ʒ idem si in potestate: ut J. de secun. tab. l. j. §. si sub conditione. Et ideo subaudi hic, maxime, arg. contrà, de cura. bon. dan. l. j. ADDITIO. Dic q̃ in alio casu loquitur, secundum Dyn. & Bartol.
l ¶ Potest.ʒ quid, si institutus filius repudiet ex testamento? an quasi prętérius petet contra tab? Videtur, q̃ sic posit eligere: ut J. titu. j. l. filium. §. omnibus. Sed H. contra per l. §. e. l. j. in princ. ibi, Si neque instit. &c. & C. de posth. hære. institu. l. fin. in fin. Item quod dicit non posse peti contra tabulas, uerum est, nisi ab alio commisso edicto: ut J. eo. l. si in adoptionem & §. de leg. 3. l. fin. §. fin. Item hic sub conditione institutus non potest adire de iure ciuili ea pendente: ut §. de acquir. hæred. l. is qui. in princ. Ergo nec secundum tabu. debet dari: vt §. de bonorum possess. non est. §. fin. Sed ibi de alio impedimento ratione suæ personæ, uel alio: non de impedimento conditionis. Item contra suprà, de acquir. hære. l. Clodius. Solu. ibi. ADDITIO. Dic, q̃ ibi nihil dicitur de hac l. & ideò dic, q̃ hic petitio bon. poss. secundum tab. fuit utilis: ut l. 12. §. fi sub conditione. J. de bonorum possessione secundum tabul. & sic potest in alium conuertri, ut hic: ibi autem prima conditio fuit inutilis: unde non cõuertitur in aliam vtilem, secundum Bar. hic.
m ¶ Nec contra tabu.ʒ potest. sed secundum tab. sic J. de secun. tab. l. 2. §. fi sub conditione.
n ¶ Accepisset.ʒ vt J. de secun. tab. l. 2. §. fi sub conditione. & l. fi sub cõditione. Sed nunqd iure bono. poss. contra tabu? Item facit §. de inoffici. testa. l. mater. & de lega 3. l. fin. §. fin. & J. de bono. libe. l. cum duos. & J. de col. do. l. 3. Accursius.
o ¶ Sed & si nepos. ʒ siue suus siue emancipatus: ut §. de hęre. instit. l. suus. & l. sed & si i condõne. §. nepos. H.
p ¶ Iusserit.ʒ idem si non iusserit: quia non videtur sibi posse committere edictum: ut J. e. non putauit. §. sed si ipse. & facit §. de inof. testa. l. nihil. & J. eo. l. si post. §. fi in adoptione. & J. de bon. lib. l. fi uerò. §. si seruo. Accursi.
q ¶ Nam & hic.ʒ vt J. tit. j. l. filium. §. in omnibus.

Flo.quo.

Adde, ẽt sub impossibili cõdõne institutũ posse testũ approbare: Bar. i l. j. vlti. col. §. de pdi. in stit. & in l. si quis testa ętiẽ, e. tit.

¶ Liberi, qui institui hæredes iure non possunt, a nec contra tabulas bonorũ possessionem petere possunt. Hæc autẽ verba, Instituì non possunt, ad mortis b tempus referuntur. ¶ Si q̃s ex liberis hæres scriptus sit, ad contra tabulas bonorum possessionẽ vocari non debet. Cùm enim possit secundũ tabulas habere bonorum possessionem, quod † bonum c est, ei cõtra tabulas dari? Planè si alius cõmittat d edictum, & ipse e ad contra tabulas bonorum possessionẽ admittetur. ¶ Sed si sub cõditione f scriptus sit, bonorum possessionẽ cõtra tabulas accipere non potest: g & ita Iulianus quoq; lib. xxij, Digestorũ, scripsit. Quid ergo, si defecerit conditio? Verum est, eũ cõtra tabulas accipere h bonorum possessionem. ¶ Si sub ea conditione filius emancipatus i hæres sit institutus, quę i ipsius † potestate non est: k quia scriptus hęres est, bonorũ possessionem secũdum tabulas accipere potest, l & debet: nec m contra tabulas potęst. Et si fortè defecerit cõditio, tuendus erit à prætore intantum, quantum ferret, si contra tabulas bonorum possessionem accepisset. n Sed & si nepos o sub huiusmodi conditione scriptus hæres, idem erit dicendum. ¶ Si quis ex liberis non sit scriptus hæres, sed seruus eius scriptus sit, eumque iusserit p adire hæreditatem, denegari debet ei bonorum possessio contra tabulas. Idemque est, & si legatũ relictum sibi, vel seruo suo elegerit. Nã & hic q dicimus, contra tabulas bonorum possessionẽ debere denegari.

¶ Paulus. LEX IIII.

ILlud notandum est, quòd bonorum possessio contra tabulas, quæ liberis promittitur, locũ habet siue quis hæres extiterit, r siue non: s & hoc est quod dicimus, Contra ipsum testamentũ t liberis competere bonorum possessionem. Quod in patrono contrà u est. ¶ Si quis filiũ, quem in potestate habuerit, instituerit hæredẽ, vel exhæredauerit, & ex eo nepotem omiserit: bonorũ possessioni locus non est: x quia non adita sit hereditas. Hoc dicit. Contra est: ut J. de bo. lib. liberis competit. siue paterna hæreditas est adita, siue non: quę datur patrono prętérito, & datur si hęreditas sit adita. R. ô est illa: quia successio parentum magis debetur liberis, J. unde liberi. l. scripto. Itẽ nota aliã differentiam bonorum possessio. quia quę datur patrono, rumpit testamentum pro debita portione: q datur liberis, reducit rem ad cãm intestati. C. de bono. posse. quæ pręsta pareo. l. j. & C. de colla. l. vt liberis. Et prędicta est rõ: q̃ patrono debetur ex lege 12. tabu. liberis iure naturæ. ¶ Si quis.] Habebam filium in potestate, institui eum, vel exhęredauiinepotem verò prętérij. Non erit locus bonorũ possess. contra tab. ut quia filius præcedit eum in gradu. y Ad testamenta. ʒ Si mater mea, uel auus maternus me prętériit: nõ uocor ad contra tabu. ¶ Si quis. ʒ Filium iam natum instituì: Posthumum prętérij. Nunquid institutus filius iam natus petet ꝗ tabu? sic: quia secundum tab. non petet: quia sperareturmoueri contra tabu. Quid, si interim intra tempus ad petendam bonorum possess. decessit: nunquid bonorum poss. non agnitam ad suos hęredes transmittet? Et regularitér non transmittitur: hoc casu, sic: quia impeditus fuit iusta ratione non petere secundum tabu. cùm sperarur moueri contra tabu. Vivianus.

Flo. alia.

Lib. 41. ad edict.

LIBER IIII. CAPVT. In principio huius legis notatur differẽtia inter bono. pos. contra tab. quæ datur liberis prętéritis, & patronis prætéritis. Si parens me prętériit, & aliũ instituit, siue institutus adiuit, siue non, ego prætéritus potero petere cõtra tabul. sed patronus prętéritus à libertorũ ꝗ poterit petere ꝗ tabul. nisi ex illo testamento

r ¶ Extiterit.ʒ puta, institutus.
s ¶ Siue non.] & ita contra tab. locum habet adita hęreditate, & ab secus in quęrela inof. testa. ut §. de inofficiosi testa. l. Papinianus. §. fi cõdõni. Et si ante aditam, facit ipso iure valere testm: si autem post, valet de iure ciuili: sed de æquitate Prętoria rumpitur, ut not. C. de col. l. vt liberis. item dic, siue non, dum tã posit existere, ut J. eod. l. quod vulgò. Sed cum instituì expectant prętéritos, ut J. de secun. tab. l. 1. §. expectandi. Ergo semper ante aditam hęreditatẽ. Sed dic, q̃ expectant, ut non petant secundum tab. adire tamen possunt de iure ciuili, & sunt hęredes. Argu. §, J. eo. l. j. in fin. vbi etiam iure ciuili prohibentur. ADDITIO. Dic, ſm Bart. hic, q̃ ibi erat duplex impedimentum: quia expectabatur contra tabu. & impedimentum erat de iure ciuili: hic vnum tantum.
t ¶ Contra ipsum testamentum.] sic suprà, ut in poss. lega. l. j. & non exigit. in fin.
u ¶ Contra est. ʒ quia oportet esse aditam, ut J. de bo. lib. l. etiam si. §. ut patronus.
x ¶ Non est. ʒ nunquid ergo erit locus edicto successorio in hæ bo. poss. ꝗ tabu. si filius repudiauit? Resp. est arg. contra, §. de inof. testa. l. his, qui. Azo. & facit §. eo l. j. §. vocantur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a Non habent.ⲝ i.habere non possunt, ut instit. de heredi. quali. & diffe. §. ceterùm si. Vel dic, suos, largè, scilicet tales, quib. datur hæc bonorum possess. quos dic, ut ⁊.eo.l.j. in prin. & sic tollitur oppositio de emancipatis. Est & alia ratio: quia præteritio feminatum habetur pro exhæredatione, ut insti. de exhæred. li. §. mater. Sed exhæredatis non dat hęc contra tabul. vt J. eod. l. non putauit. in princip. & l.j. in princi. ibi, Sed neque, &c.

b Neque quasi scriptum.ⲝ quod uidebatur, ut J. de secund. tabul. l. 2. §. expectandi. & dic bonorum poss. secundum tab. Sed cur hic non datur secundum tabul. ut infra, de secund. tabu. l. 2. §. si sub conditione? Respon. quia in dubio benignius præsumitur, vt J. de reg. iur. l. semper. id est, quòd nascatur Posthumus: & iõ quasi eo nato datur cõtra tabu. sic ergo aperitur edictum instituto per natum, & nasciturum: Sic non est contra suprà, eodem, titu. l.j. in prin. vbi nõ datur instituto. Item & secundum tab. uidetur dari, quæ dari consueuit pendente cond. quæ creditur extitura, vt dicto §. si sub conditione. secundum Azo. Item non obst. infra, de bo. li. l. si filius. § cùm filius, vbi expectat patron° alios: sed verum est, priores: hic autẽ erant eodem gradu natus, & nasciturus: unde nõ est ibi iniquitas: hic esset expectare tantum.

c Moriatur.ⲝ quam petat bonorum posse. contra tabu. vel secundum tabul. & facit J. l. proxim. Apparet ergo quòd potest petere de æquitate: & si differe volens iuri communi deseruire, transmittit.

d Quod maximè.ⲝ electiuè ponitur: nam aliud est in suo, ut ⁊. de acquir. hęredit. l. ventre. H.

e Adire.ⲝ propter Posthumum præteritum, ut dicunt. Sed certè hoc non impedit: quia in pari gradu est cum Posthumo, ut ⁊. de acq. hære. l. eum qui. §. j. imò quia additio est de iure ciuili, cui emãcipatus erat incognitus. Azo.

f Sed & si decesserit. Iniquum.ⲝ Imò videtur iniquum, cum poterat petere. contra tabul. sed non est: quia iuri communi voluit deseruire.

g Vel contra tab.ⲝ hæc disiunctiua pro altera parte uera est: scilicet, quia habet contra tabu. non autem secundum tab. vt ⁊. l. prox. §. fin. Sed Azo dixit ibi etiam secundum tab. dari. Et no. q̃ regulariter bonorum posses. vel hęreditas non adita, uel non agnita nõ trãsmittitur, vt ⁊. de bonorum posses. titu. generali. l. 3. § acquirere. Sed fallit hic si distulit deseruiendo iuri communi. Item fallit in liberis. Item intra annum deliberationis, vt C. de caduc. tollen. § in nouissimo. Et in alio, ut ⁊. ad Syl. l. si quis grauis. §. eleganter. Item C. de in offi. testa. l. si quis filium. Item ⁊. de acquir. hæred. l. Pantonius. Sed ibi propter restitutionem in integrum. Item fallit J. de Carbo. edi. l. scriptus. in fin.

Sed quare dicit potius i femina exhæd. 2. §. si filius? Dic, q̃ nõ dr̃ p̃tinuari dñi um i bonis matris, ut i bonis patris: B. in l. pr̃ filium. j. col. vers. sicut dicim⁹. ⁊. de inofficio testa. & l. in suis. ⁊. de libe. & post. Fio. effet.

Iulianus. LEX V.

Sed & si decesserit antè, quàm peteret bonorum possessionẽ: non est iniquũ, Prætorem decernere, hæredib. eorum saluum fore commodũ bonorum possessionis secundum tabulas, vel contra tabulas. g

Paulus. LEX VI.

Si emancipatus filius nepotẽ procreauerit, & ita decesserit, deinde auus eius: i nepos ad aui bonorum possessionem venire potest. k Quòd si filium, & nepotem emancipauerit, viuere quidem filio nepos non veniet: post mortem autem eius ad bonorum possessionem aui veniet. Nec potest quoque solo emancipato, & auo mortuo, deinde patre eius, nepos præteritus accipiet patris bonorũ possessionẽ: quia suus m hæres futurus n patri o esset, si de potestate aui non exisset. Filio emancipato, si nepos retentus sit, & vtrique p præteriti: vtrique accipient bonorum possessionẽ.

Si filius q emancipatus in adoptiua familia nepotem sustulerit, ne nepos quidem ad bonorum possessionem aui naturalis veniet. r Sed & si emãcipatus s filius procreatis nepotibus in adoptionem sese dederit, ut eum filij sequantur: t idem erit. Planè si is, qui apud adoptiuum auũ procreatus est, emancipatus sit, veniet ad bonorum possessionẽ aui naturalis. Adoptio enim tamdiu u nocet, quamdiu quis in aliena familia est. Cæterùm emancipatus ad bonorum possessionem parentum naturalium veniet, sed emancipatus viuis x eis, non etiam post mortem eorum. Hoc enim verius est, post mortem eorum emancipatum y non admitti.

Caius. LEX VII.

Si retentus z fuerit in potestate nepos, filio emancipato, admittitur nepos viuo auo ad patris bonorum possessionem.

g Iustitutus filius beneficio præteriti nati, vel nasciturí, potest petere contra tabulas: & eo casu, decedens ante eam petitam transmittit. Bar.

h Procreauerit.ⲝ secus, si adoptauerit, ut insti. de hęre. ab intest. §. cum quæritur. in fin. & ⁊. de in ius voc. l. sed si hæc. §. si filius. Azo. & ⁊. de in ius uocan. l. quæsitum.

i Auus eius.ⲝ ⁊. decesserit.

k Potest.ⲝ ex lege Velleia? Non: quia neque filius, neq; nepos erãt in potestate, quod est opus, ut illa lex locum haberet, vt insti. de exhæred. lib. §. Post humorum.

l Nepotem.ⲝ Sed quæ erat hic dubitatio. Respon. q̃ hoc edictum maximè propter emancipatos est inductũ sed certe idẽ & si alio modo sint sui iuris, ut ⁊. l.j. §. & sui in ris. in fin.

m Quia suus.ⲝ respondet tacitæ obiectioni, quæ fieri potest ex eo, quod est suprà, eodem. l. illud. §. testamenta.

n Futurus.ⲝ sic ⁊. e. l. illud §. si quis.

o Patri.ⲝ nunquid auo? Respon. ut C. unde libe. l qui se. Azo.

p Vtriquæ. Jvt J. de coniung. li. l.j. in princ. & ⁊. de inoffic. testa. l. si proponas. & J. de colla. bon. l. filius emancipatus.

q Si filius.ⲝ extranei.

r Veniet.ⲝ ut suprà, eodem. l. 3. §. si quis filio. Sed hic extraneo suit datus.

s Sed & si emancipatus.ⲝ à patre naturali:

t Sequãtur.ⲝ uel sequntur, vt ⁊. de adop. l. si pater. Sed contra huic respon. ⁊. e. l. 3. § idemque, sed hic extraneo se dedit.

u Tamdiu. Jut insti. de exhære. li. §. qua ratione. & J. de uen. in pos. mit. l.j. § si filius. & J. e. l. si ex duobus. §. filius. & C. de adop. l. pe. §. si verò pater. & §. si hoc. & ex hoc collige. idem esse in proximo superiori casu. Accursus

x Viuis.ⲝ facit insti. de hære. ab intest. §. at hi. & §. eadem. & §. admonendi.

y Emancipatum.ⲝ nepotem ab auo adoptiuo.

Si retentus.ⲝ CASVS Si pater habens filium, & ex eo nepotẽ, filium emancipauit, nepotem in potestate retinuit: filius emancipatus præteriit suum filium: & uiuo auo nepos uocatur ad ⁊ tab. patris sui. Ex lege ista colligetis argu. pro sententia Accur. & Azo. qui dixerunt, Si habeo filium, & ex eo nepotem: eo ipso q̃ emancipaui filium, non uideor nepotem emancipare, ut hic, & ⁊. de adopt. l. libe rum. licet quidam contra dixit argu. eius quod legitur suprà, de ado. l. si pater. Sed illud debet intelligi, si pater emancipauit filium cum nepotibus.

z Si retentus.ⲝ fa cit J. de uen. in pos. mit. l.j. §. j & de colla. bon. l. si quis filium. & si ta. test. nul. ex tab. l. si pater.

Non

Nn putauit.ⲝ CASVS Si pater, uel auus paternus, uel pro aui bonis suos præteriit liberi præteriti non ueniunt ad cõtra tab. sed possunt dicere testamentum inofficiosum liberi præteriti. Sed vnum sciatis: quia ad hoc, ut filius repellatur à contra tab. non sufficit alia parte testamenti exhãdẽ scribi, sed debet exhæredari ab eo gradu, quo petitur bonorum possessio.

lib. 40. ad edictum.

Non quæuis.ⲝ Habuisti suprà, quod ex hãdatio habet repellere liberos à contra tabulas. quod est intelligẽdum de rite facta non de non rite facta. Non enim quæuis ex hęredatio repellit filiũ à cõtra tabulas. Si ab uno ex hãdib. est facta: non ritè facta, nõ repellit à contra tabulas. Si ab omni gradu rite facta est, repellit à cõtra tabulas: Sed q̃d filius est exhæredatus a primo gradu: est institus i secũdo gradu: nunquid poterit petere cõtra tabulas? Si ex persona fratris cõmittentis edictum potest à primo gradu: præteriri, à secundo exhęredari, & eptra, & ubi præteritur, cõtra illũ gradũ petit cõtra tabulas, ubi exhęredatur: non potest contra illũ gradum bonorũ possperere. Si qs.ⲝ Pater familias filium emancipatum exhæredauit eũdẽ arrogauit: nũquid repellit à cõtra tab? Sic quia iura naturalia in eo prętualent: secus, in extraneo. Quid erit? filium dedi in adoptio. deinde eũ: exhæredaui, post ea emãcipatus est: nũquid nocebit ei exhæredatio? Sic. Veũ scias, Si dedi filiũ in adoptionẽ, tenet, si eũ ex hęredo quandiu est in adoptiua familia, q̃ nõ uideur esse filius: alias sic. Sed quid, si in stitutus est per quem quæritur hæreditas: nunquid admittitur ad cõtra tab? Sic, si sit præteritus. Vt autem.ⲝ Præteriti, qui uolunt admitti ad contra tab. debent esse de liberis, si dati sunt in adop. nõ admittuntur ad cõtra tabu. patris naturalis, nisi sint scripti, & alius cõmittat edictum. Non est nouum.ⲝ In §. isto ponitur casus, in quo aliq̃s expedit instituto peti. bo. pos. contra tab. & est talis: Ponam⁹, testator te filium suum instituit ex unica: me filium emancipatũ præteriit: si ego non peterem contra tab. tu haberes unam unciam: si peto contra tab. rescindo testamentum, & res reducetur ad causam intestati. Tu institutus habebis partẽ uirilem: Si alius institutus hęres, erat de liberis, habebit quatuor uncias, & ita profuit ibi, quod petij contra tab. Sed si alius institutus esset extraneus: tu haberes semissẽ, & ego semissem Nam sicut expedit instituto petere cõtra tab. ita cõtra dãnosum est. Pręterea si filius in potestate est institutus insolidũ ego filius emancipatus sum præteritus: si peto contra tab. uel ecõtra hic deterior causa est sua: quia si non petij, institutus peteret secundum tab. & haberet totum: quia petij: cõtra tabu. ipse habebit semissem. Viuia.

a Non putauit.ⲝ ut ⁊. l.j. in prin.

b Turbant.ⲝ ⁊. alio modo, quàm qui sequitur: uel non turbãt ipso iure, ut non contradicat sibi ipsi: & facit ⁊. de libe. & posth. l. filio.

c Exhæredem.ⲝ ⁊. filium suum.

d Non sufficit. ⁊ ut hæc bono. posses. cesset. Azo.

e Bonorum possessio.ⲝ secundum tabulas.

f Poterit.ⲝ scilicet, filius. Sed quid econtra, si filius a primo gradu præteritus, à secundo exhęredatus, instituris tempore mortis existẽtibus, & postea repudiãtibus: nunquid sufficit peti cõtra tab. ut ẽt substitutio rumpatur? Quod uidetur. ut ⁊. de libe. & Posthu. l. si Posthumus. & ⁊. de iniusto testamen. l. nam & si sub cõdõne. Item certũ est dari contra tabu. ut suprà, eo. l. illud. in prin. & J. eod. l. filiũ. Ergo contra substitutos nõ potest dari querela, si adiissent ex substitutione quia illa datur defficiente alio auxilio, ut insti. de inof. testa. §. cũ autem. Sed uideur contra, scilicet, q̃ substitutio teneat etiã pupillaris, licet uit ietur institutio per contra tab. ut J. de leg. præstan. l. 2. Certè pro parte instituti ibi tenere uidetur testamentum, licet ipse pupillus institutus accepit cõtra tab. quia habet ibi cõtra tabu. ture secũdum tab. ut infra, de le. præstã. l. nõ nũquã. secundũ Azo. & facit C. de lib. præte. l. j.

Vlpianus. LEX VIII.

On putauit Prætor, exhæredatione notatos, & remotos, ad cõtra tabulas bonorũ possessionem admittendos: sicut nec iure ciuili testamenta parentum turbãt. Sanè si uelint inofficiosi querelam instituere, in ipsorum est arbitrio. Aliqua tabularum parte exhæredem scribi non suifficit, sed eo gradu, contra quem petitur bonorum possessio. Vnde si à primo gradu exhæredatus sit filius, à secundo pręteritus, & primo gradu scripti nõ petierint bonorum possessionem? poterit contra tabulas accipere bonorũ possessionem. Non quæuis exhæredatio submouet filium à contrà tabulas bonorum possessione, sed quæ ritè facta est. Si ab vno ex hęredibus sit filius exhæredatus, Marcellus lib. ix. Digestorum, scribit, filium non uideri exhæredatum: idcirco contra tabulas bonorum possessionem peti posse contra utrunque hæredem. Si exhęredatus sit filius, & institutus, obtinẽte eo gradu, ĩ quo institutus est puto commisso edicto ab alio filio contra tabulas bonorum possessionem eum petere posse. A primo gradu pręteritus est filius, à secundo exhęredatus. Si prmo gradu scripti nõ sint in rebus humanis mortis testatoris tempore, dicendum est, contra tabulas bonorum possessionẽ pęteritum petere non posse. Hęreditas enim in secundo gradu uersatur, non in primo, ex quo neque adiri hęreditas, neq; bonorum possessio peti potest. Sed si post mortẽ testatoris decesserint hęredes scripti, idem Marcellus putat contra tabulas bonorum possessionem semel natã cõpetere. Sed & si defecerit conditio institutionis, adhuc tantundem dicit pręteritũ ab eo gradu filium contra tabulas bonorum possessionem petiturum. Idem scribit, & si posthumus, qui institutus fuit, non fuerit natus: nam adhuc contra tabulas bonorum possessionem competere filio, Marcellus ait. Si quis sua manu exhæredẽ se scripserit, an contra tabulas bonorũ possessionem posit accipere, videamus. Et marcellus libro ix. Digestorum, nocere ei hanc exhæredationem ait; quia Senatus hoc pro non scripto non facit, quod contra eum est. Si quis eman cipatum filium exhæredauerit, eumque posteà arrogauerit, Papinianus libro ij. Quæsitionum ait iura naturalia in eo præualere, idcircòque exhęredationem nocere: sed in extraneo adopta to Marcelli sententiam probat, ut exhęredatio ei arrogato postea non noceat. Posthiminio autem reuerso filio, dicendum

lib. 40. ad edictum.

qualiter intellig. sit hoc ex uid. perr. Stel. in l. si duobus §. si prius nu. 39. de bon. pos. contra tab.

Intel. hu ius. §. uid. p Hubert. zu car. i l. post humo. nu. 99. & seq. C. hoc titulo.

Alias, cõtractum.

Fl. li. 12.

Fl. idcirco.

Fl. desit, adoptatus.

d Quod maximè.ⲝ

e Adire.ⲝ propter Posthumum præteritum, ut dicunt. Sed certè hoc non impedit: quia in pari gradu est cum Posthumo, ut ⁊. de acq. hære. l. eum qui. §. j. imò quia additio est de iure ciuili, cui emãcipatus erat incognitus. Azo.

f Sed & si decesserit. Iniquum.ⲝ Imò videtur iniquum, cum poterat petere. contra tabul. sed non est: quia iuri communi voluit deseruire.

g Vel contra tab.ⲝ hæc disiunctiua pro altera parte uera est: scilicet, quia habet contra tabu. non autem secundum tab. vt ⁊. l. prox. §. fin. Sed Azo dixit ibi etiam secundum tab. dari. Et no. q̃ regulariter bonorum posses. vel hęreditas non adita, uel non agnita nõ trãsmittitur, vt ⁊. de bonorum posses. titu. generali. l. 3. § acquirere. Sed fallit hic si distulit deseruiendo iuri communi. Item fallit in liberis. Item intra annum deliberationis, vt C. de caduc. tollen. § in nouissimo. Et in alio, ut ⁊. ad Syl. l. si quis grauis. §. eleganter. Item C. de in offi. testa. l. si quis filium. Item ⁊. de acquir. hæred. l. Pantonius. Sed ibi propter restitutionem in integrum. Item fallit J. de Carbo. edi. l. scriptus. in fin.

h Exhęredatũ.ⲝ ut ⁊. de lib. & posthu. l. & si pepercerit. §. filius.

i Si exhęredatus sit.ⲝ a secundo gradu. Azo.

k Institutus.ⲝ ĩ in primo. Azo.

l Posse.ⲝ cõtra uidebatur propter duo: & quia institutus, & quia exhæredatus erat: & facit J. eod. le. si post. §. penul.

m Peti potest.ⲝ facit infrà, de uentre in pos. mi. l. j. §. si uenter. & §. seq. & J. de Carbo. edi. l. si sumptus. §. interdum.

n Conditio.ⲝ nunquid & si nullus alius sit institutus? Quod uidetur, ut J. eod. l. filiũ. Azo. & facit J. eo. l. q̃ uulgo. & J. titu. j l. sed & si. §. non omnia. & supra, de iniusto testamen. l. nam & si.

o Competere.ⲝ Sed nunquid admittetur ut pręteritus, uel ut ex hæredatus? Respon. ut pręteritus. Item contra quos? Respon. contra institutos in secundo gradu: nec tamen repellent eũ, quia dicant exhæredatum uel potest dici contra ipsum testamentum, ut sup. eodẽ l. illud in fi.

p Nocere. J quia rite facta est nec ob. Senatusconsul. Libonianũ quod dicit non ualere, quando aliquis sibi adscribit aliquid, q̃ a hic contra se, non pro se. ad quod supra, de interrog. actio. l. de ętate. §. j. & J. de fal. l. uxori. §. j. Sed an possit agere de inofficioso? Dic quod non, ut J. de bo. lib. l. quæritur. & infrà, de interdic. & relega. l. relegatorum. in fi. & C. de Decur. l. ne quis. & C. de hęre. l. curiales. Sed argumen. contra, ⁊. de iis, qui. ut indig. l. j. & no. de hoc. C de inoffi. testa. l. si quando. in fi.

q Iura naturalia.ⲝ quia filius erat, nec rumpitur testamentũ per arrogationẽ quoad hoc: licet secus sit in extraneo alio, ut subiicit, q̃a rumpitur testamentum p arrogatiõem, puta, fratris, qui potest exhẽdari, & agere querela turpi persona instituta, ut C. de inoffi. testa. l. fratres: Vel dic, q̃ prorsus extraneus fuerit, & fuit adoptatus & ex hęredatus, & tandem emancipatus: & iterum adoptatus: Et secũdũ hoc non obst. J. de uer. oblig. l. quidam cum filium. ubi dicit, q̃ exhęredatio res est inepta in extraneis: quia prędicti nõ sunt extranei, peredatus. Sed cum hoc secũdo casu sit ruptum, ut dicis, quomodo petitur iterum rumpi per contra tabu? Respon. ruptum est de iure ciuili, nõ Prætorio. ut C. eo. l. 2. sic ergo hoc casu petitur contra tab. sed supiori querela inofficio. testa.

r Nocere.ⲝ ut non habeat contra tabu. & facit ⁊. de libe & Post. l. filio. & C. de iis, qui ue. æta. l. fin. Accur.

s Posthiminio.ⲝ facit ⁊. de iniusto testa. ⁊. sed nec.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Nocebit.ʒut non habea: contra tabu. Nec enim omnino extraneus est,ut ʃ. proxi §.& insti.de hære.intestā.§.eadem in fi.
b ¶ Extranei.ʃExtraneis ergo hæredibus institutis non cõmittit edictum,ut J.eod.§.ut autẽ.& facit J.de uẽ.in pos.mit.l.j.§. filius. ij. Sed certè & non instituti uidentur habere cõtra tab.ut J.de col.bo. l.j.§.is quoq;. Sol. ibi erat,institutus, ut & hic. Nec dicas, ergo ñ cõferet,ut J.eo.l.filiũ. §.& hoc fit cõsequẽs. q illud de rigore: secus de equitate, ut J. d col. do.l si filia.secũdum Ioã. Vel ibi erat adoptatus ab auo materno, hic ab extraneo,ut dixi ś.eo.l.3.§. si quis filio.
c ¶ Accipient.ʒalio committente edictum sed ipsi committẽt, ut subiicit.Accur.
d ¶ Sed ś ipse.ʃscilicet,datus in adoptionem.
e ¶ Cõtra tabulas ʒ cur ergo adoptiuus filius scriptus hęres patri suo adoptiuo committit edictum? quod vt,ut J.eo. l.si post. §. si in adoptione? Respon.in filio secus est: quia licet stricto iure cõmittat edictum patri,tũ,quantum ad effectum,non patri, sed filio quęritur.
f ¶ Vt autẽ admittantur. ʒ dati in adoptionem alij.Azo.
g ¶ Bonorum possessio.ʒalio cõmittẽte edictum.
h ¶ Qui.ʃdatus a patre naturali.
i ¶ Bonorum poss.ʒ alio committente edictum:&facit ś.ea. l. §. si ab uno. Sed contrà, J,eo.l.cum emancipatus.§.qui duos.Sed hic in filiis: ibi in nepotibus:q a est,qui eos antecedebat.
k ¶ Hęres scribatur.ʒ & ex xij. unciis. alius.
l ¶ Non haberet. ʒ ś.iste testator, alias frater.& tunc melior.
m ¶ Sed amplius. ʒ facit ś.eo. l.cum emancipatus. & ś. de inoffici. testa.l.mater.in fi.& ś. de leg.3.l.fin. & J.eod. l.filium.§. & hoc fit cõsequens.Sed contra,J. eo.l.si ex duobus.§.sed & illud & J.tit.j.l. filiũ §.ad eum ubi non põt habere plus,quam habebat ex institutione. Sed ibi iam adiuerat ex institutione,quo casu non potest petere contra tab.& sic maiorem partem consequitur,quam ex institutione,ut C.eo.l.si ex duobus.§.quod si is.
n VTrum Familia.ʒpotest poni habito respectu ad patrem naturalem,id est,quando de eius hæreditate agitur:nã non habet filius contra tab contra testamentum patris naturalis,si est in familia adoptiua tempore mortis naturalis patris:siue uiuat post,cũ petitur contra tabul.siue non uiuat pater adoptiuus,ut instit.de hære.ab intestā.§.eadem'Hug.

SI post mortem.ʒ CASVS. Paterfamil.filium suum instituit, iste se dedit alteri in adopt.nunquid poterit uocari ad cõtra tab. Et respon quod adoptio non nocet ei,quin uocetur ad contra tab. est exhæredatiõem anteà factam nocere. ¶ Si filium in adoptiua familia constitutum pater naturalis exhęredauerit,deinde sit filius emancipatus,nocebit [a] ei exhæredatio. ¶ In adoptionem datos filios nõ submoueri uoluit Prætor, si † mõ hẽdes instituti sint: & hoc iustissime eum fecisse Labeo ait: nec enim in totũ extranei [b] sunt. Ergo si fuerint hęredes scripti, accipient [c] cõtra tabulas bonorum possessionem:sed ipsi soli nõ committẽt edictum,nisi fuerit alius pteritus ex liberis,qui solent committere edictum.Sed si ipse [d] scriptus non sit,sed alius, qui ei acquirere hęreditatem potest; non est in ea causa, ut eum ad bonorũ possessionem contra tabulas [e] admittamus. ¶ Vt autem admittatur [f] ad bonorum possessionem, ex liberis eos esse oportet. Cæterum si adoptiuum filium dedi in adoptionem,& hæredem scripsi: comisso per alios edicto, bonorum possessio [g] contra tabulas ei non dabit. ¶ Datur autem ei, qui [h] in adoptiua familia est contra tabulas bonorum possessio, [i] si eo gradu hęres scriptus sit contraquẽ peti potest bonorũ possessio. ¶ Nõ est nouum,ut emancipatus prætreritus plus iuris scriptis hęredibus patris sui tribuat, quàm habituri essent,si soli fuissent: quippe si filius,qui in potestate patris sui est ex duodecima parte hæres scribatur,[k] emancipato pręterito:dimidiam partem beneficio emancipati occupat:qui si emãcipatum fratrem non haberet,[l] duodecimam partem habiturus esset.Nã & si † ex parte minima sit hæres institutus:non pro ea parte, qua institutus est,tuendus est,commisso edicto:sed amplius [m] per bonorũ possessionẽ habere potest.Prætoris † enim propositum est, cum contra tabulas bonorum possessionẽ dat eas partes unicuiq;liberorum tribuere, quas intestato patre mortuo in hæreditate habiturus esset, si in potestate mansisset: & ideo si ue emãcipatus, siue is,qui in potestate mansit, siue in adoptionẽ datus,ex minima parte hęres scriptus sit,non redigitur ad eam portionem,ex qua institutus est, sed uirilem accipit.

¶ Caius. † LEX IX.

VTrum aũt pater adoptiuus uiuat,an defũctus sit,nihil ĩ teresit:nam hoc solum quæritur an adoptiua † familia [n] sit.

¶ *Filius datus in adoptionem, potest uocari ad contra tabu.ex persona hẽdis committentis edictum.Idem in filio dato in adoptionem auo materno.hoc dicit.*

¶ Vlpianus. † LEX X.

SI post mortem testatoris hęres institutus filius [o] in adoptionẽ se dederit,bonorum possessionẽ contra tabulas accipere potest: [p] quia scriptis hęredibus institutis,† nõ solet nocere adoptio. ¶ Sed & † si filius in adoptionẽ dat' auo materno, [q] hæres institutus sit à patre naturali; commisso per aliũ edicto,magis [r] est,ut bonorũ possessionẽ accipere possit. Nec eũ exigimus, [s] ut adeat hęreditatem, sed sufficit,ut ei delata sit, acquiriq; possit. [t] ¶ Si in adoptionẽ datus postea,quã iussum patris adoptiui hęreditatem [u] adiit, emancipatus fuerit, potest contra tabulas bonorum possessionem accipere: hæreditatemque ipse potius habebit,quàm pater adoptiuus. Illud [x] notandum est, quòd & si adierit hæreditatem [y] in adoptionem datus, contra tabulas ei detur. [z] ¶ Aliàs autem si quis [a] legatum [b] siue portionem † sibi datã agnouerit; à cõtra tabulas bonorum possessione repellendus [c] est. ¶ Liberti, † qui cõtra tabulas hẽ nõ possunt, [d] nec partẽ faciũt, si per alios cõmittãt edictũ. Quo enim bonũ est eis fauere, ut partẽ faciãt nihil habituri? [e] ¶ Exhęredati liberi quemadmodũ edictũ non committunt, [a] ita nec commisso per alios edicto cũ illis ueniunt † ad bonorũ possessionẽ: [b] unaq; eis quęrela superest, si de ĩofficioso dicant.

¶ *Beneficio mihi competenti ex iure alterius possum uti contra alium.b.d.& est notabilis,& menti tenendus.Bar.*

¶ Hi, † qui pp alios [c] contra tabulas bonorum possessionem petunt, nõ expectãt ut prætreriti bonorum possessionem accipiãt: uerum ipsi quoq; bonorũ possessionem cõtra tabulas petere possunt Cùm enim semel beneficio aliorũ ad id beneficium fuerint admissi, iam non curant, [d] petant illi, necne bonorum possessiõem.

¶ Paulus. † L. XI.

SI in adoptionem datus sub cõditione scriptus sit hęres a naturali patre:alio cõmittente edictum, ad contra tabulas & ipse ueniet; [e] † Sed si defecerit cõditio repelletur ab ea possessione. Idem [f] puto & in eo, qui purè quidẽ, sed non iure scriptus sit hęres. ¶ Exẽplo iuris legitimi, [g] & bonorum possessio contra tabulas distribuitur. Igitur nepotes ex vno filio, vnam partem habebunt.

¶ *Ius accrescendi habet locum inter bonorum possessores.hoc dicit.*

¶ Idem. † L. XII.

SI duobus filijs,& ex altero [h] filio duobus nepotibus bonorũ possessio competat,& alter ex nepotibus non petat,pars eius [i] fratri accrescit. Si vetò ex filijs alter non petat,tam fratri, quàm nepotibus [k] id prodest:nanq; tunc duo semisses [l] fiũt,ex quibus alterũ filius,alterum nepotes cõsequunt.

¶ *Per secundum testmentum, in quo filius est pręteritus,si in eo sunt scripti uenientes ab intestato rumpit primum.Bar.*

¶ Si prius [m] testamẽtum exter iure factũ, quo filius [n] exhæredatus est,sequens imperfectum, in quo prætreritus sit filius,posteriore testamento prætreritus, rectè petet bonorum possessionẽ.Si † remoto quoque filio,[o] potiores sint in ea hæreditate posteriore testamẽto scripti hęredes,[p] ita † ius habet,vt cùm is, contra quem filius petit bonorũ possessionẽ, amoto filio posit obtinere hæreditatẽ: filius quoq; rectè videatur petere bonorum possessionẽ: si verò ille non posit [r] hæreditatem obtinere,filius quoque excludatur. [q]

¶ *Quæ hęres acquirit iure ciuili effectus hęres,ea ipsa acquirit bonorum possessor iure Prætorio effectus.hoc dicit.*

¶ Iulianus. † L. XIII.

